proprium.dicit Barto.quòd non recuperaret bona alteri de
lata, vt not.in l.Gallus.§.& quid si tantùm. de libe. & posth.
quod est verum, quando per alios proximiores agnatos
hæreditas delata fuisset apprehensa. Sed si ipsis deliberanti-
bus, iste frater minor redderetur habilis, esset eis tanquam
proximior præferendus, quasi posthumi agnatione statui
pristino restitutus.ff. de capti. l. non vt à patre. quod etiam
tenet Bald. ex cuius dictis placuit hic ista inserere; quia in
multis contrariatur Bar.vt vidistis. ¶ Duodecimò & vltimò
quæro post Ioan. And. dicit text. quòd mona. prætendebat
se hæredem istius.M.econtra prætendebant isti duo fratres,
& tamen tam mona.quàm isti occupauerant bona, quæ fue
rant illius. M. hinc ergo sumpta occasione quæritur. cum
65 duo, vel plures de hære. contendunt: vtrùm possit eorum
quilibet adire,& possessionem apprehendere.& quæ reme-
dia vni contra reliquum apprehendentem competant. dicit
glo.quicunque se hæredem prætendit, potest animo hære.
adire, vt l.pro hærede. & l.gerit.de acquiren. hæredit. Ista
autem aditione quæritur dominium rerum hæreditariarũ,
sed non possessio, nisi corpore apprehendatur, vt l. cum
hæredes. de acquiren. hæredit. fallit in ecc. in quam transit
possessio, sicut dominium, ipso iur, vt l.fina.C.de sacrosan.
eccle.ista autem aditio animo non impeditur: licèt res hæ-
reditarias alius occupauerit.nam etiam non occupatas iste,
qui adiuit, poterit apprehendere, vt patet in isto text. ex
quo etiam colligitur, quòd ad res occupatas vnus contra al
terum potest agere. & qui potiora iura ostendit, res sic ap-
prehensas ab alio aduocabit, vt patet hoc in fin. cap. quæ
autem remedia competant contra istos illicitè inuadentes,
dic, quòd per interdictum quorum bonorum. condictione
ex l. fin. de edi.diui Adri.tol. condictione ex l. cũquæreba-
tur.C.vnde vi.& actione in factum, & expil.hære. ff. de cri.
expil.hære.per totum. & ista competunt ad adipiscendam
possessionem.ad proprietatem autem recuperandam com-
petit petitio hæredi.vt ff.de peti. hære.l.regulariter. ¶ Sed
pone, quòd quilibet se possidere contendit,& hæredem es-
se, quia neuter vult suscipere partes actoris. vel pone, quòd
neuter se possidere prætendit, sed ambo se parant, vt posses-
sionem apprehendant. dicit Ioan. And.post Innocen. multa
verba, ex quibus in effectu collige, quòd si constat, quòd
alter possedit, vel quòd possit alium præuenire in posses-
sione adipiscenda, iudex non debet impedire. Si vero in oc-
cupatione imminet periculum, ne ad rixas, ac arma per-
ueniant, iudex debet occurrere,& possessionem sequestra-
re, vt

re, vt l. æquissimum. ff. de vsufruct. & hoc casu iudex examinatis iuribus vtriusque partis, illi possessionem occupare permittit, qui habuit potiora iura, vt dicta l. fi. C. de edic.
66 di. Adri. tol. † Vtrùm autem in ista examinatione seruabitur ordo iuris, vel expedietur summariè ex officio sine libello: quidam, quòd seruato iuris ordi. quidam, quòd summariè. Primam credo veram, cum constat alterum possidere, contra quem alius agit. Secunda verò, cum constat nullum eorum possidere: quia tunc istam missionem iudex decernet, viso testamento non abolito, &c. vt dicta l. fin. hæc vera in hæreditatibus temporalibus, in quibus ius prætendentibus occupare permittitur propria aucto. Secus est in præben. & beneficijs eccle. in talibus enim nullus potest se intromittere. & est ratio differentiæ. quia res dignitatis, vel beneficij vacantis dicuntur possideri per administratores mediatos, vel etiam per ipsam ecclesiam iuxta illa, quæ plenè not. in c. cū super. de causa posses. & proprie. Sed hæreditas iacens non potest per habentem tit. occupari; quia non est persona, de cuius manibus possessio sit apprehendēda: iō nemine requisito, apprehendi potest. Quod secus est in beneficijs, in quibus habens titu. non potest ingredi propria auctoritate, nisi auctoritate superioris per confirmationem aliter obtentam, vt infra de elect. cap. transmissam. & de restitu. spolia. cap. in literis. per Innocen. & in cap. eum qui. de præben. lib. 6. ¶ Et hic finem facio ad honorem, & gloriam Domini Nostri Iesu Christi, & Matris gloriosæ Virginis.

F I N I S.

PETRI DE ANCHARANO PONTIFICII IVRIS INTERPRETIS CELEBERRIMI

Super secundo Decretalium facundissima Commentaria.

S V M M AE.

1 *Iudicium dicitur esse multiplex.*
2 *Iudiciorum aliud est spirituale, aliud temporale.*
3 *Iudiciorum aliud vniuersale, aliud generale.*
4 *Iudicium habet quindecim significata.*

De Iudicijs.

CONTINVATVR Rubrica nostra ad præcedentia in hũc modum. dictum est s̃. de præparatoriis iudiciorum: sequitur modò videre de ipsis iudiciis. similem continuationem faciunt legistæ. C. eo. tit. ¶ Super rub. quęrit Io. An. quare dicatur de iudiciis in plurali. dicit ipse, ꝙ ideò;
a quia multiplex est iudicium a.
1 nam aliud † criminale. de quo j̃. e. c. at si clerici. & c. cum non
ab homine. aliud ciuile. j̃. e. c. ceterum. & c. quia. ubi. Rursus
omne ciuile, vel criminale. aliud ordinarium, ut j̃. ca. exami-
2 nata. aliud extraordinarium. j̃. e. c. nouit. ¶ † Item aliud spiri
tuale, vt c. exhibita. aliud temporale. j̃. e. c. venerab. aliud mi-
3 stum. j̃ eod. c. quantò. ¶ † Item iudiciorum aliud uniuersale:
aliud generale: aliud singulare. de quibus plenè. j̃. de lib. ob.
c. 2. & in spe. e. ti. per totum. hac ergo rõne. s. quia multiplex,
est locutus iuris auctor in plurali. ¶ Secundò quærit de signi
b ficatione huius verbi, iudicium b. & dicit, † ꝙ habet 15. signi
4 ficationes. quas ponit Io. Mo. hoc eo. ti. lib. 6. in rub. & in reg.
in iudiciis. eod. ti. ¶ Quò ad præsentem tractatum debemus assumere iuxta causam finalem propositi operis. de qua s̃. in prima constitutione Gregoriana. s. iurgantium controuersiæ terminentur. posset opponi contra illam continuationẽ rub. inquantum præmittit titulum generalem de iudiciis. & subiungit titulos speciales. videtur. n. congruentius, ꝙ species, siue partes iudiciorum debeãt præcedere suum genus: quia p specierum cognitionem facilius deuenimus in cognitionẽ, q̃ econtra. vt patet hoc ex ordinatione. ff. vbi tituli speciales de singulis officiis. lib. j. & subsequitur in 2. li. de iurisd. om. iud. ¶ Item in Cod. primò ponitur tit. de legatis. & tit. de fideicõ. ac subiungitur. communia de leg. pro hoc l. si seruus. §. inqt lex. ff. ad leg. Aquil. & patet. j̃. de reg. iu. & ff. de reg. iur. ¶ Secundò non videtur fienda vis in hoc, præcedat species, siue genus. nam in Digest. præmittitur rub. de act. & obli. & subsequuntur rub. speciales. de verb. ob. de duob. reis. de stipu. seruo. de fideiuss. ¶ Et sic similiter præmittitur rub. de publi. iudic. Et subiungit rubricas speciales de adul. & sicca. de parri. & de falsis. & simi. vel dic, ꝙ cum tractandum est de genere, & de eius speciebus (& sic de toto vniuersali: & de partibus subiectis) cognitio specierum debet præcedere. Sed cum tractandum est de cognitione vnius totius integralis: qđ habet partes specificas integrales: vt est iudicium, cuius partes (non dico speciales) sunt litis contestatio: libelli oblatio: iudicis competentis aditio. & similia, aptius situatur primò ipsum totum integrale; quàm eius partes. & hoc patet. C. de iudiciis. quem titul. præmittit legislator. ¶ Etiam subiungit rubricas de partibus iudiciorum. vbi debeat agitari, quo tẽpore, & quo ordine, siue quomodo, vt patet ibi in tit. sequen. & hanc considerationem vide per Bar. in l. qui vsumfruct. ff. de verbo. obl. vbi exempla per eum. & de uerbo. signifi. l. rectè dicimus. per gl. habetur de materia huius rubricæ in Decre. 2. q. 1. & 1. q. 4. & 14. q. j. 5. q. 7. 16. q. 2. 30. q. vltim. §. his ita. vsque ad fin. etiam repetitur in 6. & Clem. cui conuenit. de offic. delega. c. consuluit. qui fil. sint legiti. ca. causam. de elect. c. indemnitatibus. §. si verò. lib. 6. de hære. ca. j. in princ. & de immunit. eccle. c. decet. vbi non valet seculare iudicium factum in ecclesia.

ADDITIONES.

a ¶ Multiplex est iudicium. adde glo. in c. quoniam contra falsam. in uer. extraordinariè. de prob. gl. in c. dilectus. de sen. excom. in l. cum filiusfa. ff. si cer. pe.

b ¶ Verbi iudicium. Adde Car. Zab. hic in prin. & glo. in l. si procuratorem absentem. ff. de procu. Inn. in c. Quintauallis. de iureiur.

S V M M AE.

1 *Pænitere non põt, qui iudicem non declinare pollicitus est.*
2 *Citatio nuncij, non præcedente commissione iudicis, non ualet.*
3 *Ẽps coram concilio conueniri, & conuenire tenetur.*
4 *Iudex potest interrogare partes in ipso litis exordio.*
5 *Contumax per iudicem excommunicari potest.*
6 *Excõicatus absolui non debet, nisi satisfaciat.*
7 *Pœna infligenda per contumaciã, an possit infligi sine alia citatione.*
8 *Iudex põt interdicere contumaci cõionem hominum.*
9 *Iudicem eligens si plures habet: amplius uariare non potest.*
10 *Contumacia est interpretanda ad præiudicium contumacis.*
11 *Promissor præcisè ad factum, præcisè cogi non potest.*

12 *Locus est pars contractus, sicut dies.*
13 *Contumax in vno articulo non censetur in alio.*

1 DE quo. †Qui promisit non declinare iudicem, pœnitere non potest: vel aliter. Iuris remediis cogitur quis subire iudicium: cui voluntariè se subiecit: nec poterit variare. h.d. primò ponitur facti narratio. secundò contumacis punitio. tertiò iniustæ petitionis repulsio. secunda ibi [placuit.] tertia ibi [nam adimi.] ¶Primò not. secundùm Vinc. ꝙ nullus debet proponere, nisi audiantur cõcessa, vt patet ibi [petiisset eũ.] &c. ordinem.n. in auditione omnium debet iudex obseruare: vt omnia desideria audiantur, ut in l. nec quicquam. §. obseruare. de off. proconsu. & lega. ¶Secundò ex hoc etiam verbo no. ꝙ ad requisitionem iudicis aduersarius est citandus:
2 †vnde citatio nuncii non præcedente iudicis commissione, non valet, vt not. Cyn. in l. neminem. C. de exhi. & transf. reis.
3 ¶Tertiò no. †ꝙ eps pót coram concilio conueniri: & venire tenetur. de hoc concilio prouinciali hr. 18. dist. c. eps ad sinodum. & per totum. pt etiam cõueniri coram Metropolitano, vt c. decreuimus. 10. q. j. & vide quod de isto concilio no. etiã in c. in Lateran. ꝟ. de præb. &c. ¶Quartò no. ꝙ iudex, siue cõ
4 cilium interrogauit epm, an vellet experiri. †& sic pót iudex interrogare partes in ipso litis exordio. similiter in medio, & in fine. & quoties sibi visum fuerit, vt in c. cum Io. de fi. instr. ¶Similiter testes, & aduocatos, vt in l. repeti. & per totũ titu. ff. de quæst. & l. prox. ff. de his, quæ in testa. delen. ¶Vndecim casus, in quibus potest iudex interrogare, vide in l. j. ff. de interro. act. & etiam extra illos casus, vbicunq; æquitas eũ mouerit, vt in l. vbicunq; e. tit. ¶Quintò no. †ꝙ cõtumax potest
5 per iudicem excõicari: & ista est propriè pœna contumacis. similiter excõicatio, quæ pro alio debito nõ est ferenda. ca. j. de senten. exc. ¶Alia etiã remedia sunt prodita contra contumacem, in ca. calumniam. & ibi no. ꝟ. de pœn. & ff. si quis ius di. non ob. l. j. vt li. non cont. c. qm frequenter. §. fin. ¶Se-
6 xtò no. †ꝙ non debet excommunicatus absolui: nisi satisfaciat. satisfacere ergo debet, & postea absolui. ergo satisfactio non operatur absolutionem. de quo ꝟ. dicam. quæ autẽ satisfactio debeat esse ista: dicã post gl. ¶Septimò no. ꝙ contumacia, & etiam excõicatio propter eam subsecuta, nõ priuat contumacem, & excommunicatum beneficio. interim verò, prima excõicatione durãte, redditus ecclesiastici sibi subtrahuntur. de quo dic, vt ꝟ. de ap. c. pastoralis. ¶Octauò no.
7 & collige, †ꝙ pœna, quæ infligitur ratione contumaciæ, potest infligi sine alia citatione. circa quod vide quod no. Bart. in l. 3. §. si ad diem. ff. de resti. mili. ille enim. §. facit, ꝙ noua citatio requiratur. vt l. post edictum. de iud. licèt glo. ibi exponat, debet. i. potest. Bar. ita dixit. quędam est pœna contumaciæ: quæ respicit processum, super quo cõtumacia est admissa. puta quòd contra contumacem feratur sententia: vel perueniatur ad primum. & secundũ decretũ. & tunc non requiritur noua citatio. ¶Quædam est pœna, quæ ipsum processum non respicit: sed extrinsecus venit: vt si per contumaciã vellet iudex aliquem in certam quantitatem condemnare: vel remouere ab officio. & tunc requiritur noua citatio cum præfixione termini, infra quem doceat de sua excusatione, vt d. §. si ad diem. facit. ff. vbi pu. edu. de. l. penul. ¶Nonò no.
8 †ꝙ iudex pót interdicere contumaci communionem hominum. Similiter quandoque interdicit exercitium certæ artis, vt aduocationis: vel conuersationem in certo loco, vt l. moris. ff. de pœn. facit l. j. ff. si quis ius di. non ob. ¶Venio ad op. & primò op. & videtur, ꝙ iuris lator vtatur hic mala latinitate. dum dicit [quem.] &c. cõtra l. Plautius. ff. de auro & argẽ. leg. & c. ad audientiam. ſ. de rescrip. Solu. dicit glo. j. ponitur casus pro casu: & adducit similia. cui adde ſ. de sacra vnctio. c. vno. circa prin. & Io. 14. c. ibi [sermonem, quẽ audistis, nõ meus.] &c. Similiter tps pro tempore, vt no. in l. si Posidonium. C. de his, qui no. infa. ¶Secundò op. dicitur hic, ꝙ fuit interrogatus: an vellet litigare. & sic innuit, ꝙ in eius arbitrio erat, vellet cum eo litigare, vel non. contra hoc opp. & videtur, ꝙ inuitus esset cogendus. quia iudicium redditur in inuitum, vt l. inter stipulantem. §. j. de verb. oblig. So. glo. 2. soluit duobus modis. primò, ꝙ fuit ex superabũdanti; cum inuitus posset cogi, vt in contrario. Vel fuit interrogatus, ne posset
a postea sinodum [a] recusare. vbi semel placuisset sibi subire iudicium coram ea. vt c. inter monast. de re iud. & 3. q. 3. c. offeratur. Istam so. gl. reprobat. quia ratione suspicionis non pt tota sinodus recusari. Io. An. reprobat hoc dictum. nam si psidentes sinodo sint suspecti, vel metropolitanus, pót tota sinodus recusari. 3. q. 8. c. quia suspecti. de procura. c. consulti. & ꝙ possit collegium recusari, alle. ꝟ. ti. j. c. licèt ex suscepto. ver. si verò. allego etiam per hoc. ꝟ. de re iudi. ca. pastoralis. in clem. vbi in vno populo cadit suspicio, & inimicitia capitalis. nam & pót vniuersitas delinquere: licèt non ita de facili, vt priuata persona, vt l. si ex dolo. ff. de dolo. Idem ergo Ioã. An. soluit aliter illud contrarium. & dicit post Phil. Ia. & Frã. Vercel. ꝙ fuit interrogatus; quia fortè habebat ius reuocandi domum. 5. q. 2. c. j. vbi de hoc. & ꝟ. ti. j. c. fi. vel scdm Petr. & Abb. fuit interrogatus; quia causa criminalis episcopi est de maioribus. & maiores sine causa transferri possunt ad Papã. de appell. c. vt debitus. in fi. vel factum fuit causa dirimendarum litium. quia se defendere non cogebatur inuitus, scdm
9 Io. An. ¶Et no. sm præcedentem sol. †ꝙ si ille, qui habet plures iudices, & semel eligit litigare sub vno: non potest postea variare, quod facit ad materiam l. cum qui certarum. de ver. obli. ¶Collige etiam, ꝙ rei conuenti est electio, corã quo velit litigare, si habet plures iudices. quod est verum sine dubio in scholari, vt in Auth. habita. C. ne fi. pro pa. in episcopo, vt hic. Regulariter verò iudicis electio est actoris, vt l. 1. & 2. de eo quod cer. lo. & c. cum sit. de fo. compe. ¶Tertiò op. innuit ibi text. quia semel sibi placuit, non potuit postea recusare. ¶Sed contra hoc oppon. & videtur, ꝙ sibi licuerit pœnitere, vt l. si conuenerit. ff. de iurisd. om. iud. Sol. glo. quæ incipit. sed nonne. soluit, ꝙ hic non habet locum pœnitentia. qa clerici variare non possunt. ꝟ. de iure patro. c. cum autẽ. vel hic non pœnituit: sed contumaciter recessit. ex qua so. no. ꝙ l. si conuenerit. habet locum, cum expresse pœnitet: secus si contumaciter se absentat. quia tunc ratione promissionis præambulæ, potest contra ipsum procedi: tanquam contra contumacem. Nam licèt possit pœnitere: non tamen contumaci
10 ter recedere, sm Ho. †Contumacia enim semper est interpretanda ad præiudicium. non ad commodum contumacis, vt no. in simili. ff. de acq. hær. l. quandiu. licèt absens non per cõtumaciam, videatur semper contradicere, vt l. 2. §. si. sol. mat. tamen si est absens per contumaciam: videtur in sui præiudicium cõsentire, vt d. l. quandiu. facit quod no. Io. And. post Inn. ꝟ. de dila. c. preterea. Io. An. post Goff. & Phi. dicit, ꝙ illa l. si conuenerit. loquitur, cum consentit in iudicem alienum. illud c. loquitur, cum consentit in proprium. & sic, sm eũ, cõtrarium loquitur de iurisdictione danda. quo casu licet pœnitere ante lit. conte. hic verò de iurisdictione non declinanda. quo casu pœnitere non licet, vt hic. ¶Tu verò dic, ꝙ qñq; quis renunciat priuilegio recusandi iudicem. Qñq; quis paciscitur subire iudicium non sui iudicis. Qñq; quis promittit aliquid dare, vel facere certo loco. ¶Primo casu non est licitum pœnitere. cum enim renuncio exceptioni declinatoriæ, tollitur obstaculum, quod opponi poterat contra iurisdictionem efficacem contra me in habitu, non in actu: & reuertit. de facili ad naturam suam, vt l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. ¶Secundo casu, cum paciscitur quis subire iudicium nõ sui iudicis. hic tractatur de iurisdictione de nouo validanda cõtra istum. & excedit suos terminos naturales: ideò difficilius roboratur. s. litis contest, vt d. l. & ratio est; qa ille, qui pmittit p stipulationem litigare coram iudice, promittit factum, hoc est pati. qd est factum, vt no. in l. 2. ff. de uerbo. ob. ¶Sed ad

11 ad factum nõ potest † ,pmissor pcisè cogi.sed liberatur præstando interesse,vt l.si quis ab alio.de re.iud. & l. stipulationes non diuidun.ver.Celsus.de ver.obli. ¶ Tertio verò casu cũ quis promittit facere, vel dare aliquid certo loco,nõ potest declinare iudicem illius loci,quia ibi videtur cõtraxisse. Ideo ratione illius contractus ibi poterit conueniri, vt l.con traxisse.de act.& obli.ĩ.tit. 1.c.dilecti.nec põt venire contra
12 quia † locus est pars contractus:sicut dies,vt l. 1.ff.de edé.§. diem.& de sol.l.quæro.¶ Distingue tamé plenius,vt per doctorem meũ in l.si quis in cõscribendo.C.de epis. & cle. & l. pe.C.de pac.& circa hanc materiam vide plures q.in Spe.de cõpe.iudi.adi.§.1. versi. sed nũquid potest.sub ver.decimus. sub quo sunt.16.quæst.de hac materia,¶ Quartò oppo.dicitur hic,ꝙ donec satisfecerit, non debet absolui. contra imò videtur sine satisfactione,præstita tantũ cautione de parẽdo mandatis,sit absoluendus.ĩ. de sen.excõ.c.per tuas.So.dicit glo.quæ incipit.loquitur.ꝙ illud c.loquitur sm iura, vbi cau sa excõmunicationis ante tractabatur,q̃ fieret absolutio. 11. q.3.c.si episcopus.hodie stati debet absolui,& postea de cau sa cognosci.vt in contrario.contra quã so.op.de.c.ex parte. de ver.signi.Sol.dic,gl. ibi loquitur pro manifesta offensa. & idem,si pro manifesta cõtumacia,vt c.venerabilis.de sen. ex com.lib.6.Aliter dicit glo.c.per tuas.concordat cum isto.c. quia tex.iste non loquitur de satisfactione debiti principalis: sed de satisfactione alia.s.expẽsarũ, & cautionis iuratoriç,& de iudicio sisti,vt d.c.ex parte.& l.ei q.C.de bo.au.iudi. pos. de hoc cõtrario plenè vide in d.c.venerabilis.& d. c. ex parte.¶ Quintò oppo.iuxta gl.& videtur,ꝙ ex hoc tantũ,ꝙ iste, De quo vult deo discesserit:non debuerit excommunicari.nã excomunicatio non fertur,nisi trina monitione pmissa. & in scriptis,& alijs obseruatis, de qbus in c.sacro. de sent. excõ. ¶ Sed hic ex solo discessu fuit excõicatus . ergo malè. Solu. cõtrariũ loquitur in ficto cõtumace: vel nõ hic in manifesto; qa dixit,nolo corã vobis litigare.quo casu alia citatio nõ requiritur,cũ hic dicit,in iudicio,vt no.in c. venerabilis. de sen. excõ.lib.6.§.secus autem.¶ Idem si sic non dixit.sed in termino statuto sibi per iudicem non comparuit:monitio enim iudicis idem,quod peremptoriũ, operatur,vt no. C.quomodo,& qñ iu.l.2.& c.consuluit.de offi. dele. ¶ Idẽ si cõparuit, & illicentiatus recessit. de tali enim dicitur.non vr venisse, qui nõ stetit,vt l.scire oportet.§.scire.ff.de excu.tu.& qđ no. Inn.in c.calumniã. de pœnis. &c. ¶ Sextò op. dr hic, quòd non debet absolui:nisi satisfactione præmissa.Sed cõtra.sola nãq; contumacia non sufficit ad cõdemnationem eius,quod petitur.nisi aliter probetur,vt l.properandum.§. & si quidẽ. C.de iudi.So.iste tex. dum dicit [nã adimi sibi epatum.]&c. quasi dicat,epatus,anteꝗ liqueat aliter de delicto , nõ debet propter solam cõtumaciã adimi.ad hoc.ĩ.de dolo,& cõtu.c. veritatis. vel dic, quòd aut loquimur de relaxanda sententia excõmunicationis inflicta propter cõtumaciam manifestã: vel offensam. & habent locũ iura præalleg. aut loquimur de audientia cõcedenda cõtumaci super principali: & tunc quãdoq; debet solũ cauere:quãdoq; debet soluere.qđ dic,vt no. Bar.in l.eum qui.ff. de priuileg. credi. ¶ Septimò oppo. hic dicitur , quòd satisfactione præmissa , debet absolui.contra hoc opponitur, & videtur, quòd nulla absolutio requiratur: quia solutione eius, quod debet, omnis tollitur obligatio, vt Insti.qui.mo.tol.obli.in prin.hic autem post satisfactionẽ re quiritur alia solutio.ergo malè. So,excõmunicatus est obligatus parti,& iudici,quem contẽpsit: licèt ergo sit absolutus ab aduersario per solutionem : non intelligitur absolutus à iudice propter contemptũ eius maiestatem,arg.c.cũ desideras.ad fi.ĩ.de sen.excom.& vide quod no.in Clemẽ.j. de decimis. in gl.sic ergo.aliàs incipit.si suspensi.& c.bonæ.de ætate & quali.per Inn.¶ Octauò op.innuitur hic , quòd postq̃ sic decesit,posit in causa procedi:& secundũ exitum causæ,episcopatus adimi.¶ Sed videtur, quòd ad causam debuerit de nouo citari † quia contumax in vno articu.nõ censetur cõtumax in alio,vt no.Inn.s̃.de offi.deleg.c.consuluit.& c.ad petitionem.de accusa. hic verò innuitur , ꝙ sit citandus vlterius, ergo malè.Sol. iste, sic dicendo , non potuit dici contumax super vno articulo:sed tota causa,cum dixit,ꝙ sibi nõ placebat corã sinodo litigare . sicut ergo , q̃ recedit appellans fru stratoriè,non est citandus vlterius in c. 2.de dolo, & contu. li. 6.ita nec iste.¶ Nonò oppo.& videtur, ꝙ potuerit epatu priuari,pp cõtumaciã.11.q.3.c.rursus. & ĩ. de cleri. nõ reside. c.ex tuæ.Sol. aut est contumacia iudicii : aut non residentię. si iudicij. & tunc aut perseuerat per annũ in cõtumacia,& ex
a cõicatione:& põt priuari,vt in c.rursus. Si minori spatio anni,non põt priuari.¶ Secundo casu,si est contumacia non residẽdi,põt priuari,iuxta formã dicti c.ex tuæ.¶ Decimò oppo.& videtur,ꝙ illa verba.[nullus eidem cõmunicet]&c.fuerunt nimis generaliter contexta.cum dictio [nullus.] sit vniuersalis,& nullius exclusiua,vt C.mandati.l.à procura. Sed potestas,& iurisdictio proferentis sententiam , non cõprehẽdit non subditos,vt c.cum animarum.de consti.lib.6. & l. ex tra territorium.ff.de iuris.om. iudi. ex quo videtur. ꝙ concilium debuerit prohibere cõionem quò ad subditos. non aũt quò ad sibi non subiectos. cuius contrariũ hic dr.¶ So. sententia excõicationis afficit personam,sicut infamia:& iõ per sonam sequitur,quocunq; vadat.sicut lepra leprosum , vt no. in l.ex ea.ff.de postu.& de offi.ordi.c.cũ ab ecclesiarũ prælatis.11.q.3.c.sicut.& c.se.& super hoc vide, quod no.in l.cunctos populos.C.de summa trini.& fide cath.p Bar.& dicã.ĩ. de foro compe.c.postulasti.¶ Quærit Io. An.vtrũ ista verba [nullus eidẽ cõmunicet.] importent excõicationẽ:& sic censeatur excõmunicatus:videtur ille tex.innuere,ꝙ sic . dum dicit.[donec fuerit absolutus.] absolutio enim præsupponit excõmunicationẽ.vt s̃.de ele.c.venera.sicut priuatio habitũ, vt l.decẽ. de verb.obli. ¶ Itẽ quia nihil refert,quid ex æquipollentibus fiat.& sæpe qs vtitur simplicitate verborũ , vt c. ad audientiam.ĩ.de appella.& c.pastoralis.de dona.plerũq; enim dũ proprietas verborũ exquiritur:sensus veritatis amittitur,vt c.propterea.ĩ.de verb.sig.ad hoc facit quod not. Io. An.ĩ.de.appel.c.præterea. sup verb.cognoscas . & hoc tenet Io.An.vbi apparet,ꝙ iudex hoc intendit.& talis erat, qui excommunicare poterat. & hoc maximè, cum addũtur verba, quæ sequuntur.[donec satisfactione.] & alia : cum talia verba cadãt ẽt in iudices:q excõicare nõ possunt.seqtur, ꝙ talis cõmunicando alijs non peccaret:vel celebrando, irregularis non esset,sm Io.An. &c. ¶ Secundò quærit dñs Io.de Lig.Si quis promittit soluere vbiq; locorũ.an poterit conueniri in omni loco.Iaco.de Are.quòd sic:quia ibi videor cõtraxisse, vbi promitto soluere,vt l.cõtraxisse.de actio.& obliga. vnde Gul. de Cun.contra.in l·pen.C.de pac.Sed opi.Iac.cõiter approbatur,sm eũ.& Bar.in l.Titiũ,& Mæuium. §. 1. de administra.tuto.& ꝙ ipse no.in l. 1.& in §.si quis ita.ff.de eo,quod certo loco.¶ Tertiò quæro.hic videtur,quòd conciliũ mandat,ꝙ nullus sibi cõicet,&c.quæro ergo,cũ cõstitutio,vel statutum prohibet alicui audiẽtiã:si nõ fuerit denegata,sed cõcessa:an valeat iudiciũ.dicit Bar. ꝙ qñq; lex resistit actioni , siue petitioni. puta ꝙ ex tali cõtractu nõ detur actio:vel petitio:vel audiẽtia denegatur,& tũc si ille actus,super quo. l.sic loquitur,erat talis,ex quo vel de iure cõi oriebatur actio:tũc p talia verba nõ ipeditur natiuitas actionis:sed patitur exceptio.ff.ad Velleia.l.2.§.1.& ad Mace.l. 1.in prin.qñq; ex illo actu non oriebatur actio ; sed solum officium iudicis: tunc verba inducunt,vt nullo modo audiatur, vt C. qui & aduer. quos.l.si.ratio est; quia quando nulla subest obli. sed solùm ad officium iudicis sibi datur audientia:eo sublato , audientia intelligitur denegata.¶ Et ideò in criminalibus, quæ nõ expediuntur per actiones,& obliga.sed per officium iudicis. Insti.de pu.iudi. in prin.denegata audientia , denegatur totũ factum.C.de his,qui ad ec.cõfu.l. si seruus. ista sunt verba

Barto.in l.cum l.ff.de fideiuss. & in l.j.§.sublata. ff.ad Trebe. & vide Bald.in illa disputatione.Statuto cauetur,quòd fœnerator,&c.

SVMMAE.

1 *Causæ ecclesiasticæ per clericos, non laicos sunt tractandæ.*
2 *Cognitio causarum ecclesiasticarum pertinet ad prælatos.*
3 *Prohibitio non habentis ius prohibendi sperni potest.*
4 *Captio clericorum laico demandari potest.*

DEcernimus. Non indiget summario. ponit tria dicta
1 scda,ibi[& epi.]tertia ibi[nec pp.]¶No.j.ꝙ cau
a sæ ecclesiasticæ ª p clericos sunt tractandæ: non per laicos. laici.n.nec iurisdictionem, nec generalem administrationē in spiritualibus hr̄e possunt super clericos,sm̄ Inn.& Hō.96.
2 di.c.bene quidem.¶Secūdò no.†ꝙ cognitio causarum spiritualium pertinet ad prælatos: & sic oēs prælati habent iurisdictionem.de quo s̄.de off.or.c.cum ab ecclesiarū.¶Ter-
3 tiò†ꝙ prohibitio non habentis ius prohibendi,potest sperni,vt l.tutor.ff.de minori.imò iudex ecclesiasticus posset cōtra iudicem laicum,sic prohibentem exercere censuram,tāquam contra turbatorem suæ iurisdictionis, ar.ff.si quis ius di.non ob.l.j.& eorum,quæ no.Inn.s̄.de off.deleg. c.j.¶Primò opp.contra istum tex.fere de toto primo li. C.vbi Imperator super clericis, & ecclesijs, & rebus clericorum statuit multa iura.& idem in libro Auth.in Auth.qūo oportet epos. in Auth.de monachis.in Auth.de re.ec.in Auth.vt determina.sit numerus clericorum.& in Auth. de san. epi. cum aliis similibus.so.dic,vt no.in d.c.bene quidem.¶Secundò gl.op. & vr̄,ꝙ laici non possunt tractare negocia ecclesiastica.s̄.de arb.c.exposita.& c.contingit. Solut.dicit gl. quòd p̄t tanquā arbiter:non tanquam iudex.¶Tertiò opp.2.q.4.c. Mēnā.& 63.di.c.in sinodo.vbi ēt tanq̄ iudex tractare p̄t.so.dicit gl.auctoritate sua non p̄t: ex delegatione verò p̄t laicus cognoscere de causis pecuniariis clericorum.quod est verum, secūdū Fran.cum non reperiantur clerici idonei:aliàs non. de relig. do.c.inter quatuor.& ne cle.vel mo.c.relatum. Papa verò & pecuniarias,& spūales laicis delegare, & committere p̄t,etiā cum ptāte excōicandi,& absoluendi.quod nō p̄t facere eps̄, vt no.Phil.de of.or.c.fi.& no.96.di.c.j.vt procurator verò in causis spūalibus pōt laicus interuenire,vt c.j.de procur.li.6. iure ergo suo laicus tractare negocia clericorum non p̄t. sed nomine alieno,tanquam delegatus,vel procurator pōt,vt ꝑallegatis iuribus.Simile in filiofa.qui nomine alieno pōt esse in iudicio sine patris consensu:nomine proprio non.j. de ꝓcura.c.qui generaliter. lib.6.¶†Captio clericorū etiam pōt
4 laico demandari.quia in ea nudum ministerium facti versatur.& alieno nomine applicatur, vt c.famæ.de sen. excom.& c.si clericos.de sen.excom.lib.6.Et distingue breuiter ex ꝑdictis.cum quæritur:vtrùm laici possunt tractare ecclesiastica negocia:sic distingue.aut vult tractare ex delegatione Papæ:& potest.aut inferioris:& tunc,aut spirituales: & non potest.aut pecuniarias:& potest.Si clerici:qui sunt periti. aliàs non.aut vult eas tractare iure suo:& tunc tanquam iudex nō potest,vt hic.tanquam arbiter.dic,vt s̄.de arb.c.exposita. & c.contingit.aut vult eas tractare nomine alieno: & potest,vt d.c.j.de procurato.& etiam tanquam nudus minister. vt d.c. vt famæ.& tanq̄ accessor ēt potest, & iure consilia impendere,vt no.in d.c.contingit.& hic in nouella. ¶Sed hic incidenter quæro.quia in persona procuratoris, cum interuenit in iudicio,debet fundari sententia,vt no.in l.j. C. de sent. & ex stipulatione iudicatum solui. & ex sententia quæratur procuratori directa actio,& vtilis dn̄o,vt in l.in causæ. §. fi.cū l.se. ff.de procu.an illa sit,cum laicus tractat illas causas spirituales:ꝙ aliquod ius ex sententia,vel iudicio resideat penes eū. credo,ꝙ non:quia in matrimonio per procuratorem cōtracto non esset dicēdum quæri procuratori actionem directā, sed via recta suo principali.Idem in beneficiis, & oībus iuribus inseparabilibus à persona,in quibus procurator præstat nudum ministerium,vt l.quod in eo.ff.de acq.poss.& hoc no. Bar.in simili.eo.ti.l.antepen.& l.qui ita.ff.ad Treb.¶Quæro quid econuerso, an clerici possint tractare negocia sæcularia? videtur, ꝙ non.ne promiscuis rerum actibus turbentur officia,vt l.consulta diualia.C.de testamentis.& in Auth.quo modo oportet epos.in prin.colla.j.& j̄.ne cle.vel mo.ꝑ totū. dic contra.s.ꝙ possint in locis, vbi habent temporalem iurisdictionem.c.licèt.j̄.tit.j.& quod no.s̄.de of.or.c.quod sedes.& de rapto.c.in archiepiscopatu.

ADDITIO.

a ¶Causæ ecclesiasticæ.adde gl.in cle.per literas.de prob.in cle. fi. de ætate & qual.& in cle.2.de ap.& in cle.2.de reb.ec.non alie.

SVMMAE.

1 *Connexa eodem iure censentur cum his, quibus connectuntur.*
2 *Causa iuris patronatus est de foro ecclesiastico.*
3 *Iudex ecclesiasticus potest de quæstione incidenti temporali coram eo cognoscere.*

QVanto. Continuatur ad præcedens cap. hoc modo.dictum est ibi, ꝙ laici non tractant ecclesiastica negocia. sed quia poterat meritò dubitari de causa iuris patronatus: an in foro ecclesiastico,vel seculari debeat terminari: ideò ponit istud
1 c.in quo primò no. †ꝙ connexa eodem iure censentur cum his,quibus connectuntur.& de consti.c.translato. scdm Pet.
2 ¶Secundò no.ꝙ causa iuris patronatus est de foro ecclesiastico:licèt ergo laico sit cōcessum de gratia, ꝙ possit tale ius possidere:non tn̄ iudici seculari concessum videtur,ꝙ possit de tali iure cognoscere.arg.l.quod verò. ff.de leg. ¶Quærit gl.quę sit ratio,ꝙ cognitio causæ iuris patronatus nō spectat ad iudicem secularem.respondet,ꝙ ideò,quia est annexa,& connexa spiritualibus. ideò propter coniunctionem assumit sibi eius naturam,vt in l.quæ religiosis.ff.de rei ven.ad hoc l. non tantum.ff.de excu.tu.§.Iliensibus.ratio etiam est,quam dixi supra proxi.no.quia contra regulas iuris est concessum hoc laico de gratia,ꝙ valeat possidere.de iure patr.c.3.ergo non debet tale ius extendi,sed restringi,vt no.in d.l.quod verò.¶Sed dices.cum ius patronatus sit mistum ex temporalitate. quando tn̄ laico competit, & transmittitur ad hæredes.16.q.7.c.filius.& ex spiritualitate, inquantum competit in re spirituali.s.in ecclesia;quare magis eius cognitio demādatur iudici ecclesiastico,quàm seculari. ¶Ad hoc dico, ꝙ cum aliquod mistum componitur ex duobus, diuersam naturam habentibus,assumit sibi naturam simplicis dignioris: vnde si illustri adiungatur alius priuatus, in cognitione causæ Imperator de appellatione cognoscat,respectu habito ad illustrem,non ad priuatum.no in l.præcipimus.in fi.C.de appel.ad quod optimè.c.si duo.de offi.deleg.lib.6.regula enim est,ꝙ magis dignum trahit ad se minus dignum, vt in ca.qđ in dubiis.de conse.ecc.vel alta.facit quod dixi,ꝙ vniuersitas scholarium est censenda ecclesiastica,ratione misturæ scholarium clericorum.s̄.de consuetu.c.cum dilectus. facit quod no.Bar.in l.Aristo.ff.de dona.vbi si vendo rem pro x. quæ valet mille,recepto à me additamento alterius rei,quæ valet residuum:non censebitur contractus emptionis, vt ibi.& hoc, cum vnum ex simplicibus præcedit reliquum dignitate; qa sibi attribuitur illud mistum.idem si excedit quantitatem,vt dixi.ad hoc l.quæritur.de statu hom.vbi hermaphroditus cēsetur masculus,vel fœmina,prout magis coalescit.quandoq; simplicia confunduntur,& resultat species specifica ex eis.vt si ex vino tuo,& ex melle meo fiat mulsum.vt in l. 3. 4. & 5. vt ff.de rei vendi.quoniam ex duobus simplicibus fit mistū, & vnum alterū non excedit in aliquo.tunc videtur,ꝙ quodlibet

libet simplicium tantum posfit in misto,ar.no.j. ne sede va. c.j.in materia vnionis.accedit ad prædicta qđ hr de dona. cā mor.q̃ participat de natura,in l.j.in fi.de dote præle.& de iure accrescendi coniuncto cū substitutione pupillari in l.q pa tri. de acq.hær. ¶Quid dices,qñ dispositio loquitur diuisim de simplicibus,an extendatur ad mistū, siue cōpositū ex eisdem.verbi gratia Papa concesfit legato, ꝙ posfit legitimare spurios.Item incestuosos.quid ergo,si est incestuosus, & spurius(quia natus ex cōsanguinea alteri nupta:)vr̄,ꝙ posfit.qa sub simplicibus continentur mista.contrariū tenet Bar. in l. si ita scriptum.de lib.& posth.pro quo facit quod no.j. cap. prox.per Io.An.eps.n.dispensat in adulterio,vt ibi.Itē in incestu.vt 27.q.j.c.virginē.& tñ non dispensat in adulterio incestuoso,sm̃ Vin.vt ff.de adul.l.vim passam.§.præscriptis.ad prædicta facit l.Titiæ textores.ff.de le.j.& vide qđ no.Bar.in l.2.in prin.ff.de ver.ob.qñq; vna res adiūgitur alteri,nō principaliter,sed per modū accessorii: tunc res semper iudicatur sm̃ principale,non attenta dignitate talis accessorii , vt l.& si non sint.§.perueniamus.& in fi.l.ff.de au.& ar.le. facit quod subtiliter no.in l.si vir.ff.pro dona.& l.rerum mistura.de vsu ca.¶Quærit gl.vñ hoc,ꝙ ius p̄ronatus cadit in laicū.dicit, ꝙ ideò.quia non est merè spūale. Nam merè spūalia posfidere non posset,nec ad hr̄des transmittere. 8.q.j. c.cū apostolica. & de præscr.c.cām q̃.& dic sm̃ Ho.ꝙ laicus merè spūale non tractat,nec posfidet.merè tpale laicus tractat,& possidet spirituali annexum: ius patronatus laicus nō tractat, sed posfidet.de his 16.q.7.c.pię mentis.¶Vltimò q̃rit Io.An. vtrùm qđ hic dr̄,sit verū,ēt si qō iuris patronatus deducatur in iudicio incidenter:vt non posfit corā iudice laico ventilari.dic,ꝙ sic,vt j.qui fi.sint leg.c.lator.& ibi p Io.An.videas,quod hic
3 no.Pe.videlicet,†qa iudex ecclesiasticus p̄t de qōne incidēti tpali coram eo cognoscere,& non econuerso iudex secularis de spūali incidenti.dic vt j.de or.co.c.tuam. facit quod not. in l.Titia.ff.so.ma.per Bar.&c.

SVMMAE.

1 *Confesfio sola , vel legitima probatio an sufficiat ad condemnationem .*
2 *Species probationum in criminalibus.*
3 *Argumentum de sententia ad probationes est licitum.*
4 *Deposi.us post depositionem non statim efficitur de foro seculari .*
5 *Degradatus an gaudeat priuilegio seculari.*
6 *Iudex statim post latam sñiam est functus officio suo .*
7 *Reus ex eodem delicto pluribus pœnis non debet puniri.*
8 *Fides sit iudici seculari per iudicem ecclesiasticum.*
9 *Clericus conueniens laicum an posfit reconueniri coram iudice seculari .*
10 *Eps in maiori crimine,quàm adulterio an posfit dispensare.*
11 *Canones ab hominibus sunt obseruandi.*
12 *Confesfio coram iudice incompetenti facta ad quid prodest.*
13 *Iudex an debeat exequi sententiam alterius sine nouo processu.*

AT si clerici. Clericum conuictū, vel confessum de crie corā iudice laico ex eo non punit eps.sed coram se cōfessum,& conuictum punit debita pœna: non cum illo dispēsat.quod patet in adulterio,& minoribus.depositū vero non statim tradit curiæ seculari,sm̃ istam summā.sm̃ ibi [si nō.]
1 tertium ibi[de adul.]quartū ibi[sed non debet.]¶No.j.†ꝙ in criminibus sufficit ad condemnationem sola cōfesfio,vel legitima probatio.qñq; tñ confesfioni non est standum,vt l. j.§.si quis vltimo.ff.de quæst. probationes verò qñ dicantur sufficientes in causa criminali.dic vt l.sciant. C. de probatio. quādo verò concurrunt ista duo.s.confesfio, & probatio criminis confessati:tunc excluditur criminosus à beneficio appell.quod dic.vt j.de appel.c.cum sit Romana.& C.quorum app.non re.l.2.& j.de app.c.Romana.§.sinautem.lib.6.& l.
2 creditor.§.iusfus.ff.de appel. ¶†Ex præmisfis verò no.duas species probationum in criminibus.s.probationem, & confesfionem.Sunt duæ aliæ per euidentiam facti,& præsumptionis,vt j.de rest.spo.c.cum ad sedem.Ista aūt probatio p præsumptionem, & iudicium an sufficiat in cā criminali . dic vt no.Io.An.j.de præsum.c.quia verosimile. In criminibus ergo conuincitur quis qñque per confesfionem.q̃ qñ præiudicet,dic vt l.2.§.si quis vltro.de quæst.Qñq; per testes.de quo in l.sciant.C.de proba. Qñq; per instrā.& tunc est dubiū.de quo per Bar.in l.senatusf.ff.ad Turpil.& ca.his quæ. de ma.& obe.Qñq; per præsumptio.& dic,vt d.cap. quia verosimile. Qñq; per euidentiam facti.& dic vt in c.vestra.de coha.cler. & mu.Qñq; per indicia.dic vt l.maritus.ff.de quæst.per Bar. Qñq; ista omnia , vel ex eis aliqua concurrunt in probatione delicti.dic vt dixi.excluditur reus à beneficio appellandi, vt c.Romana.de appel.& l.nulli. ¶Secundò no.in versi.sic.n.
3 †ꝙ licitum est arguere de sententia ad probationes, vt in casibus,in q̇bus sententia est nulla ratione defectus iurisdi.eisdem etiam casibus sit nulla probatio. & alibi traditur regula,ꝙ omnibus,quibus nocet,vel prodest sententia, prosunt, vel nocent acta.j.de test.c.causam,quæ.de actio.ergo ad sententiam licitum est arguere.adde tñ ad hoc, quod no.Bar.in l.cum quærebatur.ff.de re iud. ¶Tertiò no. ꝙ qñq; ex crimine imponitur pœna suspensionis.qñq; depositionis.& est inter istas differentia;quia suspensus non perdit titulū in beneficio:depositus verò sic.ad quod vide notata per Io.An. j. de cohab.cleri. & mu.sicut & quod ibi dixi.Quandoq; ergo deponitur quis ab ordine,vel beneficio.quod intellige secundùm diuersum modum agendi.j.de simo.c.dilectus. 2. Quādoq; suspenditur.nam secundùm varietatem criminū variantur pœnæ,vt s.de of.or.c.ad reprimēdum.in gl.2.& de multiplici suspensione no.Io.An.in clem.cupientes. de pœnis. ¶Quartò no.in §.de adulteriis. ꝙ solus eps sine capitulo dispensare p̄t.de quo j.de ele.c.cum ex eo.li.6.in glo.licèt igit. ¶Quid de electo non consecrato,an posfit dispensare.idicit Io.An.ꝙ sic in pœna:quam pòsfit imponere.in alia, quā imponere non posfit,dispensare non poterit.allegat de sen.exc. c.cum illorum.facit supra de elect.c.transmisfam. ¶Quintò no. ꝙ propter permisfam potestatem dispensandi episcopis videtur innui,ꝙ posfint pœnam iuris minuere.quod intellige ex causa:alias non esset dispensatio:sed disfipatio, vt no. j.de voto.c.non est voti.¶Similiter alii iudices tempore sententiæ possunt minuere,& augere pœnam legalem ex causa. quod dic,vt no.s.de cōsti.c.j.& l.quid ergo.§.pœna grauior. ff.de his,qui no.infam.¶Sextò no.ꝙ illa dispensatio est permisfa episcopo post peractam pœnitentiam. quod intellige, & ante depositionem:quia cum deposito non dispensat.2.q. 6.Ideo de hoc j.de cleri.excomm.mini. c.clerici. facit quod no.j.de rescri.c.quamuis.li.6.& innuit iste tex. per id , quod dicit[non quemlibet.] &c.ꝙ aliquos deponentes statim debet tradere iudici seculari.qui autem sunt illi,vide j. de hær. c.ad abolendam. in gl.tribus.tangam.j.eod.ca.cum non ab
4 homine.¶Septimò nota,† ꝙ post depositionem non statim efficitur depositus de foro seculari:sed requiritur traditio.
5 & per hoc dicebat Petr.ꝙ degradatus non est statim de foro seculari.& ꝙ gaudet clericali priuilegio.81.dist.c.dictum.& no.j.de hæreti.c.ad abolendam.& dictum reprobat Io.An. qui remittit ad no.de hoc in c.2.in fi.j.de pœnis.li.6.ista ergo Decre.& illa.j.eo.c.cum non ab homine. inquantum exigunt traditionem,intelligitur de uerbo tenus deposito, non de actualiter degradato:qui statim est de foro seculari, secū
6 dùm eum,&c.¶†Octauò no.ꝙ post latam sentētiam iudex statim est functus officio suo:siue bene,siue male pronunciauerit.de quo.s.de offi.dele.in c.literis.& l.si ut proponis. C. quomodo,& quando iud.¶Vtrùm autem posfit iterum sententiare,dic,vt j.de re iud.c.1. ¶ Et quid iuris si pœna minus legitime imposita sit exacta.dic,vt l.senatus. ff. de accu.

7 ¶Nonò nō.ꝙ de eodem delicto non debet reus puniri pluribus pœnis,nec variis legibus.vt d.l.senatus. Aduerte tamen, ꝙ plures pœnę bene possunt concurrere in origine,nō in effectu;quia vna exacta,alia tollitur.qđ dic,vt in l. j. ff. vi bon. rap. & l.qui sepulcrum.C.de sepul.viola. pluralitas verò delictorum exigit pluralitatem pœnarum.quod dic,vt l.nunquã plura.ff.de priua.delic.¶Venio ad op.gl.primò opp.dr̃ hic, ꝙ ex confessis,vel probationibus factis corã iudice seculari, non sunt clerici condemnandi.sed contra de.c.testimoniũ.ĩ. de testi.c.cum desideres.§.j.de sen.exc.So.vt in glo.j.q̃ dicit, ꝙ illud,quod hic dr̃,est verum, nisi ex tali sñia grauata sit eorum opinio.quo casu nisi se purgauerint,quasi cõuicti puniũtur.Ho.dicit,ꝙ istud non est omnino sic tenendum. laici em̃ sunt nobis infesti.2.q.7.c.laici.quod dic,vt no.de pur. can.c. cũ in iuuentute. §. j. pp talem tñ opinionem grauatã debent ab officio suspendi,vt no.hic in gl.2.quæ tñ loquitur in casu, quo iudex secularis erat iudex comperens in cognitione criminis contra clericum;puta quia ciuiliter recõuetus. quo casu sm̃ Ala.Tan.& Phi.sola illa condemnatio super crĩe ciuiliter intentata sufficit ad suspensionem: licèt non ad depositionẽ,vt ibi dicit gl.Ho.dicit,ꝙ talis suspensio intelligitur pp infamiam:tñ non pp crimen,cum illud probatum nõ sit quò ad pœnam ecclesiasticam proponendam.quia nec ad hoc agebatur.antiqui cõtra,vt s̃.patet,sm̃ eũ. ibi verò est prorsus iudex incompetens secularis in cognitione criminis contra clericũ:vtrũ pp infamiam,q̃ oritur ex eius sñia,vel processu, sit indicenda purgatio illa.prima gl.tenet,ꝙ sic. pro qua facit:quia ex confessis extra iudicium:si oritur infamia,indicit purgatio,vt c.q̃ sit graue.de excesſ.præla.multò magis,si in iudicio:licet nullo mõ debeat confessio talem sortiri effectũ, ar.ĩ.de rest.spo.c.Pisanis.Host.tñ,vt vidistis,remittit ad præalle.c.cum in iuuentute.dic,vt ibi.¶Et no. illam gl.2.cũ agit de crĩe ciuiliter contra clericum.an sñia lata super crĩe,sufficiat ad suspensionem,vel depositionem clerici delinquentis, sine alio processu?cui adde,quod le.& no.in l.vna.C.qñ ciui. ac.crimi.præ.hanc tñ gl.inquantum tenet, ꝙ clericus possit reconueniri ciuiliter de crĩe coram iudice seculari:multi non tenent.vt ĩ.dicam.Sed est no.si reconuentus fuerit corã iudice ecclesiastico,& probatum, & condemnatus fuerit:an sequatur suspensio,vel depositio sine nouo processu.& uide qđ no.Cy.in simili in l.j.C.de aduo.di.iud.& c.j.ĩ.de cal.& quod ibi dixi.& l.si filio.la 3.ff.sol.ma.per Bar. & in c.multi.2.q.2. vbi plenius gl.loquitur in qõne,& innuit, ꝙ possit super crĩe reconueniri coram iudice seculari. Sed de viribus illius sñiæ quò ad depositionem,vel suspensionem loquitur dubitãdo. ¶Scđo opp.dr̃ hic.ꝙ isti clerici confessi, vel conuicti coram iudice seculari,non debent à suo iudice condemnari. Sed cõtra.ĩ.ti.j.c.si diligenti.vbi dicit, ꝙ tales debent perdere locũ suum,vel causam,vt ibi patet.So.dicit gl.2. ibi fuerunt tracti voluntariè:hic inuiti.Io.And. post Vin.dicit non curandum quò ad illud,quod hic dr̃, fuerint tracti coactè, vel sponte: sed loquuntur diuersis respectibus hæc duo capitula: ibi em̃ loquitur de pęna infligenda ex eo; quia in ciuili,vel criminali clericus sponte consensit in iudicem secularem:hic verò loquitur de pœna infligenda pp crimen contra clericum probatum:vel confessatũ in iudicio seculari. quo casu siue spontè,siue coactè tractus fuerit, non nocebit sibi talis cõfessio, vel probatio.¶Sed fortè vbi spõtè se subiecit iudicio seculari:posset suus iudex illã confessionẽ,vel probationem habere ratas.sicut posset sñias contra talem spõtè litigantẽ latas, vt no.in d.c.si diligenti.in glo. sed si contra eos.& ibi dicam. ¶Tertiò extra gl.ad illud opp. & videtur, ꝙ talis confessio, vel probatio emissa in iudicio seculari faciat fidem coram iudice ecclesiastico.quia etiam iudicium hæreticorum certificat Ecclesiam.24.q.j.c.quisquis.& in Auth.de sanct.epi. §.si verò crimen.& sententia in vno iudicio lata facit fidẽ in alio.
8 ĩ.tit.j.c.postulasti.& C.de lib.causa.l.iubemus.†Similiter fit fides iudici seculari per iudicem ecclesiasticum. 11.q.j.c.statuimus.¶Item & confessio emissa extra iudicium, & ẽt habita in processu nullo nocet confitenti, vt l.capite quinto.ff. de adul. & c.quam sit graue.de exces.præla. & ca. Pisanis.de resti.spo. & cle. constitutionem, vt circa.de ele.in fi.So.Inn. de uiribus istius confessionis,de qua in illo c. dubitauit in c. per inquisitio.s̃.de ele.& tenet,ꝙ cogatur in ea persistere, si sponte confessus fuerit:secus si coactè,vt in illo ca.glo.ẽt.j.vt vidistis.firmat hic,ꝙ nocet,si ex ea grauata sit eius opi. vt debeat se purgare.ꝙ si non poterit, habeatur pro conuicto, put dixi s̃.in prima opp. ¶Quartò oppo.& videtur, ꝙ teneat sñia iudicis secularis contra clericum.2.q.j.c.multi.So.glo.j. remittit ad ibi nõ.& ibi dupliciter soluitur. vel ꝙ ibi dicatur seculare iudiciũ ecclesiasticum, quod est in rebus secularibꝫ vel loquatur de laico.vel sm̃ Vin. ibi loquitur,quantũ ad pœnitentiam.ar.de pœn.di.j.c.quamuis. & quia pœna ecclesiastica potius absoluit,q̃ condemnat.de pœn.di.2.Sed & continuò,& melius sm̃ eum loquitur, qñ clericus conueniens laicum,reconuenit coram iudice laico.ita refert hic Io.An.†ex
9 cuius vltima solutione reuoco in dubium, an hoc sit verum, ꝙ clericus possit reconueniri coram iudice seculari.gl.2. hic tenet,ꝙ sic:siue reconueniat in cã merè ciuili, siue de crimine ciuiliter intentato,per c.cuius in agendo. 3.q.8.sumptum ex l.cum Papin.C.de sen. & inter. & Auth. & consequenter: aduertendum inquantum gl.dicit,ꝙ si de crimine agatur ciuiliter,possit clericus reconueniri super eo coram iudice laico.Idem tenet gl.in d.c.in primis. & intantum est hoc verũ, sm̃ gl.ꝙ si condemnatus fuerit(puta ad restitutionem rei furtiuæ: vel ad æstimationem serui occisi actum fuerit l.Aquil.) remanebit infamis,ar.l.non potest.ff.de fur.Idem tenet Ho. Pe.Goff.& Vin.dicens,ꝙ sibi imputet, ꝙ laicum conuenit:induxit Decr.cum te.de re iu.Item cum exceptio ciuilis est, & tñ infamat.& ideò libertus contra patronum de dolo nõ pt excipere.de doli exce.l.apud Celsum.§.aduersus. nõ.l. de eo. vt refert Io.An. tenuit dictam gl. cui vr̃ concordare Gratianus.2.q.3.§.hinc colligitur.cõtra 6.q.j.c.infames. Hugo, & quidã alii dicunt clericum conueniri non posse coram iudice laico actione,q̃ infamet.imò vr̃, ꝙ de nullo crimine clerici,ẽt ciuiliter, vel in modũ exceptionis (puta vt repellatur à testimonio laici)iudex cognoscere possit.super quo vide,qđ no.ĩ.ti.j.c.verum.in gl.2.post Inn.& Ho.qui ẽt de hoc no.de mu.pet.c.j.& ista hñt locum,vt dixi,cum per modũ reconuẽtionis clericus q̃ritur ciuiliter de crĩe coram iudice laico.
¶Quid ergo dices in cã merè ciuili. pone clericus agit corã iudice seculari cõtra laicũ ad mille.laicus vult eũ reconuenire sup alia re,vel summa. q̃rit, vtrũ possit. Arch.plenè de hoc disputat in c.j.extra de clericis.li.6.& ibi tenet,ꝙ ẽt in ciuili nõ possit clericus recõueniri corã laico. dicẽs, ꝙ regula de hoc negante tradita. 11.q.j.c.j.& 2.nõ reperit vitiata,ẽt in cã recõuẽtionis.facit ĩ.e.c.qualiter.ibi[qđ oĩno fieri, phibemus.] hæc opi.vt dicit Io.And. placuit p̃ceptori suo in legib.hãc ẽt tenet Pe.de Bel.pti.hac potissime rõne.q̃a clericus ẽt expsse iurisd.laici ad cãm suã ,progare non posset.ĩ.ti.j.c.si diligẽti. ergo nõ tacitè.Io.An.dicit,ꝙ satis ,pbabilis est ista opi.tamẽ [minimè sunt mutãda.]&c.vt l.minimè.ff.de le. ¶ Ad rõnes cõtrarias sic rñdet.ꝙ licet de clerico non habeamus casum expressum.satis est,ꝙ casum habeamus, ꝙ recõuentio facit illũ iudicẽ:q̃ alias iudex nõ est.Nõ ob.c.j.& 2.pal.q̃a loquũt in actione.c.qualiter.ĩ.e.loq̃tur in eo,q̃ cõtrahit. ¶ Ad rõnẽ Pe.rñdet,ꝙ negari non pt,ꝙ clericus faciat eũ iudicẽ causæ suæ,agendo corã ipso cõtra laicũ.quod ergo pt actio, possit recõuentio.& fortius illa rõ procedit,cũ corã iudice laico conuenit laicum: quem ẽt posset corã ecclesiastico cõuenire.ĩ.ti.j.c.fin.¶Concludit Io.And.ꝙ multi clerici amplectũtur opin.Arch.Pe.& aliorum.sed vr̃ sapere tiranniã, & cõtra æq̃tatẽ,sm̃ eũ. p illa opi.Io.An.addit Bar.ff.de iuris. om.iud. l.si idẽ cũ eo. §. ꝙ si mutuæ. vbi põt reconueniri actor ĩ maiori

7 ¶Quartò quæro.† excõicatus vulneratur, vel aliàs verberatur: an persequens suã iniuriã admittatur ad accusandũ: dñs Fed.dicit se mirari, q de hoc dubitet aliquis canonista: quia rõ.c.j.de exce.li. 6. ita adaptatur ad illum casum, sicut ad alios: vt.s.rationibus ibi expressis veniat repellendus. Itẽ spoliatis maximus à iure fauor impenditur: & tñ exceptione prædicta excommunicatus ab agendo excluditur, vt no.23. di.c.j.in fi.& de procura.c.ex insinuatione.in ver. canonicis. & de rescrip.ca.dilectus. in glo.lib.6.in fine.Item apostillat Io.And.de excep.c.à nobis.ibi [addebat criminosus, non excommunicatus] remittit ad gl.Ioan.positam.4.q.6. c.omnibus.ita dicit consi. 111. ¶Sed remanet hic magnum dubiũ. vtrùm pro tali iniuria, vel offensa possit iudex delinquentem ex officio punire, procedendo per viam inquisitionis.dominus Iacob.But. disputauit similem quæstionem in istis criminibus.Statuto cauetur, quòd si aliquis non soluerit collectas: non reddatur ei ius in aliqua causa ciuili, vel criminali agendo, vel defendendo: accidit, quòd quidam, qui collectas non soluebat, iniuriatus fuit. iudex, qui aliàs super illo crimine per inquisitionem poterat procedere, contra illum delinquentẽ opponit, quòd non potest. quæritur quid iuris. determinat, quòd non possit. quod verum idem sit in excommunicato, non firmo: sed remitto ad not.in l.non solum. §.fin.ff.de iniuriis.per Barto.

ADDITIO.

a ¶Et sic stare in iudicio.Aduertendũ est, q tunc debet constituere procuratorem ad respondendum.Car.in c.ex parte decani.in 2.notabili.de rescrip.Doct.in c.post cessionem.de prob.Abbas in c.consulti. de procur. & habetur idem hic in 2.notabili.nu.2.

b ¶Quid ergo.vide Bal.in l.libertus.la j.ff. de in ius uoc.

SVMMAE.

1 *Canones debent legibus præualere.*

2 *Doctores iuris canonici debent præcedere legum Doct.et si sint laici.*

3 *Clericus de oĩ crĩe debet conueniri coram iudice ecclesiastico.*

Consuetudo canonibus derogare non potest.

CLerici. Clericus de omni crimine debet coram iudice ecclesiastico conueniri: nec valet consuetudo contraria.& duo facit, legem probat, & consuetudinẽ improbat. ¶Primò not.

1 † q leges Imperatorum succumbunt canonibus: & canones debent legibus præualere, concor.C.de sacrosan.ecc. l.priuilegia.vbi Bal.sic distinguit.aut loquimur in spũalibus, & pertinentibus ad fidẽ: & stamus canonibus, vt d.l.priuilegia. Et ibi concor.idem in rebus ecclesiasticis, vel iuribus ecclesiasticarum.de consti.c.ecclesia sanctæ Mariæ. aut loquimur ĩ meris tpalibus: & tunc aut in terris Ecclesiæ: & in vtroque foro seruamus canones.aut in terris Imperii: tunc in foro ciuili seruamus leges: nisi talis obseruantia induceret pctm̃.qui si.sint leg.c.per venerabilem. Sed in foro epi stamus potius canonico iuri, vt in c.j.de ope.no.nun.ita distinguitur ibi: quibus adde qnod no.in c.vigilanti.de præsc.& c.cum esses. de testa. & in reg.malæ fidei possessor.& in reg.ea quæ fiunt.de reg. iur. li.6.in mercu.ad illam dist.rediguntur leges, q̃ dicunt, q Imperator p omnia vult sequi sacras reg.in Auth. de san. epi.§. vt omnipotens ec.col.9.& in Authen. qũo oportet epos. §.j. col.j.& ecclesiastica causã sm̃ sacras regulas est examinãda, & finienda, nulla contradictione obstan.in Auth. de san.epi. §.si aũt ecclesiastica.& se.& in Auth.de man.princ.§.si verò cãm.¶Scdo no.q dicit tex.[imitari.]arguit.n. ex hoc Fran.

2 † q Doct.iuris canonici pcedere debent, ẽt si sint laici legũ Doct.quasi tantò qs nobilior reputet, quantò præest maioribus.facit quod no.in c.statuimus.de ma.& obe.¶Tertiò no.

3 † q clericus de oĩ crĩe conueniri debet corã iudice ecclesiastico: iudex ergo laicus non cognoscit de crĩe contra clericum, ẽt si per modum exceptionis crimen in iudicium deducat, vt no.Inno.ĩ.ti.j.c.verum. Et ẽt si dubitetur, vtrùm sit clericus. nec de illa piudiciali nõ cognoscit iudex laicus. de quo dic vt c.si iudex laicus.de sen.excõ. li.6. Vtrũ aũt quod hic dicitur, habeat locum in clerico deposito.vr̃, q nõ.de penis. c.2. lib.6.in vl.gl.Itẽ quod hic dicitur in criminalibus, supple idẽ in ciuilibus, & personalibus, vt patet in his, quæ not. ĩ.eo.c. qualiter.& ĩ. tit. 1.c. quod clericus.& quod dicã eo.tit.c.2.

4 ¶Quartò no. † q cõsuetudine nõ põt canonibus præiudicari.Si eñ canõ vincit legẽ scriptã, & cõem: fortius legẽ non scriptã, & particularẽ. & hoc mõ Papa intendit arguere. vt qđ nõ põt facere lex cõis, & scripta, nõ possit particularis, & nõ scripta.& nisi hoc mõ ĩducas illationẽ, nõ vr̃ aptè inferri ad propositũ antecedẽs.& p hoc, qđ dicit tex. q nõ põt consuetudine hoc induci, argue, q nõ ẽt pacto, vel statuto ciuitatis.nil eñ aliud est consuetudo, q̃ ciuiũ tacita cõuẽtio, q̃ non minoris est efficacie, q̃ expressa, vt l.de qbus.ff.de legi.& qđ not. C. de decre. decu.in rub.& l.non impossibile. de pac. ¶Oppon.ille tex.innuit, q consuetudo non præiudicet iuri scripto.sed contra.11.dist.c.in his.sol.vt in glo.cui addit Io. An.quod no.8.dist.c.frustra.& plenius.s̃.de consue. c.fi.vbi illa materia declaratur.

SVMMAE.

1 *Iudicis officio incũbit, q personæ coram eo litigantes sint legitimæ.*

2 *Capitulum cum auctoritate, & consensu sui prælati debet agere.*

3 *Libellus debet concipi in persona Capituli in iuribus spectantibus ad Capitulum.*

4 *Acta facta in iudicio cum persona non legitima non valent.*

5 *Iudex põt supplere in causis pro ecclesiis, & minoribus indefensis.*

CAusam. Iudex prouidere debet, ne collegium litiget corã eo sine auctoritate prælati.tria facit, committit causam, instruit delegatum, & instructionis causam reddit.scda ibi[prouideas]tertia ibi[nec si.]¶No.j.dum dicit[prouideas.]&c.

1 q † pertinet ad officiũ iudicis, puidere, vt psona sit legitima, quæ litigat coram eo.similiter, vt libellus sit aptè cõceptus,

vt no.Inno.s̄.de offi.vic.c.1.& de offi.asses.l.1.Ratio est, ne iudicium suum sit delusorium.quod debet solicitè prouidere, vt l.si prætor. ff. de iudi.Et inferas ex hoc, ꝙ licèt pars omittat exceptionem inhabilitatis contra personam agentis: tñ potest iudex hoc ex officio supplere, etiā postquā fuerit parti super hoc via præclusa, vt est glo.no.in c.1.de elec.lib.6.fa
2 cit l.quos prohibet.ff.de postulan.¶ Secundò no.† ꝙ Capitulum cum auctoritate,& consensu sui prælati debet agere: sicut minor cum consensu,& auctoritate curatoris,vt l.1.ff.de
3 admi.tut.Et innuit ille tex:ꝙ † libellus debet concipi in persona Capituli, non prælati.quod credo verum in iuribus spectātibus ad Capitulum:in iuribus verò cōmunibus Capitulo & prælato ipse prælatus habet exercitium actionum de quo plenè in ca.edoceri.s̄.de rescrip.¶ Tertiò not. quòd quando iudiciū non est fundatū cū persona legitima, potest à capite inchoari. Ideo iura nolunt,ꝙ non prius iuris ratio,quā persona quærenda sit,vt l.quidam referūt.de iure codi.& l.si quęramus. de testa. ¶ † Vtrùm aūt illa acta facta in tali iudicio
4 cum persona non legitima faciant fidē in iudicio postea aptè concepto:credo, ꝙ non: quia talis nullitas concernit omnia acta,ar.no.per.Bar.in l.cum quærebatur.ff.de re iu.¶ Quartò no.tex.dū dicit [valeat suscitare] relinquit.n.hoc in arbitrio minus legitimè cōparentis: vtrū velit illud iudicium esse nullum,vel efficax ad similitudinem minoris,per quæ lata esset sententia,vt l.non eo minus. C. de procu.Ratio colligitur ex l.quod fauore.C.de leg.¶ Primò oppo.Io. An.ille prætendebat se episcopum,& abbatem:sed contra,quia duas dignitates non potest quis obtinere, vt ca. de multa. de præbend. nam per adeptionem episcopatus vacauit abbatia ipso iure, vt ibi. sic etiam non potest quis habere episcopatum, & præposituram,vt c.cum nostris.de conces.præben.So.dicit ipse.monasterium fortè erat vnitum epatui:vel erat cathedralis ecclesia regularis,sicut multæ sunt in Anglia,& Frācia.Et hoc tenent Pe.Ab.Gof.& In.& illa est.s. cathedralis ecclesia regularis Cantuariensis. Rof. & Vin.¶ Itē archieps Lugdunensis est abbas sancti Iusti Lugdunensis.& archieps Viennensis est abbas Ecclesiæ Romanensis.vnio ergo, vel status cathedralis ecclesiæ,quia regularis(vt est ecclesia Perusina, Auinionensis, Vticensis,Magalonensis,Nemetēsis,Nemensis, quæ sunt sub regula sancti Augustini) tollit cōtrarium.¶ Secundò op.hic imponit necessitatem iudici prouidendi, vt iudiciū fundetur corā psona legitima.Sed cōtra iudex nō debet in causis ciuilibus,& profanis supplere de facto,sed de iure, vt C. vt quæ desunt aduo.par.iu.sup.l.1.ff.de dā.inf.l.4. §. hoc autem iudicium.vbi dicitur,ꝙ non debet impendere suum officium non
5 petitū.hic dicitur cōtra,ergo malè.So.† speciale est,ꝙ possit supplere pro ecclesijs,& minoribus indefensis, vt no.Bar. in d.§.hoc autem iudicium. pōt enim supplere defectum auctoritatis tutoris,& tutorem non habenti dare, vel curatorē ad litē,vt l.si infanti.in fi.C.de iure deli.& c.fi.de iudi.li.6.vel dic subtilius,ꝙ ideò pōt supplere de facto ī illo casu; quia de illegitimitate personæ actoris in casu huius.c.constat sibi iudici, vt iudici:cum subijciatur eius oculis persona illegitima. ergo ipsam pōt repellere, sicut excōmunicatum,infamē, & alium quemcunque inhabilē,vt d.l.quos prohibet. c.pia. de excep. lib.6.maximè ne iudicium suum sit delusorium,vt dixi.

SVMMAE.

1 *Clericus depositus incorrigibilis comprimitur per curiam secularē.* 8.
2 *Deprehensio sola non sufficit ad condemnationem:nisi deprehensus sit conuictus.*
3 *Clerici deprehensi in crimine deponuntur.*
4 *Deponi potest quis pro furto,homicidio, & periurio.*
5 *Pluralitas delictorum exigit pluralitatem pœnarum.*
6 *Ecclesia quādo nō habet quid vltra faciat, debet vti gladio tēporali.*
7 *Anathema vnde dicatur.*
9 *Conditio delinquentis si varietur:debet imponi pœna, non secūdū prateritū statū:sed secundū nouū mutatū pro delicto præterito.*
10 *Excommunicatio aliquando dicitur leuior pœna:quia non est perpetua,sed ad tempus.*
11 *Ecclesia imponit pœnam mortis indirectè.*
12 *Verbum,moriatur, in dubio intelligitur de morte naturali, nō ciuili.*
13 *Sacerdos si matrē, vel sororē cā lucri occiderit: qua pœna puniatur.*
14 *Hæreticus reuersus ad vnitatem Ecclesiæ est perpetuò carcerandus.*
15 *Hæresis est maius delictum, quàm homicidium,si hæreticus perseuerat in crimine.*
16 *Delictum maius est,quod committitur faciendo, quàm omittendo.*
17 *Debitor fugitiuus potest cāpi die feriato in honorem Dei.*
18 *Incorrigibilis quis dicatur.*

1 CVm non ab homine †Clericus depositus incorrigibilis comprimitur per curiam secularem.cōis diuisio,secunda ibi[consultationi.]¶ Primò
2 nota, ꝙ qñque clerici in criminibus deprehenduntur a similiter & laici,vt l. capite quinto.ff.de adul. Et ibi not. ꝙ releuat ista deprehensio:cum testis non possit deponere super crimine de visu:sed tantūmodo, ꝙ viderit eū capi. quia dicebatur
2 furtum, vel adulteriū cōmisisse dic,vt ibi.¶ Scdò no. † ꝙ sola deprehensio nō sufficit ad cōdemnationem, nisi etiam sit conuictus.nā licèt deprehensio sit sufficiens ad infamiam inducendā,vt ff.de ritu nup.l.palā.§.quæ in adulterio.non tamē est sufficiens ad ferendā sententiā,sm̄ Gof.& Host.&c.¶ Ter
3 tiò no.† ꝙ clerici deprehensi in criminibus deponūtur.& nomē clericorū intellige largè,sicut sumitur. 12.q.j.c. duo sunt. vt sic comprehendat personas ecclesiasticas, quæ gaudent eodē priuilegio. 17.q.4.c.si quis suadente.Et idem videtur de familia episcopi.de offi.archi.c.fi.§. j. vbi de hoc. ¶ Quartò
4 no.coniuncto themate cum fine c.ꝙ † prò furto, homicidio, & periurio pōt quis deponi.& per hoc,ꝙ dicit[in quocunq; ordine] arguit Ho. ꝙ clericus inferioris gradus rōne delicti sit degradandus.de hoc plenè de cle.ex.mi.c.2.§.1.¶ Quintò no.quatuor gradus pœnarū:vt sic crescente contumacia, crescat pœna,vt j̄.vt li.non conte.c.quoniam frequenter. ad
5 fi. †Pluralitas enim delictorum exigit pluralitatem penarū, vt l.nunquam plura.ff.de priua.del.Ex vno autem delicto nō debet quis duplici pœna puniri,vt dixi.s̄.c. at si clerici. j̄. in
6 9.no.¶ Sextò not.ꝙ quando ecclesia † non habet vltra quid faciat,debet vti gladio temporali:ex quo colligit Ho.arg.nō
b esse vtendum temporali gladio,non præmisso spūali.b ad idē de hære.c.excōmunicamus.§.j.& de homi.c.postulasti.¶ Idē secundū eum in iudice seculari,quia ipse, & eius gladius sunt pars Ecclesiæ:vnde si vult rectè ꝓcedere, primò recurrat ad spiritualem gladium,antequā vtatur suo. remittit ad ea, quæ no.in summa.de treu.& pace.§. quid sit iustum bellum. in fi. pro quo dicto facit.j̄.eo.c.nouit.¶ Aduerte tamen ad id. qđ dicit tex.[cum ecclesia non habeat vltra quid faciat] &c.innuit enim,ꝙ ecclesia non possit pœnas alias infligere, quàm illas. ¶ Sed certè contrariū est verū. multa enim sunt genera pœnarū,quas imponit ecclesia, & subrogare potest loco penarum iuris ciuilis. de quo subtiliter per In. & Doc. de accu. c.qualiter,& qñ.2.de homici.c.humani.lib. 6.intellige ergo hunc tex.ꝙ non habeat vltra quid faciat, intellige propter po potentiam delinquentis, qui subterfugit agere pęnitentiam per detrusionem in monasterium.j̄.de pœnis.c.tuæ. & C. de spor.li.2.¶ Septimò no.ꝙ curādū est, ne vnus sit perditio plurimorū.qđ contingit, vel propter malū exēplū.de sta. mo. c. ea quæ.§.1.in fi.vbi de hoc,vel ēt plures dānificando,mutilādo, vel occidendo.ff.de offi.p̄si.l.congruit.Vnde,ꝓuidēdū est, ne alicui exitio.i.destructioni, siue periculo mortuus sit.ff.de of.presi.l.diuus.ad fi.& de talibus ēt tēpore feriato in honorē Dei pōt sumi vltimū suppliciū, vt l. prouinciarū .C.de ferijs.

¶ Octa-

¶Octauò no.ꝙ aliud est excõicatio.aliud anathema. & sumitur in illo c.excõicatio pro minori excõicatione. anathema pro maiori, sm̃ Goff.& Inn.vel sm̃ Io.An. excõicatio sumitur pro maiori, sed sine solẽnitate: anathema cũ solẽnitate.de qua 11.q.3.c.debent.& in Concilio Viennensi.de pœ. c.si quis suadente.de illo anathemate hr̃ ad Gal.j. & ad Corint.vl.quas auctoritates vide .q. 3.§.si qui.

7 †Anathema aũt dr̃ ab ana, quod est sursum,& thema, quod est quædam figura ad formam literæ contracta, quæ imprimebatur frontibus damnatorũ olim.dr̃.n.anathema.i. superna maledictio, de quo ẽt 23.q.4.c.Guilisarius.sm̃ Ioan.An.

8 ¶Nonò no.†ꝙ depositus non statim est de foro iudicis secularis: sed tunc demum, cũ post depositionem est incorrigibilis. de incorrigibili ergo non comprimendo statim per iudicem seculare loquitur.c.at si clerici.§.sed non debet.ver.eo. ¶Decimò,& vltimò no. ꝙ depositus de delictis commissis tp̃e clericatus punitur pœnis legalibus.¶Sed instabis, ꝙ hoc modo vr̃ puniri.s.depositionis,& pœna legali,contra dictum c.at si clerici.So.dic,ꝙ sola depositio non est pro delicto commisso terminus pœnæ. nam post depositionem detrudi debet in monasterium ad pniam peragendam, vt dixi: quam pniam interfugiens est pœnis legalibus puniendus,vt hic;alteratur ergo ex cã.& collige arg.

9 †ꝙ si variatur conditio delinquentis, debet imponi pœna,non sm̃ præteritum statum, sed sm̃ nouum mutatum pro delicto præterito . de quo dic ut l.j.ff.de pœ.per Bar.& s̃.de obli.ad ra.c.j.ubi dixi. ¶Opp.dr̃ hic, ꝙ primò debet deponi.secundò excommunicari.tertiò anathematizari.quartò comprimi per iudicem seculare:Sed cõtra, imò vr̃,ꝙ alius ordo sit seruãdus in ĩpositione pœnarũ:vt primò suspendatur:secundò excõicetur: tertiò deponatur, vt in c.forte.23.q.4.ubi de hoc.& 34.dist.c.quorundam. & ca. honoratus.74.di.vbi etiam de hoc. So. dicit glo.qñq; pœna est alicui infligenda propter delictum perpetratum:tũc imponenda est pœna iuris: vt si delictum exigit suspensionem, suspendatur: si depositionem, deponatur:& ita loquuntur cõtraria.qñq; delictum non incipit à crimine, sed à contumacia:tunc seruandus est ordo istius c.vt excõicatio præcedere debeat.quia excõicatio tantò maior vr̃, quanto ex re minori cõsurgit, sm̃ Io.An.qui sic no.96.dist. c. duo. ¶ Sed dices cũ excõicatio sit maior pœna, q̃ possit Ecclesia imponere: nunq̃ vr̃ à tali inchoandũ,sed à leuioribus, vt l. respiciẽdum ff.de pœnis.Sol.dicit glo.

10 † ꝙ certo respectu põt dici leuior: qa nõ est perpetua, sed ad tps, s. donec cõtumax perseuerat in cõtumacia, vt c.cũ medicinalis.de sen.excõ.li.6.vnde aliæ pœnæ per pẽnitentiã nõ abolẽtur,vt l. qui ea mẽte.ff.de fur. sed pẽna cõtumaciẽ per pniam aboletur, vt c.ex lr̃is.s̃. de cõsti.qñq: pœna imponitur pp crimen.qñq; pp contumaciam vt dicit glo.quã sequitur Tan.& oẽs.¶ Secundò op.& vr̃, ꝙ pẽna debeat incipere,nõ à depositione, vel excõicatione, vt dixi, sed à degradatione, vt ĩ.de fal.c.ad falsariorum.& c. ad audientiam.& de hære.c.ad abolendã.So.dicit gl.speciale est in falsario literarum Papæ:hæresi:& cũ clericus infert cõtumeliã ep̃o suo.Isti enim in odiũ criminis statim post depositionẽ tradẽdi sunt iudici seculari. Exceptis verò istis tribus, seruãdus est ordo hic traditus ãte traditionẽ.ĩ.de hære.c.ad abolẽdã.in gl.tribus. & quia super illa materia vidi de facto arduã qõnẽ, in qua ad requisitionẽ bonæ memoriæ dñi Frãcisci Falerni, ep̃i Castellan.aliqua scripsi.ideo factũ,& allegationes referam, vt contingit.¶ Quidam sacerdos cum quodam laico conspirauit interficere quendam presbyterum ecclesiæ sancti Marci; quem diuitem arbitrabantur:vt ipsas pecunias, ipso ĩterfecto deprædarẽtur.hora tarda ille sacerdos ad ecclesiã sancti Marci accessit ad cameram dicti presbyteri, suggerendo sibi, ꝙ iret cũ eo:quia quidam cum naui redierat,& offerre volebat ecclesiẽ sancti Marci,& sibi tradere certas quartas maluasiæ. Iste presbyter illa credens, accessit,& ductus in quadam domo ab eo,& illo laico interfectus fuit:& ablatis clauibus cameræ illuc accesserũt. & acceptis inde pecunijs, & rebus alijs discesserunt. Captus fuit ille miser sacerdos, & laicus effugit: qui si fuisset captus, fuisset per frustra diuisus.& primo crastinatu quærebatur, an ille sacerdos degradari de iure posset,& tradi iudici seculari, considerato, ꝙ iste presbyter alijs enormitatibus, & sæuis se immiscuit, dimisso habitu clericali, & vt plurimũ dissolutam vitã duxit.Cũ præfatus dominus episcopus à me quæreret, quid sentirem.de iure scripsi,vt sequitur. ¶ Videtur primò,ꝙ ad hunc finem ep̃s eum degradare non possit, vt eum tradat iudici seculari:quia expressum est in hoc c. ꝙ iudex agere debeat contra clericum homicidam. vbi ante talem depositionem traditur certus ordo, quẽ iudex nõ debet ꝑtermittere, vt l.constitutionibus.ff.ad muni. facti enim quæstio in arbitrio iudicantis est.pẽnæ verò persecutio non eius voluntati mãdatur:sed legis auctoritati reseruatur:, vt l. 1.ver.nã vt Papi.ff.ad Turpil.imò plus, quia istam traditionem iudici seculari post depositã constõ ꝓhibet expresse, vt s̃. & c. at si clerici.Cũ ergo ep̃i dicantur esse magistri, & custodes canonũ. c 24.q.3.c.cum quibus c nisi.aliàs incipit canonum.non videtur ipsos posse transgredi, maximè exaggerando pœnas canonum, qui sunt ab omnibus obseruandi, vt c. canonum. de const.præterea certi sunt casus in iure expressi, qui illã traditionem, & depositionem statim fieri concedunt, vt dicto c. ad abolendam.in glo.tribus.Cum ergo iste non sit de illis, remaneat sub regula generali.ꝙ tradi non debeat, argumento sumpto à sufficienti partium enumeratione, ar.l.obligationũ fere.§.placet.de act.& obliga.¶ Videt̃ ergo breuiter pro illa parte concludendum,ꝙ illud, quod non est sanctorum patrum decreto sancitum, superstitiosis non est adinuentionibus præsumendum, vt c.inter corporalia. §. sed nec.de transla.¶In contrarium multa vrgent, primò tex. expressus in c. 1.de homici.Nam illud verbum, euellas, non potest intelligi de fugiente ad ecclesiam, vt immunitatem ecclesiæ consequatur:quia (vt dixit ibi Io.An.) tempore l. exodi non reperitur immunitas illa concessa.oportet ergo necessariò dici, vt euellatur clericus homicida ab altari per depositionem,& inde moriatur.de laico enim non potest sanè intelligi: quia euelli ab altari non potest, qui circa eũ ministrare non potest:quia priuatio præsupponit habitum, vt absolutio excommunicationem, vt ca.ad venerabilem.ad fin.de elec. ¶ Nam euellere propriè est eius, quod radices agit.c.solitæ. de ma. & obe. aliæ expositiones, quas ibi facit Ioan.An.pro tollendis contrarijs, videtur satis contra mentem illius.l.exodi.quæ simpliciter homicidium puniebat morte. quo lex ideo videtur redacta more constitutionis iuris canonici:siue canonis, vt seruetur non vt frustra membranas occupet, contra.c.si Romanorum. 9. di. ¶ Non ob.

11 † ꝙ ecclesia non imponit pœnam mortis.quia hoc est verum directè, sed indirectè, dũ mandat degradari,& tradi iudici seculari, vr̃ instituere, qd fiẽdũ sit in actionibus.& per hoc tex.in d. c. 1. dicit [vt moriatur] loquitur enim impersonaliter, quasi non per iudicẽ ecclesiasticum cum infligatur talis pœna, sed per iudicem secularem. &

12 hunc intellectum importat verbum[moriatur.]† quod verbum in dubio intelligendum videtur de morte naturali, nõ

d ciuili, vt no.26.q.1.c.placuit. d & in c. susceptum.de rescrip. lib. 6. Expositio ergo illius c. apta, & propria illa videtur [euellas ipsum ab altari per degradationem : vt moriatur.] scilicet ꝑ executionẽ iudicis secularis. & hoc fortè vult denotare verbũ in secunda ꝑsona, dũ dicit[euelles.] vt ad ep̃m referat̃.nec subiũxit [iustitiã facias, vel occidas] sed loquutus est quò ad mortẽ in ꝑsona tertia, vt moriat̃. quasi nõ ad præcedentem, cui dicit[euellas] sed ad aliũ referatur. ¶ Primò aduertendũ est ad casus, in quibus traditio potest fieri iudici seculari, & inter alios est casus, cũ quis falsat literas Papæ. ¶ Item alius, cum quis calumniam, vel contumeliã facit episcopo suo, vt no. in d. c. ad abolendam.Sed nullus dixit non fore

fore maius crimen homicidij, quàm falsare literas apostolicas, siue Papæ pro obtinendo fortè mediocri bñficio. Nã homicidium iure naturali prohibitum est: illa autem iure positiuo, vt in d.c.1.de homici. Si ergo maius, ergo grauius iudicandum: vt sic pœna correspondeat delicto, vt c. quæsiuit. de his, quæ fi.à ma.parte ca.& l.sancimus.C.de pœnis. illa.n.crimina, propter quæ dẽt quis degradari, ex gratia scripta sũt:
13 & ad similia, & maiora crimina extendimus &c.† ¶Quid.n. si sacerdos matrem, & sororem, vel commatrem suã lucri cã interfecit.& deinde sacrã domũ combussit: patriam prodidit:& patrem occidit. dicemus ne, quia ordo huius.c.nõ præcessit, sola despositione damnandum? vr̃, ꝙ sic; quia nõ est de casibus expressis, ꝙ debeat degradari, vt ibi.contrarium credo, q̃a idẽ statutum intelligi dẽt, vbi eadem, vel maior rõ reperitur, vt C.de reuo.do.l.his solis.¶Non ob.si dicat. pœnæ non sunt extẽdendæ ꝑ similitudinẽ rõnis: sed restringẽdæ ad casum suum.de pœni.di.j.c.pœnæ.& qđ no.Cy.in l.2.C.quæ sit lon.consue.dico.n. ꝙ vbi ꝑ oĩa est eadem rõ, non põt dici ampliatio, vel extẽsio.sed inclusio sub eodẽ casu dispositο, & deciso, vt c.1.de tempo. or.lib.6. præterea si quis dicat, satis est illa pœna perpetui carceris, & condigna delicto: q̃a morti est similis, vt no.in ca.qualiter, & qñ.de accu. Ad hoc dico non cẽseri cõdignã.ꝑ minoribus.n.delictis, q̃ sit homicidiũ, reperio hãc pœnã infligi, vt patet in c.qm̃.de simo.ubi simo-
14 niacus detrudit in arcto monasterio, qđ cẽset carcer.¶ †Itẽ hæreticus reuersus ad vnitatem Ecclesiæ est ꝑpetuò carcerã-
15 dus.†Et si dicat.hæresis est maius delictum, q̃ sit homicidiũ,
c c fateor, si perseuerat de crimine: sed reuersus reconciliatus Ecclesiæ sustinet dictam pœnam, cui tm̃ in totum videbatur gratia facienda. q̃a Ecclesia nunq̃ claudit gremiũ redeũti, vt in epistola inter claras.C.de sum.tri.¶Item clericus, q. falsauit sigillum regis, à suis ordinibus degradatus, charactere in signum maleficij insignit, & prouinciam abiurare cõpellit, vt c.ad audientiam.de crimi.fal. Rursus calumniator officio priuatus verberibus fustigat, & in exiliũ deportat, vt c.1.de calum.latrones clerici in arctis monasterijs detrudunt, vt c. tuæ.de pœnis.¶ Si ergo illę tam graues pœnæ ꝑ minoribus criminibus homicidio inferunt: quid dicere debemus de homicidio hominis sacrati? in tales enim commissa crimina fortius puniunt, vt dicit tex.in c.j.de calum.præterea qui templa Dei effregerũt, & dona Dei nocte tulerunt, de iure ciuili dãnantur ad bestias, vt ff.ad legem Iuli.pecu.l.sacrilegiũ.¶Sed maius videtur esse delictum, Dei sacerdotem mactare, q̃ Ecclesiam vtensilibus spoliare. quia hominum gratia Deus oĩa creauit, vt l.in pecudum.ff.de vsu.facit l.si quis in hoc genus. de episco.& cleri.¶ Vlterius aduertendum ad illa, quæ not. Inno.in c.qualiter & quando. secundo.de accu.vbi cõformãdo pœnas iuris canonici pœnis iuris ciuilis: uidetur dicere, ꝙ vbi per ius ciuile imponitur pœna mortis: similis ei erit pœna illa, ꝙ relinquatur iudici seculari: sed omni iure, naturali, gentium, & ciuili homicidiũ morte punitur, vt dixi, ergo &c. & hoc fortè voluit c.at si clerici.§.eod.dum dicit[sed non debet quemlibet depositum.]&c.quasi dicat, in enormibus criminibus hoc debet, non obstante illo.c.vbi ad traditionẽ iudici seculari fiendam, requiritur, ꝙ sit incorrigibilis. Nam non solùm debet dici incorrigibilis, qui monitus à iudice nõ egit pœnitentiam: sed ille, qui delicta continuat, vt erat iste miser sacerdos. & multò magis delicta continuat, q̃ ille, qui de veteri pœnitentiam nõn egit. quia iste delinquit omitten-
16 do: ille autem faciendo.†Et maius est delictum, quod cõmittitur faciendo, q̃ omittendo, vt l.qui seruum.de ver.obli.facit l.si diuortio.ff.de pœn.ius enim monet, ne quis delinquat: in tantum, ꝙ ignorãtia nõ excusat, vt l.Mæuia.C.de iniust.test. Qui ergo malè agit, videtur in pœnam cõsentire. Et alia monitione non est opus.facit quod not. Inno. de præb.c. extirpandæ.¶Istas rationes, & iura pro hac parte adduco.sed solas determinare non audeo.tam turpissima morte, sicut lai-

cus, per frusta diuidatur; propter reuerentiam præteriti sacramenti, & characteris. Et ideò quia in pœnis iudicis officium latissimum est.& ex cã augere potest.& minuere pœnam iuris, vt l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his, qui no.in fa.& l.aut facta.§.fi.de pœnis. Ideò vestræ conscientiæ relinquẽdũ censeo, tradere, vel non, debeat, diligenter attẽdendo quid patriæ: quid clero: quid ipsius saluti videbitur expedire. & quod iustum visum fuerit, exequendo, hic sibi scripsi: qui postea sine solemni degradatione appensum in quadam gabia affigi fecit in medio campanili sancti Marci, vt ab omnibus videretur, vbi quasi ꝑ annum vixit, & nũc viuit, 392.die 5.Septembris.¶Tertiò opponitur, ꝙ primò debet opponi: deponi: deinde excommunicari: secũdò anathematizari. sed videtur, ꝙ illa duo vltima idem sunt; quia non est aliud excõmunicatio, q̃ anathema.Sol.ut dixi.§.in 8. not.glos. exponit excõicari.i. suspendi.¶Sed quomodo suspenderetur iam depositus? nisi dicas cum Pet. ꝙ suspenditur ab ingressu ecclesiæ, vel similibus, tanq̃ laicus.idem dicit Abbas.¶Quęro ille tex.loquit de deprehẽso in crimine.quęrit glo.à quo debeat fieri illa deprehensio.dicit, ꝙ à clericis, vel laicis, de licentia prælatorum.quo casu si eos detinuerint, non incurrunt sentẽtiam excommunicationis.¶In casibus tamen laici hoc possunt sine prelatorum auctoritate.de senten.excommu.c.3.§. penul.¶Super hoc Franc.tradit talem regulam, ꝙ quando percuti potest sine pœna excommunicationis, fortius poterit detineri: imò & si licentia ꝑlati haberi nõ potest; quia est in fuga, sine pœna excommunicationis potest licitè detineri. Et ita intelligitur Decre.vt famę.vt ibi no.Io.An. in glos.illa duo.ad hoc.ff.de his, quæ in frau.credi.l.ait pretor.§. si debitorem.tamẽ habeatur distinctio, vt curialius ducatur, & detineatur, q̃ laicus, secundùm Gul. Naso. & Abb.facit, qđ no.
17 ĩ d.l.dies festos.C.de feriis.vbi gl.† ꝙ talis debitor fugitiuus potest capi diebus feriatis in honorem Dei. Aduertẽdum tamen, ꝙ in omnibus casibus, quibus licitum est priuato aliquem capere propria auctoritate, debet intelligi, vt eum ducat ad iudicem, nõ ipse talem ligatum detineat vltra viginti horas.alias teneret pœna priuati carceris.argu.l.capite quinto.vbi hoc no.Bar.ff.de adult.¶Secundò quæro.nunquid statim, ꝙ depositus est, sine requisitione ecclesię iudex secularis comprimet clericum depositum.an non sit necessaria traditio iudicis ecclesiastici. Host.dicit, ꝙ illud cõprimere faciet iudex secularis ad requisitionem ecclesiæ.de cleri. excõ.c.2. in fi.siue per ipsius traditionem, & non aliter. pro quo etiam l.infligatur.de verb.signi.Sed iudex secularis faciet, qđ videbitur.¶Subdit Io.An. ꝙ illam Decretalem non intelligit in actuali degradato, in quo non putat, nec tenet, ꝙ sequatur incorrigibilitas.sed statim dicit eum de foro seculari, vt in dicta Decre.nouimus.& c.2.de pœnis.li.6.In verbali ergo depositione intelligit istũ tex.¶Sed incidenter quęritur: vtrùm in casu huius.c.post incorrigibilitatem erit necessaria degradatio, anteq̃ comprimatur per iudicẽ secularem. Petrus hic dicit, ꝙ sic.dicit enim, ꝙ super verb.comprimẽdus, & primò degradandus. Io. An.dicit, ꝙ poterit sequi: sed nõ erit necesse, ꝙ si præter depositionem tertiò monitus ingerens se enormitatibus perdit priuilegium clericale: multò fortius perdit iam depositus, qui adhuc postea monitus est, vt infra de sent. excõ.c.cõtingit.& c.in audiẽtia.& c. perpendimus. nec hic dicitur, ꝙ tradatur seculari potestati: sed ꝙ secularis potestas eum comprimit.illa sunt verba Io.And. ¶Tertiò pro declaratione tex. quæro. vtrùm illæ quatuor pœnæ (gradatim inferendo) requirant pluralitatem delictorũ: vt ꝑ depositione vnum homicidium, periurium, siue furtum iuxta tex. ꝑ excõicatione alterum ex predictis. & sic successiuè aliud ꝑ anathemate, & insuper ꝑ compressione: vr̃, ꝙ sic; quia illa verba sonant. nam pro vno delicto tantùm non vr̃ illa qua duplex pœna infligenda. imò nec duplex, vt supra c.at si clerici.¶In contrariũ videtur esse primò rõ naturalis. videlicet,

quòd

quòd si ante pœnam legitimam imponendam debemus tot atrocia crimina expectare. sic esset perditio plurimorũ. qđ vult illud c.præcauere. ¶ Item esset absurdum pro secundo graui delicto (fortè homicidio) simpliciter excommunicare. & pro tertio anathematizare. Et sic cum illa sola pœna permitteretur abire cum delicto, pro vno tantùm sumeretur vltimum supplicium. verus igitur intellectus huius c. videtur, ꝗ pro homicidio deponatur: & vltra depositionẽ, vt dicatur corrigibilis, debet pati detrusionem in monasteriũ ad agendum pœnitentiã. ꝭ. de pęnis. c. tuæ. & l. finali. C. vbi sena. vel clarissi. & hoc dicit hic Ioã. And. ¶ Ex cuius verbis, col-
18 ligo, † ꝗ dicatur incorrigibilis e qñ à dicta pœna intrusionis
a subterfugit de facto. quo casu vltra depositionem gradatim procedet ad excõmunicationẽ, & anathema. & hoc probat verbũ, incorrigibilis. qđ sonat potius in cõtumaciã primi delicti, q̃ in nouũ delictũ. nã ille correctus dr̃, qui dolet se fuisse peruersum. hoc etiã sonat tex. dũ dicit [deinde crescente cõtumacia.] Cõtumacia enim nõ significat nouũ delictũ, sed contemnere antiquũ, & pñiam nõ agere. facit etiã tex. coniũcta expositione Io. An. dicit em̃ tex. [cũ Ecclesia nõ habeat vltra, quid faciat.] ecce, ꝗ Io. An. declarãdo supplet. [ꝓpter ipsius potentiã] &c. quasi dicat, cum Ecclesia nõ possit ipsum cogere ad pœnitentiam, pp eius potentiã adhibeat illa remedia excõicationis, & anathematis: vltra non põt. Ideo ipsum relinquat iudici seculari. Sola ergo dispositio non debet esse terminus pęnæ in delictis; sed detrusio sequi debet. & si seq nõ põt, ꝓcedat ordine hic expresso. & ita intelligo istũ tex.

ADDITIONES.

a ¶ Deprehenduntur. Nota, ꝗ deprehensus in maleficio sine iudicio damnatur. 50. di. c si quis diaconus. & ibi glo. Io. & Gul. Ber. & Host. in c. tuæ. de pœnis. Quod tamen intellige verum, si per suum iudicem capiatur vt ibidem Hostien.

b ¶ Spirituali. Episcopus enim non venit mittere in terram gladium materialem: sed spiritualem. 16. q. 2. c. visis. & ibi vide Io. de Tur. Crema.

c ¶ Cum quibus ibi vide Archi. & Io. de Turre Crema. qui ibi quærit, an cum hominibus alienę communionis sit disputandum.

d ¶ Placuit. vide ibi Io. de Tur. Crema. qui plures in eo. ti. mouet qõnes.

e ¶ Qàum sit homicidium. Nullum enim peccatum est hæresi grauius. 32. q. 6. c. quod in omnibus, & 24. q. 3. quid aũt iniquius. vbi vide Io. de Tur. Crema. qui quærit, an hæresis peccatum sit maximum peccatorum.

SVMMAE.

1 *Mortuo vno ex litigatoribus, super beneficio alius substituitur loco eius.*

2 *Successor potest conueniri per literas impetratas cõtra prædecessorẽ.*

3 *Prosecutio litis inchoatæ contra spoliatorem non transit in illum, ad quem postea res inuasa deuenit, & scienter.*

4 *Dolo qui desiit possidere, lite pendente an possit ex eadem instantia condemnari.*

5 *Prosecutio litis, siue instantiæ an transeat in singularem successorẽ.*

9 *Sentencia lata contra eum, qui dolo desiit possidere, an possit sine nouo processu exequi contra nouum possessorem.*

QVia, Per rescriptum impetratũ contra violẽtum conuenitur is, qui scienter successit in uitium. cõis diuisio. secunda ibi [præcipimus.] ¶ Primò no. quid iuris, cũ inter duos de beneficio litigatur, & alter moritur, pendente iudicio. de quo dic, vt ꝭ. de arbi. c. ex parte. ¶ Secundò no. † ꝗ mortuo vno ex litigatoribus, super beneficio alius substituitur loco eius. quod an fieri de-
1 beat, dic ꝗ nõ: donec discussum fuerit de iure superstitis. qđ dic, vt c. j. ꝭ. vt lit. pẽ. li. 6. &c. ¶ Tertiò no. † ꝗ per literas impetratas contra ꝑdecessorem poterit successor conueniri. de
2 quo in gl. plenè. ¶ Oppo. iste tex. innuit, ꝗ per rescriptũ impetratũ cõtra Vber. qui dicebatur ecclesiã occupasse, poterit conuenire ille R. qui eam postmodum est ingressus. sed contrarium, quia rescripta non extẽdũtur ad alias personas. nec extenduntur ad alias res, quã cõtineãtur ibidẽ. ꝭ. de offi. del. c. p. & g. imò (qđ plus est) nõ trãseũt cõtra successorẽ vniuersalẽ. de rescrip. c. significauit. iste tex. vr̃ dicere, ꝗ transeat etiã cõtra singularẽ. ergo malè. So. gl. ma. format illã op. & soluit, ꝗ regulariter per rescriptũ impetratũ cõtra auctorẽ nõ põt
a cõueniri successor, a vt in contrarijs. fallit, cũ quis scienter occupauit rẽ à deiectore. & sic scienter successit in vitiũ. quo casu poterit cõueniri vigore eiusdẽ rescripti, vt hic, sicut tenetur cõdictione. c. sæpe. ꝭ. de resti. spo. & sicut dicimus in illo, qui causa mutãdi iudicii rẽ in aliũ trãstulit. ꝭ. de ali. iudi. mu. cã fa. c. 1. & 2. Nã iste, qui sciẽter successit in vitiũ, cũ sit oĩno similis ꝑdictis: ergo rõne oĩmodę similitudinis cõueniet ex eodẽ rescripto, ar. l. nõ pñt. ff. de leg. & hãc so. tenet hic Bar. & Da. ¶ Alij dicũt, ꝗ nũq̃ successor singularis vigore talis rescripti impetrati cõtra auctorẽ poterit cõueniri, vt in iuribus primò alle. Nõ ob. iste tex. quia licèt hic dicatur procedendũ fore, vt in primis lr̃is mãdabat: tñ iudiciũ sumet initiũ ex istis secũdis lr̃is, qb. ita mãdatur, vt ꝓcedi debeat, sicut ex primis. & istud, sicut, qđ est in tex. nõ notat oĩmodã similitudinẽ, sicut. ꝭ. de sum. tri. c. dãnamus. §. cum ergo. & referri debet ad causæ decisionẽ, nõ ad eiusdẽ litis ꝓsecutionẽ, vt patet in fi. tex. dũ dicit [terminetur.] Et illã opi. tenet Lau. Vin. Phi. Tã. Bar. Bri. & Inn. de quo tñ articulo vtrũ, & qñ rescripta transeãt cõtra singularẽ, vel vniuersalẽ successorẽ. dic vt no. Ioã. An. in c. si q̃s in ius. de re. iu. li. 6. ꝭ. de rescri. c. significauit. vbi de hoc in sum. Ex prædictis occasione latius ꝓseq̃ẽdo materiã. q̃rit gñaliter, vtrũ istud, qđ dictũ est de efficacia rescripti, trãseat, vel nõ trãseat ad singularẽ, vel vniuersalẽ successorẽ, habet locũ in instãtia iudicii. vt cæpta cõtra vnũ cõuẽtũ interdicto vñ vi, actiõe reali, vel ꝑsonali sup fundo, vel sup bñficio & lite pẽ. fundus ille, vel bñficiũ ĩ alterũ trãsferatur, vel cõuẽtus moriatur. an ꝓsecutio instantiæ trãsibit in illũ, in quẽ fundus ille, vel bñficiũ est trãslatũ. refert ipse quorũdã op. dicentiũ, ꝗ litis ꝓsecutio nunq̃ trãsfertur de ꝑsona in persona, nisi in hæredes, vel vniuersales successores. vt C. de acqui. pos. l. vitia. vel de ꝓcurato. in dñm, vel ecõuerso. ff. de ꝓcura. l. in causæ. §. si tu ex parte. & l. Iulianus. qui satisda. co. vel de filio in patrẽ. vt ff. de mino. l. pr̃ ꝑ filio. & l. si is. §. interdũ. de iniur. Et
3 illã op. seq̃tur: ex qua cõcludit, † ꝗ litis prosecutio inchoatæ cõtra spoliatorẽ, nõ trãseat in illũ, ad quẽ postea res inuasa deuenit, & sciẽter; quia alia actione tenetur spoliator. s. interdicto vnde vi. quod est personale: alia tenetur ille, qui successit in vitium. quia tenetur cõdictione. c. sæpe contingit. ¶ Idẽ dicit si actũ fuit reali: & lite pendente res, quæ vendicatur, in aliũ trãsferat: vt s. cõtra istũ nouũ possessorẽ debeat nouũ iudiciũ inchoari. et si in causa contra neminem posteriorẽ agitata fuerat iam conclusum. ¶ Non ob. l. quamuis indubitati. C. de adul. vbi desistente accusatore ab accusatione, iudex eandem instantiam prosequitur, puniendo reum. quia ibi loquitur, vbi constabat de crimine per confessionem accusati. vnde licèt accusator destiterit per hoc delictum, de quo liquet: non debet relinqui impunitum, vt. c. crimina. ꝭ. de collu. imo plus, secundùm eum; quia etiã si lata sit sententia pro aliquo: & post sententiam moriatur reus, qui condemnatus est ad restitutionem ecclesiæ, & interim alius instituatur in il a ecclesia: vel alius appareat, qui velit aliquid dicere contra sententiam, non mandabitur sentẽtia executioni, nisi illo vocato, & saltẽ sũmaria cognitione, vel examinatione præmissa, vt ff. de reg. iu. l. ã. diuo Pio. §. si super rebus. & c. veniens. de testi. ex quibus concludit, ꝗ litis prosecutio nõ transfertur de persona in personã, nisi ĩ casibus supradictis, sm̃ Inn. vt refert hic Io. An. qui in materia beneficiali remittit ad c. 1. ꝭ. vt lite pen. li. 6. vbi altero ex duobus litigatoribus mortuo lite pendente, non debet alius in illo beneficio institui: donec cũ alio litigatore superstite fuerit causa terminata. Ita ꝗ quæstio de translatione dicti beneficij in alterum nõ potest procedere, nisi quãdo vẽdicaretur beneficiũ, nõ in titulum, sed in proprietatẽ. Tũc enim sicut lite mota super re ꝓphana, & in alterũ lite pendente translata, locũ habẽt prædicta ꝓsecutione instãtiæ: ita possit habere locũ in ecclesia.

¶Secundùm prædicta aperiri videtur via fraudibus.semper enim qñ reus poterit perpendere,ꝙ debeat condēnari,trãsferret rem in alium,contra quem oportebit inchoare nouū processum.& ille postea transferret in alium. & sic successiuè in infinitum actor non poterit consequi rem suam.Ego illam materiam prosequor per tres principales quæstiones. ¶Prima quæstio est,an contra istum,qui lite pendente dolo desiit possidere,possit vltra ad sententiam procedi.¶ Secundò an contra singularem successorem transeat instantia inchoata cum auctore suo. ¶ Tertiò an sñia lata contra eum, q dolo desiit possidere, sine nouo processu exequi possit cōtra nouum possessorem.

4 ¶Reuertor ad primã, & quæro†an qui dolo lite pendente desiit possidere,possit ex ea instantia condēnari.& videtur,ꝙ non,qa posterior tenet actione directa:dolo desinens possidere tenetur vtili, vt l. si autem.& l.q petitorio.§.j.ff.de rei ven.Et sic cum alteretur actio, non videtur,ꝙ ex eadem instantia sequi possit condemnatio, vt l.si quis post acceptum.ff.de rei ven. & l.non potest videri.ff.de iud.contrarium tenet Dy.in l.quicquid.§.Iul.ff.de aqua plu. ar.Spec.tangit istam quæstionem in ti.de iura.quæ fiunt ante lit.conte.Et Rofre.in tit.de rei ven. & Cy. in l.1.in 6.q. C.de ali.iu.& Bar.in d.§.Iul.vbi tenet opi.Dyn.Non ob. ꝙ alteretur actio de directa in vtilem. quia non alteratur actio, sed qualitas,quæ non impedit,quominus ex eodem processu sequatur cōdēnatio,vt l.in delictis.§.si detracta.ff.de noxa. ad hoc l.hæreditas.ad Trebel.vbi in fideicommissarium trãseūt vtiles actiones.& tamen ex eadem instantia sequitur condēnatio.Præterea si ago contra eum,qui dolo desiit possidere: si postea pendente iudicio incipit possidere,sequi debet condemnatio,vt ff.de pecu.l.quæsitum.¶Itē si à principio,tanq̃ domino mihi competebat directa: si sine facto meo desino esse dominus:sed facto aduersarij,qui vsucepit rem, sequitur condemnatio,vt d.l.si quis post accep.multò ergo magis,si remaneat dominus.distingue ergo, ꝙ aut alteratur qualitas actionis:aut ipsa actio.& si ipsa actio, aut de directa in vtilē, aut econuerso:& sequetur condemnatio.aut de aliqua in nullã:& tunc,aut facto rei conuenti:& nil potest imputari actori.& idem,vt d l.si post acceptam.alias secus.vt ff.ad exhibē. l.tigni.§.fin.& Insti.de perpe.& tempo.ac.in fi.In casu igitur nostri c.R.non punietur,non obstante dicta translatione:nisi posset ex eadem instantia condemnari.sed de hærede istius. R.ad quem res inuasa(scilicet ecclesia)non trãsiret, an posset condemnari propter dolosam translationem actoris, est dubium ex eo,ꝙ ad ipsum res non transit. & in iuribus non transmissibilibus ad hæredes expirat instantia.contrariū credo,scilicet ꝙ hæres debeat condemnari ad interesse agentis. quia res ipsa præstari ab hærede non pōt. & sic contingit in oibus obligationibus facti: vbi non mirum, si vnum petitur, & in alio procedit condemnatio.vt l. si quis ab alio. ff. de re iud.& hoc de prima queſtione.

5 ¶Secundò quæro,†an ꝓsecutio litis,siue instantiæ transeat in singularē successorē.Rñdeo dupliciter hoc posse intelligi.primò an instantia possit cedi: & pōt,vt l.in causæ.§.si tu ex parte.ff.de proc.nisi subesset vitium,de quo in tit.de litig.Secundo modo pōt intelligi, vtrū ad eū,ad quē transit res,vel actio,transeat instantia inchoata super re, vel actione contra possidentem, vel obligatum. & in hoc distingue:aut res,vel actio transit de necessitate:& tunc trãsit instantia,vt l.in iudicio.ff.famil.ercifcun. & l.inter quos.§.j.de dam.infec.per Iac.de Are.sic loquit l.sed si vnus. §.fi.ff.de iniur.aut nō transit de necessitate. & tunc nō trãsit instãtia.vt l.2.§.nō solū.ff.de hęre.vel act.ven.¶In casu ergo nostri.c.cum translatio non fuerit de necessitate, nō transit instãtia,secūdùm Inn.nã dictus R.inuasor tenebatur interdicto vnde vi.Iste R.tenet cōdictione. c. sępe cōtingit. de rest. spo.& sic noua actione.vnde nouo iudicio opus est,vt l. non pōt videri de iudi. licet multū ob. ille.§. certa forma.ff.vt in pos.lega.& hoc nō de successore singulari.In successore autē vniuersali vtrū transeat instãtia.tangit hic In.& dicit,ꝙ sic:tñ plenius dic p Bar. in l.si eum hominē.ff.de fideius.& per Bal. in l.si constante.§.fi.ff.so.ma.

6 ¶Tertiò quæro,†an sentētia lata contra eum,qui dolo desiit possidere, possit sine nouo ꝓcessu exequi contra nouum possessorem.In hoc tangit minus succinctè,vt vidisti.s.tu latius post Bar.sic distingue.aut loq mur de iure executionis ꝑsonalis oblationis,aut realis.¶ Primo casu aut loquitur in contractibus: & non transit executio contra singularem successorem, nisi rescissa tali alienatione per ti.ff.de his quæ in frau.cre. aut in vltimis volūtatibus. & tunc aut alienatio fuit facta dolo.& transit contra singularem successorem, vt l.certa forma.& l. si legatorum. C. vt in pos.leg.aut sine dolo:& non transit,vt l.fi.ff.eo.ti. ¶ Secundo casu quando quæritur de executione iuris realis. & tunc aut ille tertius posterior non habet causam ab eo, contra quem actum:& contra eum non transit,vt l.sæpe.in fi.ff. de re iudi. aut habet causam ab eo:& tunc, aut tale ius exequendi erat in esse productum,anteq̃ transiret ad illum tertium posteriorem;vt quia erat lata sententia.aut erat in actu producendi; vt quia pendebat iudiciū.aut non erat in esse, nec in actu;vt quia lis cœpta non erat.primo casu transit ius exequēdi,vt l. si superatus.§.fi.ff.de pigno.& de excep.rei iudi.l.si iure. §.fi. ¶ Scđo casu aut res erat facta inalienabilis; vt qa erat qō de dominio(& sic erat litigiosa.)& tunc cōtra singularē successorem trãsit ius exequēdi,vt C.de litigiosis.l.2.& l.fi.2.rñso. aut non obstante tali litigio poterat alienari:vt quia erat qō de hypotheca:& tunc non transit ius exequendi.sed opus est cōtra successorem nouo ꝓcessu,vt in Auth.de litig.§.ad hoc. ¶Tertio casu ius exequendi ex sñia procedens non trãsit cōtra singularem successorē,vt l.j.§.si necessario.ff.si muli.ven. no.prædicta vera,nisi in vltima voluntate, in qua distinguo, an dolo,vel sine dolo.vt s.dixi.hanc distinctionē ponit Bart. in l.3.C.de pig.in repeti. ¶ Quid ergo in casu nostri c.si V. post latã sñiam contra ipsum transtulisset ecclesiam in hunc R.ti.permutationis,vel alio ex prædictis: vr,ꝙ contra ipsum R.possit sententia exequi sine nouo processu.Ex pdictis patet,ꝙ dñs Io.An.post Inno.nimis istam materiam strinxerit, quã vides pfectius declaratã.¶Vltimò dominus Io. de Lig. distinguit hic plenè,an rescriptūm transeat ad hæredes.remissi ad no.per Ioan.An.in reg.cum quis in ius.de reg.iur.lib.6. & c.significauit.de rescrip.

ADDITIONES.

a ¶Incorrigibilis.An aūt clericus rebellis, & inobediens epō suo ipso facto debeat tradi curiæ seculari,nota Io. de Tur.Cre.in c. si quis sacerdotum.11.q.1.

b ¶Successor.non n.obligatur ex contractu in damnum ecclesiæ facto ab antecessore.de precario.c.1.& de transact. ca.veniens. & ne prælati vic. suas.c.querelam.

SVMMAE.

1 *Cognitio,quæ tendit ad destructionem,vel confirmationem actus,debet ab eo procedere,qui potest actum celebrare.*

2 *Papa potest esse iudex in facto proprio.*

3 *Prælatus potest esse testis in causa ecclesiæ suæ.*

4 *Ratio,quare ad Papam spectat de suis priuilegiis iudicare.*

5 *Inferior à Papa an possit cognoscere incidenter de priuilegiis Papæ.*

6 *Casus genitiui significat dominium infixum illi,cui adiungitur.*

CVm venissent. Not.primò, ꝙ sup priuilegiis Papæ a potest esse quæstio inter partes: quandoq; potest esse quæstio,an priuilegium sit verum,vel falsum. vt j. de fi.instr.c.inter dilectos.qñq; sup verbis priuilegij. qa sūt obscura,& idigēt itérptatione,vt j.de ver.sig.c. abbate.qñq; ĩ qō sup eorū efficacia.qa dicunt lædere iūs alterius. de quo nō fuit habita mētio,vt l.1.§.meritò.ff.ne quid in loco pub. & c.ex

& c.ex tuarum.de aucto.[& vsu pal. ¶Secundò not.de qõne
1 priuilegiorum Papæ inferior non põt cognoscere. †Cognitio
em̃,q̃ tendit ad destructionem,vel confirmationem actus,de
bet ab eo procedere,qui põt actum celebrare,vt in reg.nihil
2 tam naturale.ff.de reg.iu. ¶Tertiò no.ꝙ Papa põt esse iudex ĩ
facto proprio.aliàs verò videretur suspectus,vel ex eo,ꝙ te-
netur,si eius concessio non tenet:vel ex eo , ꝙ affectaret ge-
sta per eum nõ rescindi.& sic faueret actui celebrato ab eo.
facit.C.ne quis in sua cau.l.j.& c.j.de testi.li.6.¶Oppo.& vr̃,
ꝙ Papa non debeat cognoscere de causa propria ꝑ seipsum.
sicut nec Imperator de causa fiscali . cuius cognitio spectat
ad procuratorem Cæsaris.vt ff.de of.procon. l.nec quicq̃. &
C.vbi causæ fi.l.ad fiscum.Ita.n.res ecclesiæ sunt Papæ : sicut
res fisci sunt Imperatoris,vt l.bene à Zenone. C. de quadr.
præsc.So.dicit gl.honestum est,ꝙ Papa tales casus aliis com-
mittat.põt tñ,si vult,cognoscere per seipsum,sicut Imperator
3 in causa fiscali.vt l.prox.ff.de his,quæ in testa.delen.¶†Simi
liter omnis prælatus põt esse testis in cã ecclesiæ suę:quia non
est dñs rerum ecclesiæ,vt ĩ.de don.c.2.Idem de Papa dicas ,
ꝙ non sit dñs:vnde nec sibi licet alienare res Ecclesiæ. 12.q.
2.ca.non liceat. nec successio locum habet in Ecclesia.de fil.
presby.c.ex trãsmissa.& iõ põt esse iudex,& testis,sicut vnus
de collegio in cã collegii.maximè quia non est præsumẽdũ ,
ꝙ ipse vicarius Dei aliter iudicet, q̃ ipse Deus esset iudicatu
rus.9.q.2.c.aliorum. ¶Si.n.mala agat,terribilius iudiciũ ꝑ-
paratur sibi,q̃ alii,vt l.rem non nouam. C.de iudi.dicit tamẽ
Ho.ꝙ quandiu Papa viuit,põt dici dñs,quia põt mutare qua-
drata rotundis.& omnia disponere,tanq̃ dñs, salua violatio-
ne fidei.Sed propriè loquendo,locum habent,quæ dicta sũt:
scilicet ꝙ non propriè possit dñs dici: nisi quò ad protectio-
nem,& defensionem.Sicut hoc respectu Imperator dr̃ domi
nus mundi,vt l.bene à Zenone.C. de quad.præscri.& l.de ꝑ-
4 cario.ad leg.Rho.de iac.¶Quæro primò, †quæ est rõ, ꝙ ad
Papam spectat de suis priuilegiis iudicare . dicit gl.quia eius
est interpretari,cuius est condere.11.qõ.j. §.ex his.& ibi de
multiplici interpretatione.& vide ĩ.de postu.c.j.ver. nec ibi:
inferior interpretatur intentionem Papæ. So.dic vt ibi plenè
per Io.An.& quod no.in l.ab executione.ff.de appell.vbi de
interpretatione sententiæ.¶Secundò quęrit glo. †vtrùm de
priuilegiis Papæ possit inferior ab eo cognoscere incidẽter.
So.vt in ea.Tu dic,ꝙ qñq; de priuilegiis est qõ, q̃ ꝑ sedẽ apo
stolicam aliis sunt indulta.qñq; est qõ de priuilegiis,quę ip-
si sedi apostolicæ sunt à Deo concessa.primo casu subdistin-
gue.aut.n.dubitatur,vtrũ priuilegia valeant , vel non.vel de
interpretatione dubiorum verborum ibidem contentorum.
.& loquitur ille tex.quia inferior non cognoscit. quia eius est
interpretari,cuius est condere, vt dixi.& præsumitur interꝑ-
5 tatio lite pendente. ¶Super statutis.n.legem iterum statue-
re,non est æquitatem in mediũ proponere:sed præteritis ca-
lumniam inuenire,vt C.de decu.l.pen.li.10.Qñq; reuocatur
in dubium,vtrùm eximat,vel non eximat.& quod perpendi
põt ex verbis priuilegii.& tunc tam ordinarius, q̃ delegatus
põt de hoc cognoscere,& iudicare, vtrùm obstet,vel nõ ob-
stet.& quòd cognosceret,patet per ea,q̃ dicuntur in c. si Pa-
pa.de priui.li.6.¶Quid dices,si contra priuilegium opponi
tur,ꝙ sit falsum.vr̃,ꝙ possit cognoscere inferior, arg. l.quo-
ties.C.de iud.& patet.ĩ.de crim.fal.c.super eo.& c.licèt. vbi
Papa inferiores instruit,ꝙ bene aduertant ad illas spẽs falsi
tatis,q̃ circa literas suas fiunt. conuicti tñ de falsitate remit-
tuntur ad curiam, vt d.c.super eo.Idem qñ est suspicio falsi-
tatis in c.2.de rescrip.& de verb.sig.c.j.¶Secundo casu prin
cipali,cum quæritur de priuilegiis , quæ Romanæ Ecclesiæ
sunt collata à Deo, super ipsis non poterit per alios iudica-
ri.& ita põt intelligi ille tex.sm̃ gl.dum dicit [priuilegiis se-
6 dis apostolicę.] † Casus.n.genitiui significant dñium infixũ
illi,cui adiungitur.vt si dico fundus Petri:vel liber Martini.in
telligitur.n.ꝙ Martinus,vel Petrus sit dñs talis fundi , vel li-
bri,vt no.Bar.in rub.ff.de no.ope.nun.& l.2.§.j. ff. de reli. &
sump.fune.Erit ergo Papa iudex in illa cã gñaliter. mõ q̃rit,
vtrũ possit iudex cognoscere de cã,q̃ non est ipsius propria,
vt de iniuria sibi illata,vel suæ familiæ.dic,vt not.in l.j. C. ne
q̃s in sua cã.& Bar.in l.si quos.ff.de pœn.Io.And.remittit ad
no.2.q.7.c.si quis erga.ĩ.de male.c.j.de pœn.c.Romana.lib.
6.& per eum in c.ex parte.de ver.sig.& de censi. c.venerabi-
li.ad fi.gl.magnæ.non sunt hic alia.

S V M M AE.

1 *Laicus ratione peccati, & maximè periurij , vel pacis fractæ tene-
tur respondere coram iudice ecclesiastico.*
2 *Papa non dẽt iurisdictionem alterius minuere, vel turbare.*
3 *Testis conscientiæ alicuius est solus Deus.*
4 *Ius suum si quis non põt consequi per iudicem (quia audientiam nõ
concedit) potest talis ius sibijpsi dicere.*
5 *Iudex non potest denegare audiẽtiam super iustis querelis coram eo
expositis.*
6 *Legitima exceptio admittitur contra denunciationem euangelicam.*
7 *Iurisdictio,quæ competit de iure cõi,põt modificari per contrariã cõ
suetudinem,& priuilegium.*
8 *Negans potestatem Papæ,negat se Christianum.*
9 *Rex in peccatorum correctione debet se submittere Papæ.*
10 *Potestas Papæ non dependet ab homine:sed à Deo.*
11 *Iudex non debet subditorum discordias sub dissimulatione transire.*
12 *Dissimulatio in prælato est mortale peccatum.*
13 *Denunciatus super crimine põt se defendere per procuratorem.*
14 *Papa nõ potest directè super feudo cognoscere:sed indirectè propter
peccatum.*
15 *Mulier,quæ dicit se tutam Velleiano,non põt conueniri in foro eccle-
siastico per uiam denunciationis euangelicæ.*
16 *Obligatio naturalis eliditur per exceptionem descendentem ex ali-
qua naturali æquitate.*
17 *Obligatio naturalis, quæ remanet post sententiam absolutoriã veri
debitoris,potest per uiam denunciationis deduci in iudicium eccle
siasticum.*
18 *Ecclesia põt inducere legem pro se: sed contra se recipere nõ tenetur.*
19 *Denunciationum alia euangelica, alia iudicialis, alia canonica , alia
regularis.*
Quæ sit euangelica.
Quæ iudicialis num.20.
Quæ canonica.num.21.
Quæ regularis. num.22.
20 *Conscientia alterius non potest probari,nisi ex indicijs.*

1 NOuit. †Laicus rõne peccati,& maximè periurii,vel pacis fractæ, corã iu-
dice ecclesiastico respondere tenetur . primò se
excusat Papa,asserens , ꝙ non intendit cognoscere de illa cã
feudali.secunda ibi[non igitur.]ostendit,ꝙ rex non dẽt pro
cessum suum ad iniuriam reputare:& diuersis exemplis,& te
stimoniis scripturarum hoc probat. In tertia ibi [ne igitur]
2 probat,ꝙ ipse Papa non debet dissimulare. ¶Primò no.†ꝙ
Papa non debet iurisdictionem alterius minuere, vel turba-
re:sicut econuerso non vult suam minui,aut turbari.ptãs em̃
ecclesiastica,& secularis debent mutuò præbere sibi adiuto
rium,non impedimentum:sicut & reliqui iudices,vt ĩ.de no.
ope.nun.c.j.& c.cum ab ecclesiarum.s.de offic.or.¶Contra
turbantes põt iudex exercere censuram,& iurisdictionẽ suã
defendere pœnali iudicio,vt l.j.si quis ius di.non obtemp.&
3 c.j.s.de of.dele.¶Secundò no.literam decisam,†ꝙ testis cõ
scientiæ alicuius est solus Deus.Ipse.n. est cognitor secreto-
rum.32.di.c.erubescant.Et dr̃ sciens omnia.de ele. c.funda.
§.penul.quod homini est impossibile.unde Mar.Varro.Oĩa
noscere est impossibile:pauca vero laudabile.Et lex dicit, ꝙ
omnium hr̃e memoriam,& in nullo peccare potius est diui-
nitatis,q̃ humanitatis.C.de uete.iur.enu.l.tanta.§.sed firmũ.

¶Et ex hoc.s.ꝙ cor hominis nullus scire potest. dicunt glos.
ꝙ conscientia alicuius probatur per iuramentum.j. de testi.
c.præsentium. & de homici. c.significasti.& Inst.de ac.§.aliæ
autem.¶Tertiò no.auctoritatẽ euangelij.de qua Mat.18.ex
qua collige,ꝙ nullus dẽt dicere ius sibiipsi:sed debet post in
terpellationem adire iudicem, vt patet hic.dũ dicit[dic Ec
clesiæ.]Istos enim,qui dicunt ius sibiipsis, iura varijs pœnis
puniunt,vt l.exstat.ff.qđ metus causa. & l.si quis in tãtam.&
l.cum quærebatur.C.vnde vi.cum simili. ¶ Quartò no.dum
4 dicit [sit tibi tanq̃ Ethnicus.]&c.†ꝙ si quis ius suum non po
test consequi per iudicem(quia audientiã non concedit)po-
test talis ius sibiipsi dicere. Sic intelligo illa verba [sit tibi
Ethnicus,& publicanus.]per expositiones enim, quas hic fa
cit Io.An.ꝙ isti sic peccantes erunt in perpetuo igne, qđ per
etna figuratur:vel ꝙ tales meritò sunt vitandi, per c.nõne.j.
quæstio.1.Non satisfaceret proximo,qui offenditur ex pec-
cato illius.ideò expositio,quam dixit,vt per verba detur in-
telligi,ꝙ possit tunc dicere ius sibi ipsi,videtur propria de iu
re.quia vbi quis nõ potest per iudicem consequi ius suum:li-
citum est indicere bellum,& propria auctoritate capere de-
bitorem,vt l.ait prætor.§.si debitorem.ff.de his,quæ in frau.
credi.& no. Inn.in c.sicut j.de iureiur.& de appel.c.dilectis.
& de rest.spo.c.olim.¶Quintò no.in ver.quomodo nos,&c.
5 †ꝙ non potest iudex denegare audientiam super iustis que-
relis coram eo expositis.In audiẽdo enim omniũ desideria
iudex debet facilem se præbere,vt l.obseruandum.ff.de offi.
præsid.nec potest se exonerare, vt cap.pastoralis.s.de offic.
dele.& cogitur iudicare,vt l.munerum.§. iudicandi. de mu-
ne.& ho.hinc dicitur,ꝙ iustè deprecantibus nõ est denegan
dus assensus.Insti.de his,qui sunt sui, vel ali.iu. post princip.
6 ¶Sextò no.†ꝙ contra denunciationem euangelicam admit
titur legitima exceptio,vt in ver.nisi forsitã. quę autẽ possit
esse legitima.j.dicam.¶ Septimò not. ꝙ cognitio feudi spe-
ctat ad dominum de iure:nisi de cõsuetudine, vel priuilegio,
7 &c.Ex quo no.†ꝙ iurisdictio,quæ competit de iure commu
ni,potest modificari per contrariam consuetudinem,& pri-
uilegium.Si ergo vnus habet generalem iurisdictionem in lo
co,& alius ex consuetudine,vel priuilegio super certis capi-
tulis,modificatur in ipsis,& detrahitur iuri naturali. qđ facit
ad no.per Inn.in c.veniens.de præscrip.vbi no.an consuetu-
do,vel priuilegium creet nouũ ius sine diminutione iuris ve-
teris possessoris,vel à veteri possessore ius antiquum.facit qđ
no.Bar.in l.1.ff.de iti.ac.que priua.Et de isto articulo, an cõ
suetudo tribuat iurisdictionem.dic,vt j.de foro compe.c. cũ
contingat.vbi de misto,& mero imperio p̄scribendo,vel nõ.
8 ¶Octauò not.†ꝙ correctio peccatorum [a] spectat ad Papã.
a & qui negat potestatẽ Papæ,negat se Christianum.s.de ma-
io.& obed.c.solitæ.in fi.Correctio autem Papę nõ uidetur ex
cludere pœnam iudicis secularis.23.q.5.c. sunt quædam. &
c.rex debet.Illa enim Papę tendit ad pœnitentiam, & salutẽ
animæ.ista tendit ad conseruationem humani generis,q̃ p̄ue
nit ex punitione malorum,vt l.congruit. ff.de of.præsi. facit,
qđ no.& dixi.j.de accu.c.de his.¶Nonò no.in ver.non igit.
9 †ꝙ Imperatoris exemplo debet rex submittere se in corre-
ctione peccatorum Papæ iudicio.in eo enim, ꝙ Imperator,
& etiam Papa peccant vt homines, subsunt etiam simpli-
ci sacerdoti,q. quò ad absolutionẽ fungitur vice Dei, vt j.de
pœ.& re.c.oĩs.& in hoc deprehenditur sacerdotalis excellẽ-
tia,vel regalis.quia nullus clericus p̄t subesse p̄sonaliter Im-
peratori.Imperator tñ, & ẽt Papa subest simplici sacerdoti,
dixi.facit quod no.Io.And.in c. nimis.de iureiuran.¶Deci-
mò not.in versi.nec illud. ꝙ de iure ciuili antiquo actor, vel
reus(ẽt post litem motam coram iudice suo)poterant adire
iudicium proprii epi.& sic non obstabat exceptio litis pend.
q̃ lex hodie ẽt est correcta.¶Sed est alia nõ correcta,qua ca
uetur,ꝙ si iudex maior prouinciæ lædat subditum,eps diœ-
cesis est ordinarius,vt in Auth.vt diffe.iud.§.si non contige-
rit.colla.9.ex quibus ll.clarè patet magnam confidentiã, &
reuerentiam Romanos Imperatores ad sacerdotiũ habuis-
se.Ideò Rex Francię non debebat ad iniuriam reputare sub
10 ire tale examẽ.& hoc modo inducitur.¶Vndecimò no. †ꝙ
p̄tas Papæ non dependet ab homine,sed à Deo.Similiter Im
perium est à Deo.ut dicit gl.& probatur in Auth.qũo opor
tet epi.in prin.coll.j.Non tñ hẽt ita dignam, & generalẽ Im-
perator,sicut Papa,vt ibi probatur.Sed vr̃,ꝙ Papa hẽt pote-
statem à Conciliis.17.dist.§.hinc ẽt.Solu.dic vt ibi. & s.de
ele.c.significasti.¶Duodecimò no.in ver. sed si forsan. ꝙ in
iudicijs non est habenda rõ,siue delectus personarum.3.qõ.
8.c.fin.In pœnis tñ talis distinctio est habenda q̃nque.dic,vt
no.s.de transact.c.fi.de iureiur.c.cum quidam.& de reg.iur.
c.in iudiciis.li.vj.¶Tertiodecimò no.ꝙ vbi contra pacẽ pec
catur,debet haberi recursus ad iudicium Ecclesiæ. Similiter
vbi venit quis contra iur̃m.Rõne ergo iur̃i appositi in cõtra-
ctu efficitur laicus de foro Ecclesiæ,vt C.eo.& c.cum laicus.
de foro comp.li.6.de reliquis vero causis, q̃ spectant ad Ec-
clesiasticum forum.dic,vt no.j.de foro comp. c.cũ sit gñale.
11 ¶Quartodecimò no.in versi.ne igitur.†ꝙ iudex non dẽt di-
12 scordias subditorum sub dissimulatione trãsire.†Est.n.dis-
b simulatio [b] mortale p̄c̃m in prælato.ad hoc de treug.& pa-
ce.c.j.83.di.c.error.de sen.exc. c.quantò. vbi qđ iuris in pri
uato.non ergo debet iudex sinere, ꝙ litigatores ad arma p̄-
cedãt,quos p̄t sua iurisdictione compescere,vt l. æquissimũ.
ff.de vsufru.& circa hoc vide,quod no.Inno.j.de proba.c.in
p̄ntia.&c. ¶Quintodecimò no.formam,sub qua Papa cãm
istã legato committit: [ꝙ rex,vel pacẽ cõponat.] &c. Et sic
sub tali triplici forma.ex quo colligit Fran.ꝙ plura remedia
dẽt iudex inuenire ad contumaces reducendos in cõcordiã,
dum sunt discordes ad curandos ægrotos.29.di.ca.si.de pœ.
& re.ca.omnis. ¶Et collige,ꝙ aliud est treuga:aliud pax.qđ
dic,vt j.de iud.c.significauit. ¶Sextodecimò no.ꝙ sup de-
nunciatione euangelica deducta ad iudiciũ est de plano pro
cedendũ.Quid aũt illud verbũ[de plano]significet.& an per
ipsum detrahatur ordini iudiciario.dic vt no. Inn.in c.olim.
j.de accu.& Bar.in extraua.ad reprimendum. & Io.And. in
13 clem.sæpe.de verb.sig.¶Decimoseptimò no.†ꝙ denuncia-
tus super crĩe p̄t se defendere p̄ procuratorem. Rõ,quia nõ
agitur ad pœnam crĩalem:sed ad pñiam quò ad Deũ. Idem
cum agitur de crĩe ciuiliter.qđ dic,vt no.in c.tuę.s.de p̄cur.
¶Decimooctauò no.in ver.sed cum Valentinianus. argu.ꝙ
suffraganei debent eligere Metropolitanũ. qđ est falsum:qa
congregatio elegit sibi prælatũ.16.q.vl.c.congregatio. & s.
de ele.c.j.¶Venio ad oppo.& primò opp.dr̃ hic, ꝙ Papa co
gnoscit de illa discordia inter illos reges.Sed contra hoc op.
& vr̃,ꝙ hic cognitio spectat ad Imperatorẽ.quia Papa de q̃-
stionibus inter laicos non debet se intromittere,vt c.si duo-
bus.de appel.& 10.dist.c.q̃m idem.¶Item vr̃,ꝙ cognitio hu
iusmodi causę pertineat ad dñm feudi, vel ad pares : cum sit
feudalis.vt s.c.ceterùm.vbi de hoc.hic no.ꝙ Papa intẽdit de
illa qõne cognoscere.ergo malè.So.tex. in versi.non.n.soluit
contrarium,dum dicit, ꝙ Papa non intendit hic cognoscere
de feudo:sed decernere de p̄c̃ó. Sed illa sol.non vr̃ bona. qa
p̄c̃m istud causatur ab illicita feudi detentione:de qua cum
constiterit,ẽt in consequentiam de p̄c̃ó liquebit:& nõ aliàs.
necessariũ ergo erit,ꝙ feudũ dimittat, si voluerit pœnitere,
& desistere à p̄c̃ó,vt in reg. p̄c̃m. de regu.iur.lib.6. Ex q̃-
bus infertur,ꝙ Papa coget eũ dimittere feudum:vt sic corri-
piat p̄c̃órem,vt in ver.quia p̄tas nr̃a &c.So.gl.q̃ incipit.dire
14 ctò.&c.dicit,†ꝙ de feudo non p̄t Papa directè cognoscere,
vt ĩ tex.sed indirectè p̄p p̄c̃m, qđ oritur ex iniusta feudi de
tẽtione.Cognitio ẽt feudi pertinebit ad Papam,vt in illo tex.
quædam ergo non possumus principaliter: sed veniunt in cõ
sequẽtiã ad actum permissum,qui principaliter celebratur.
quod dic,vt in reg.cum quid vna.de reg.iu.li.6. ¶Sed certè,
si illa consideratio peccati habeatur, oĩs causa per viã illam
indire-

indirectam deducetur ad forum Ecclesiasticum, nunciando primò debitori meo, vel detinenti rem meam, ꝙ peccat contra me, non reddendo debitum, vel rem meam illicitè detentam. So. dicit notabiliter. Io. An. post Inno. ꝙ iudex Ecclesiasticus istam denunciationē non debet admittere indistinctè: sed duntaxat in certis casibus. primùm in defectum iustitiæ secularis. & ita potuit esse illo casu, vbi erat quæstio cum rege Franciæ, qui non recognoscit Imperatorē, vt ĩ. qui fil. sint leg. c. per venerabilē. ¶ Secundò quando crimen est Ecclesiasticum: vel ratione pacis, vel iuramenti: vel quando crimē est notorium: vel quando non auditur in foro seculari. qa est obligatio naturalis tantùm: vel si hanc proponit miserabilis, & depressa persona, vt hic, & s̄. de pac. c. qualiter. & 85. dist. per totum. aliàs si indistinctè admitteretur talis querela, periret temporalis gladij iurisdictio. & omnis causa per hāc viā deferretur ad Ecclesiam. Ita dicit ipse, quem sequitur Bar. in d. l. ad reprimendam. & Car. de relig. do. in c. religionū. lib. 6. aduertendum tamen dicit Bart. ad id, qđ dictum est, ꝙ vbi nō auditur quis in foro seculari (quia sit obligatio naturalis tantùm) ꝙ debeat audiri in Ecclesiastico foro, non est verum simpliciter. pone enim, ꝙ hæres detrahit falcidiā de legato, vel treb. de vniuersali fideicommisso: quę detracta legatario, vel fideicommissario naturaliter debebatur, vt plenè no. in l. cum quis. & C. de iuris, & fa. ig. An poterit de illa retentione proponi querela coram iudice ecclesiastico per viam istius denūciationis. videtur, ꝙ sic, per dicta superius. ¶ Sed hoc nō videtur verum, per c. Raynutius. & c. Raynaldus. de testa. In quibus iuribus approbatur talis detractio. dicit ergo Bart. ꝙ illud dictum Inn. debet intelligi de illa naturali, qua quis tenetur: eo ꝙ est locupletatus cum aliena iactura. quia qđ alienum est, peruenit ad eum, vt l. nam hæc nostra. ff. de condi. inde. vel de illa naturali, quæ habet originem à consensu, vt ex iureiurando, vel ex pacto interposito ab alio, q̄ à liberto, vt l. iureiur. in princ. de ope. liber. & l. si quis pro eo. de fideicom. Idem putat de eo, qui promittit stipulando alteri. vt l. stipulatio illa. §. alteri. de verb. obl. & qđ ibi no. Et no. in ca. quoties cordis oculus. 1. q. 7. secus de ea naturali, quæ ex cōsensu nostro originem habet: vt in eo, qui ex maleficio obligatur ad pœnam. vt l. non solùm. §. 1. de iniur. ¶ In proposito ergo hæres dicitur teneri naturaliter, hoc ē respectu habito ad principia iuris gentium. quo tpe illæ quartæ non erant in vsu. nō autem debentur ex cōsensu: quia testator non consensit in illa obligatione. nec etiam hæres in aditione consensit tradere illas quartas. vel possumus tenere cum alijs, qui dicunt, ꝙ tales quartæ non debentur nec ciuiliter, nec naturaliter legatario. quia fal. resecat ipso iure, vt l. lineā. ff. ad leg. fal. de quo in d. c. cū quis. & dixi in c. fi. de sol. ¶ Vbi etiam prosequitur, quid iuris de illo, qui tutus præscriptione contra creditorem in foro seculari: an audietur creditor per illam denunciationem in foro ecclesiastico. videtur, ꝙ sic. quia per præscriptionem non tollitur naturalis, vt l. fi. ff. rem ra. ha. vbi Bar. dicit, ꝙ quandoq; tollitur: & tunc cesset dicta denunciatio. quandoq; non tollitur: & tunc non cessat. ego remitto de illa quæstione ad no. in c. fi. de pſcrip. & c. 1. de conces. pben. ¶ Quid de filiofa. tuto exceptione macedoniani. an poterit ad tale delictum, quo tueri se potest tali exceptione, conueniri in foro Ecclesiastico per illam denunciationem? videtur, ꝙ sic. qa licèt obstet exceptio: tamen est ciuiliter, & naturaliter obligatus, vt l. fina. ad macedo. ¶ Contrarium dicit ipse; quia illa exceptio est inducta in odium creditoris, vt ff. ad maced. l. 1. Vnde potest nuncianti ista exceptio opponi. & idem dicit in omni exceptione competenti propter delictū, & odium creditoris. Sed si creditor nō deliquisset, subueniretur ei de iure

15 communi. vt l. 3. ff. ad maced. ¶ † Quid de muliere a tuta vel-

a leiano. dicit non posse conueniri in foro Ecclesiastico ꝑ viā istius denunciationis. cum ecclesia soluens repeteret secundùm canon. vt c. fi. de solu. datur enim sibi illa exceptio quadam naturali æquitate, propter imbecillitatem suam, & fragilitatem. vnde illa naturalis non habet suam efficaciā. Idem putat in pupillo eo casu, quo obligatur verbo tantùm: vt non possit conueniri per viam huius denunciationis: cum illa naturalis nō sit efficax. qđ patet; quia quoties læderetur ex causa, si soluisset, restitueret ex edicto de minoribus naturali æq̃tate inducto, vt C. si aduersus solutionem. l. fi. & l. 1. de mino. Idem dicit, in quocunq; casu ad naturalē, vel ciuilem obliga

16 tionem daretur restitutio. † Obligatio enim naturalis eliditur per exceptionem descendentem ex aliqua naturali æqui

17 tate, vt l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. ¶ † Quid de naturali obligatione, quæ remanet post sententiam absolutoriam veri debitoris, vt l. Iul. ff. de condic. indebi. Vtrùm per viam denunciationis poterit deduci in iudicio ecclesiastico? videtur, ꝙ sic. quia exceptio rei iudicatæ contra ipsam est inducta solummodo ad rigorem iuris conseruandum, vt no. in d. l. Iulianus. & l. quę exceptio. eo. tit. & l. 1. C. de iuris, & facti igno. Bar. dubitat de illa: & de omnibus prædictis exceptionibus, qualiter in foro conscientiæ, quæ concernit peccatum, de quo agimus in isto. c. vide plenè per Inn. in c. quia plerıq;. de immuni. de quo non videtur Bar. meminisse, vbi plenè illa prosequitur. Ex prædictis ergo illud, qđ dixit Ioan. An. de naturali obligatione per modum denunciationis in iudiciū deducenda, sanè intellige ex prædictis. ¶ Secundò principaliter opponitur, & videtur, ꝙ Papa alleget pro se legem correctā, scilicet legem Theodosij. qđ videtur reprehensibile, & delictum, vt C. de vete. iure enucleā. l. vlt. §. hæc omnia. Sol. dicit gl. licèt lex sit correcta, potest tamen allegari: non tamen ad effectum perduci: sed vt sciamus, quantam dilectionē habuit promulgator legis ad sacerdotiū. Inn. dicit, ꝙ l. illa fuit ĩducta in priuilegium ecclesiasticum. vnde adhuc hodie durat. ad hoc. ĩ. de reg. iur. c. decet. lib. 6. ¶ Et circa hoc Host. remittit ad ea, quæ no. in sum. de immu. eccle. §. inquantū. sub.

18 §. sed nec illa immunitas. & colligit hic glo. arg. † ꝙ etiam potest inducere l. pro se: sed contra se recipere non tenetur. qđ firmat hic Inn. arg. 35. dis. c. si quid veri. de hoc. ĩ. de solutio. c. fi. Nec ob. supra de consti. c. eccle. quia illud intelligitur de legibus inferiorum, non Imperatorum. Nec obstat. 4. q. 3. c. si quis testibus. quia hoc speciale in fauorem Ecclesiæ. ergo in eius læsionem retorqueri non debet. C. de leg. l. qđ fauore. vel dic, vt ĩ. de hæret. c. 3. ¶ Tertiò extra gl. & Docto. oppo. ille tex. innuit, ꝙ antequam creditor possit conuenire debitorem: debet eum prius monere. Sed contra hoc oppo. & videtur, ꝙ illa monitio fiat ex vrbanitate, non necessitate. vt ff. de ser. vrb. præ. l. quidam Iberus. & l. debitores. C. de pigno. Sol. aut recta viavult creditor conuenire debitorem suum coram suo iudice. & loquitur contrarium. aut non vult conuenire coram suo iudice principaliter: sed coram alio indirectè (puta ratione peccati, vel ob aliam causam de illis, de quibus dixi. s̄. in prima op. ver. sed certè si illa consideratio. &c.) & tunc illa probata causa, tanquam qualitate, à qua iurisdictio causatur, poterit coram non suo iudice conueniri. quia talis qualitas facit eum iudicem. nam & alibi contigit, ꝙ qualitas est de substantia actionis, vt l. prætor. §. docere. ff. vi bon. rapto. ¶ Item est quandoq; causa iurisdictionis, vt in casu huius. c. & no. ĩ. ti. 1. c. si clericus. & c. cum sit. in nouella. ad fundandū ergo iurisdictionem iudicis ecclesiastici illo casu, necessaria est monitio, & probatio peccati, scilicet, ꝙ in fratrē peccet: his autem probatis, vtrùm sint probationes recipiendæ, scilicet iusticia causę iustæ, scilicet an iniustè rex Frāciæ detineat illum Comitatum. dicam infra. ¶ Quæro tex. ille loquitur de denūciatione euangelica. quæro an sint aliæ denunciationes.

19 So. dicit Io. An. post Inn. & Docto. † ꝙ denunciationum alia est euangelica: alia est iudicialis: alia canonica: alia regularis.

b Ad euangelicam b curatus, prælatus, & quilibet alius admittit: & pōt fieri contra quēlibet perseuerantem in crimine. 2. q. 1. c. si peccauerit. & de testi. c. in omni. de necessitate verò

nullus

nullus tenetur ad istam, nisi sicut ad alia pia opera: nisi sit is, ad quem ratione curę, vel officij ad eum pertineat. 23.q.4.c. duo. ad hanc omnes & infames, & mulieres admittūtur: dūmodo non perseuerent in crimine. quia non refert, quis nunciet, dummodo anima saluetur. de iureiur. c. quemadmodū. in fine. de cog. spirit. c. tua. ¶ Effectus istius ē, vt pctōr pœniteat, non vt officio, vel beneficio priuetur: nisi retento ordine, vel beneficio ecclesiastico pœnitere non posset, vt supra de tempo. ordi. c. fi. hanc debet pręcedere duplex monitio. prima probatur per monentem tantùm. ¶ Secunda per monentem, & vnum testem. vt dicto c. in omni. qđ habet locum in crimine non omnino occulto: sed qđ potest probari. Nam soli denūciatori super crimine nō daretur fides, etiam si esset episcopus. 6.q.2.c. si tantum. & c. placuit. & hoc de euangelica.

20 ¶ † Est & alia denūciatio iudicialis. & hæc est duplex. nam quædam est publica: quædam priuata. publica est, q̄ cōpetit ex officio mero, & puro, in qua nō requiritur monitio: sed iudex ex officio suo, & ad denunciationem suorum officialium procedit. & habet locum in notoriis tantùm, vt l. ea quidē. C. de accu. ¶ † Est & alia denūciatio iudicialis priuata, quæ competit læso propter suum interesse. & fit ad priuatum commodum. & competit his, qui de iure agere non pñt. puta si serui à dominis opprimuntur, vt l. 2. ff. de his, qui sunt sui, vel al. iu. & de offi. præ. vrb. l. j. §. qđ autem. ¶ Item ad denunciationem patris, vel patroni conquerentis de filio, vel liberto. vt dicta l. j. §. cum patronus. & de officio procō. & leg. l. nec quicquam. §. de plano. ¶ Item quando homines humiles opprimuntur à potentioribus: vel ab eis res auferunt: vel aliquam cautionem, siue promissionem extorquent. de officio præfe. l. illicitas. in princ. & quasi per totam l. quod tenet Spec. in tit. de denun. & Io. An. hic. ¶ Item si sit obligatio naturalis tantùm, non efficax ad agendū, vt dixi sup. primo contrario. Et istis casibus talis iudicialis denunciatio reperitur permissa de iure ciuili, vt in ll. præalle. ¶ Similiter de iure canonico, vltra prædictos, in aliis casibus est concessa. puta in defectum iustitiæ secularis, ratione pacis, iuramenti, & aliis, de quibus dixi in prima oppo. ver. sed certè. ¶ In hac denunciatione requiritur trina monitio: & ad minus duarum vltimarum plena probatio. infra de acc. c. cum dilectus. & c. qualiter. ¶ Effectus istius denunciationis est, vt lęsus restituatur, & examinetur de plano. quia non dabuntur ita prolixæ dilationes. nec recipientur illæ subtilitates, quæ requirerentur, si alio modo ageretur. Omnia enim quasi ex arbitrio boni iudicis pendent. qui consideratis personis, locis, causis, & temporibus, finē imponit. supra de transf. c. fin. Ita dicit Io. An. in c. fi. tex. in fine no. super vlt. gl. dicit, puto autem, ꝙ hæc denūciatio in scriptis sit porrigēda: & ꝙ lis contestetur. quod no. in ver. superioribus. vt ibi, vtrùm iusta sit, &c. Et hoc scilicet, ꝙ libellus sit necessarius, & contestetur lis. tenet Bar. in dicta extrauagan. super verb. denunciatio. ¶ Differt autem illa ab euangelica: quia ad illam non admittitur, nisi læsus. Differūt & in alio: quia ad euangelicam non admittuntur criminosi, nisi egerint pœnitentiam. vt notant hic Io. An. & Inn. & Bar. Brix. 2.q.j.c. si peccauerit. In hac verò scilicet iudiciali priuata etiam criminosus audietur, nisi forsan obstaret excommunicatio. infra de exceptio. c. exceptionem. vel spoliatio, siue deprædatio. infra de ord. cognitio. c. cum dilectus. & c. fin. vel alia præiudicialis exceptio. & ita dicit Io. And. super vlti. glo. ¶ Sed tunc instatur, cum istam iudicialem priuatam debeat præcedere euangelica: vt scilicet moneat inter se, & ipsum, & deinde cum vno teste: & in illa euangelica dixi, scilicet nō admitti criminosum: ergo cum ab illa criminosus in crimine perseuerans repellatur (vt dicis) ad illam iudicialem non patebit aditus criminoso, quasi negato antecedenti, similiter videatur negatum consequens, sumpto argumento ab antecedente destructo, argumen. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. de procura. Cogita pro solutione. & illa sint dicta de denunciatione iudiciali, & priuata.

21 ¶ † Est alia denunciatio canonica: & ē duplex. Specialis, cōpetēs illi soli, cuius interest habere bonum prælatum: vel bonum ecclesiasticum subditum. & fit ad hoc, vt quis ab officio suo amoueatur. 16. quæstione. 7. c. filiis. de of. cust. c. j. Et requiritur triplex monitio, sicut in iudiciali, per eadem iura. Alia est generalis, & publica: vt quando agitur de matrimonio dissoluendo, vel eius impedimento. de sponsalibus. ca. per tuas. & hanc iudex ex officio suo prosequitur: etiā si denūcians negligit. ȷ̄. de spōs. c. cum in tua. & hoc de canonica speciali, & generali.

22 ¶ † Est & alia denunciatio regularis, quæ expeditur secūdùm diuersas religiosorum institutiones de plano, & simpliciter: nec contra eam appellatur. ȷ̄. de appellat. c. ad nostram. & c. reprehensibilis. & c. cum speciali. Illa sunt verba Io. An. qui ēt remittit ad Spec. de denunc. §. 2. ver. vt autem. ¶ Secundò principaliter quæro. dicit in fine [procedere non omittat.] & supra dixi, ꝙ certis exceptionibus potest impediri ille processus. puta quia potuit adiri iudex secularis. quia denūcians est excommunicatus, vel spoliator, vel alia exceptione legitima repellendus. pone ergo, ꝙ rex Franciæ comparendo dicat. Pater sancte non pertinet ad vos cognoscere, vtrùm iustè, vel iniustè teneam istum Comitatum. hoc autem scio, ꝙ non teneo contra conscientiam: & hanc, & non aliam excusationē teneor coram vobis proponere. Et quis rex Angliæ velit probare Comitatum istum esse suum, non deberet super hoc ꝓbationes admittere. potuit enim fieri meus per sententiam, per arbitrium, per successionem progenitorum meorum. & satis mihi est ad exclusionem iurisdictionis vestræ, ꝙ ipsum non teneo contra conscientiam, nec cum peccato, arg. l. vlti. C. de rei vend. Quæro an ad exclusionem istius regis Angliæ prædicta exceptio sit efficax. dicit Inno. ꝙ sic: nisi rex Angliæ possit probare contrariū. scilicet, ꝙ iniustè, & contra cōsciētiam tenet ipsum Comitatum: nisi scandalum, & peccatum publicum foret. tunc enim sicut de peccato cōstat: ita debet de satisfactione constare. 45. disti. c. sed illud. secundùm Inn. ¶ Quid ergo si rex Anglię probat, ꝙ Comitatus ille fuit patris: an sufficiat ad hoc, vt rex Frāciæ relaxare cogatur. dicit Inn. ꝙ non; quia non sequitur. Comitatus fuit progenitorū regis Angliæ: ergo rex Franciæ tenet illum contra conscientiam. Host. contra, per l. siue possidetis. C. de prob. probata enim intentione actoris, esset præsumendum, vt ibi reus debeat condemnari: nisi probet suam exceptionem, scilicet ꝙ iustè possideat. Bar. dicit, ꝙ si denunciatus dixit se non tenere contra conscientiam, & nullam causam allegat, non sufficit, vt l. qui interrogatus. ff. de petitio. hæredita. Idem si allegat causam iniustam, vt l. nec vllam. §. 1. eo. tit. ¶ Si verò denunciatus allegat iustam causam: tunc aut talis causa descendit ex facto suo: aut ex facto alieno. Si ex facto suo: tunc, aut primò negauit positionem actoris præcisè. & deinde probato contrario, ad hanc defensionē descendit: non debet ei credi, vt ff. de prob. l. cum de indebito. & Auth. contra qui propriam. C. de non numerata pecu.

23 ¶ † Conscientia enim alterius non potest probari, nisi ex indicijs, vt C. de dolo. l. dolū. sed illud est legitimum indicium aliàs probatum, vt ibi. Si verò est confessus intentionem actoris, scilicet fuisse suum, vel sibi debitum. dicit tamen se emisse, vel soluisse, vel quid si. tūc si denuncians non probat intentionem suam aliter, q̄ ex illa confessione: debet stari dicto, & assertioni nunciati ad excusationem conscientiæ suę, arg. C. de testibus. l. si quis testibus. & de sent. & interl. omnium iu. l. & cum Pap. de iureiuran. l. eum qui. in princ. ¶ Si verò denunciator potest, & vult aliter probare, q̄ per confessionem denunciati: tunc cessat dicta ꝓsumptio. quia ideò fortè confessus est: quia sciebat posse probari. & pro hoc quod no. per glo. dictæ l. ei qui. in princ. Erit ergo tunc recurrendum ad coniecturas. scilicet cuius vitæ: cuius conditionis est ille denunciatus. an eius assertioni debeat credi. ff. de re militari. l. non omnes. §. à barbaris. Et hoc deprehen-

deprehēditur ex qualitate rei petitę, an sit parua, vel magna, argu. eius, quod not. ff. de iureiuran. l. admonendi. ¶ Secundò casu, quando causa, quam allegat, non pendet ex facto eius (quia dicit se habere ab aliis.) & tūc an debeat ei credi: videndum est, qui sint illi, à quibus habuit: & cuius opi. & an habuit hoc ante litem contestatam, vel post, vt c. licèt ex quadam. de testibus. Ad hoc allego, quod no. in l. ciuile. C. de furtis. putat etiā satis esse, si hoc habuit à suo procuratore, cui hoc mandauit. ff. pro empto. l. quidam vulgo. ¶ Idem si defunctus ei reliquit. rectè enim hæres credet ad exonerationem suæ conscientiæ, vt l. qui cum maior. §. penul. de bon. libert. Idem si qua legitima indicia apparent, ex quibus quis possit informare conscientiam suam, vt l. mariti lenocinium, ff. de adul. Si verò informaret conscientiam suam ex præsumptionibus non legitimis, non excusatur: licèt enim nō teneat contra conscientiam: tenet tamen secundùm conscientiam erroneam. & sic peccat, nisi deponat errorē, & deponere cogitur. de senten. excommu. c. inquisitis. ¶ Sed dices tu, ꝓ hoc non probatur denunciatio. quia dicit, ꝙ peccat retinendo, sed erroneam conscientiam habendo. Sed certè in hoc finaliter peccat, ꝙ detinet. & sic videtur probata nunciatio. ¶ Sed quæro qualiter peccat hæres in eo, qđ defunctus tenebat cōtra conscientiam. Respōdeo. Fortè quia ipse hæres scit. & sic tenet contra conscientiā: si tñ ignorat: tunc hæredi est prius notificandum taliter, ꝙ in eius uadat notitiam, vel cadere debeat, vt l. quod te. ff. si certum peta. & ff. depositi. l. si quis inficiatus. & postq̃ fuerit peccatum, debet fieri denunciatio. nā tex. dicit [si peccauerit in te.] & c. prius ergo debet præcedere peccatum, q̃ fiat denunciatio. sed si ipse non patitur certificari, certè in hoc peccat. & perinde est, ac si certificatus esset. ff. quod vi aut clam. l. j. §. aristo. ¶ Sententia autem super illa denunciatione fertur. & si repertum fuerit nunciatū peccare contra denunciationem, præcipitur ei, ꝙ exeat de peccato. & ad hoc per sententiam censuræ compellitur, vt in illo c. ¶ Ista sunt dicta Bar. in dicta extrauagan. super verb. denūciatio. nō tacta per canonistas, per quæ ista materia plenius declarata est. ¶ Quartò, & vltimò q̃rit glo. vtrùm Papa habeat vtrumq; gladium. arguit primò, ꝙ non, ex illo. c. & c. si duobus. de appell. ¶ In contrarium arguitur, ꝙ Petro commissa fuerunt à Deo regna cœlestis, & terreni Imperij. & habet vtrumq; gladium, vt patet, ibi [ecce gladij duo hic.] Luc. 22. quæ auctoritas exponitur in extrauagan. Bonifacij. vnam sanctam. glo. tenet hic, ꝙ Ecclesia habet vtrumq; gladium. tamē executionem gladij temporalis exercet per reges. & Imperatores. Ideò dictum fuit Ioā. 18. [Conuerte gladium tuū in vaginam.] Vnde Bernar. ad Eugenium. [Aggredere subditos: sed verbo, non ferro. quid vsurpare gladium tentas, quē semel iussus es mittere in vaginam?] & j. ad Timoth. [Oportet episcopum non percussorem.] & Bar. vbi supra. gladium
e materialem habet Papa nutu: Imperator iussu: e miles vsu, vel manu. Et hoc innuit prædicta extrauag. de materia glos. vide. 10. dist. c. quoniā. idem per Host. de maio. & obe. c. solitæ. & j. qui filij sint legi. c. per venerabilem. §. rationibus. tangam. j. tit. 1. c. licèt.

ADDITIONES.

a ¶ Correctio peccatorum Not. quòd correctio debet esse iusta cum benignitate, & asperitate. 45. distin. c. disciplina. & ibi vide Archi. & Ioan. de Turre cre.

b ¶ Est enim dissimulatio. Dissimulatio est peccatum mortale in prælato. & in priuato, quid iuris, vide hic. Item negligentia in prælato est etiam peccatum mortale. vt est gl. notabilis in c. ea quæ. sup. de offic. ord. & an negligentia prædecessoris noceat successori. vide per Ioan. Mo. de ele. c. cupientes. §. si verò.

c ¶ De muliere. tu no. quòd mulier accipitur pro virgine: & pro corrupta. vt no. Io. in c. nullum. 32. q. 2. & in c. meritò. ea. causa, & q. per Gul.

d ¶ Ad euangelicam. Ad denūciationem euangelicam tenetur prælatus: sed alij non, de necessitate: nisi sicut ad cetera opera charitatis no. Gul. 2. q. j. c. si peccauerit. & vide ibidem Io. de Turre crema. & eundē. 22. q. 5. c. hoc videtur.

e ¶ Imperator iussu. No. nihil Imperatori honorificentius, q̃ quòd Ecclesiæ filius dicatur. 24. q. 8. c. conuenior. ante fi. & ibi vide Io. de Tur. crema.

SVMMAE.

1 *Factum in iuai. io debet quis proponere per seipsum, non per aduocatum, vel alium.*

2 *Officium aduocati est libellum aptè concipere: aliàs repellitur.*

3 *Persona indiscreta potest de licentia iudicis factum suum proponere per alium.*

4 *Interrogatio aliqua si facienda est in iudicio, de qua melius nosceret veritatem dominus, q̃ procurator, potest dominus iubere, quòd veniat.*

PAstoralis. Duo facit. Primò statuit. Secundò à statuto vnum casū excipit. secunda ibi [nisi fortè.] Episcopus Heliensis inter alias cōsultationes suas inseruit, quomodo cauillosi aduocati Deum non timentes, nec homines reuerentes auertebant clientulos à propalanda veritate facti, non sustinētes, vt clientuli sine ipsis aliquid de facto proponerēt. & huic Papa medetur. ¶ Primò no. † ꝙ factum in iudicio debet q̄s proponere per seipsum, non per aduocatum, vel alium. nec mirum. præsumūtur enim principales de suo facto scire melius veritatem, quàm aduocati, vel extranei. arg. de rescriptis. ca. ab excommunicato. cum suis concordan. Veritas autem ab his, qui melius sciunt, inquirenda est. de elect. c. scriptum. qui ma. accu. pos. c. 3. de testibus. ca. præsentium. lib. 6. & hac de causa principales iurant. ¶ Secundò not. ꝙ non est officiū aduocati factum proponere. † Officium enim aduocati est libellum aptè concipere: aliàs repelleretur. ff. si mensor falsū modum dixerit. l. j. & infra. c. proxi. Item in exceptionibus, & positionibus formandis, & allegationibus iuris, vt C. vt quę desunt aduoca. l. j. & 2. ¶ Sed hic quero licèt super facto debeat respondere principalis, vt hic: vtrùm poterit eius responsioni interesse aduocatus. Dicit hic Io. And. ꝙ sic. vt caueant, ne cauillosa positione, obscura, vel duplici sui clientuli capiant. & sic intelligit Hostiē. ff. de adult. l. si postulauerit. §. q̄stioni. & l. nec quidq̃. §. de plano. ff. de officio proc. & lega. ¶ Super facto igitur principalis debet informare aduocatum. quia ex facto ius oritur. vt l. si ex plagis. §. in cliuo. ff. ad legem Aqui. ¶ Ex quo facto aduocati proponent ius vtiliter, & honestè: non opprobiosè, non subdolè. C. de postul. l. quisquis. ¶ Tertiò not. in ver. nisi fortè. † ꝙ persona indiscreta potest de licētia iudicis factum proponere per alium. Et dicit Inu. ꝙ non esset malum, si cogerentur tales personæ per alium proponere, & respondere. ¶ Opponitur, & videtur, ꝙ possit quis semper constituere procuratorem in causa: & per eum proponere, & respondere. quia hoc est concessum à iure. s. vsus procuratoris, vt l. 1. §. vsus. ff. de procurat. & beneficiū iuris nemini est auferendum, vt in reg. indultum. de reg. iuris. Sol. dic, ꝙ illa Decretalis non intendit excludere vsum procuratorum, ꝑ quos etiam potest lis contestari: quod fit narrando, & respondendo. de litis contest. c. 1. vult ergo istud capitulum, ꝙ is, q causam prosequitur, siue sit principalis dominus, siue eius ꝓcurator, habet factum narrare, secundùm Inn. Host. Pet. Abba. & Egi. tamen Decretalis illa non seruatur. ita dicit Io. An. ¶ Vel dic, ꝙ regulariter non potest quis proponere factum, & respondere per procuratorem. Fallit in quibusdam personis, quæ possunt per alium proponere, & respondere. de quibus glo. quasdam enumerat (sicut vniuersitates: excommunicatos: illustres: indiscretos: furiosos: ꝓdigos: & mulieres luxuriosas. & in istis est speciale. ex quibus Host. dicit, ꝙ istud priuilegium respondendi per alium quidam habent propter dignitatem: vt episcopi, & illustres: quorum præsentia videretē terribilis aduersario, vt l. penul. & fi. C. de procur. Aliqui hoc habent propter ætatis fragilitatem. & aliqui propter multitudinem. quia esset difficile, ꝙ per eos fieret narratio, & respōsio, vt in vniuersitate. de qua dic, vt C. de iura. calū. l. 2. §. hoc est. & infra de iur. cal. c. in pertractandis. ¶ Aliqui hoc habēt propter

propter delictum.nec consideratur in hoc fauor delinquētis, sed reipublicæ, cui expedit:ne quis re sua malè vtatur. Insti. de his,qui sunt sui,vel ali.iu.§.sed hoc tempore.ad hoc.ff.de mino.l.Pap.exuli.nisi forsan tantum sit delictum, ꝙ omnis audientia denegetur.23.q.5.ca.nō vos.2 1.dist.c. intantum. 16.q.7.c.si quis deinceps.Istud ergo capitulum tradit regulam,ꝙ omnes coguntur factum proponere per se ipsos, nisi sint personæ superius enumeratæ.¶Sed attento,ꝙ vsus procuratorum necessarius est,debet sumi regula negatiua,& cōtraria ad c.scilicet,ꝙ nullus cogit̄ proponere, vel respōdere per se ipsum:nisi quædam personæ superius enumeratæ. & secūdùm hoc,vel istud c.non seruatur:vel intelligitur, prout dixi.s.secundùm Inno.Host.Pe.& Abba.& Egi.vel intelligitur prout dicam.j.¶De materia verò huius.c.Io.An. remittit ad sū.Host.eo.ti.§.q̄ sint necessaria.sub.§.vtraq; aūt.ver. si autem vtraq; pars.& se.& de postu.§.quid pertinet. Et qa materia huius.c.largius considerari potest.cum scilicet vnus comparet in iudicio. & aduersarius petit eum remoueri.& alterum ad respondendum in causa compelli: videndum est plenè,quando hoc possit contingere,& permitti debeat, vel negari.dic ergo,ꝙ quandoq; quis venit ad defendendū aliū, tanquam defensor, animo nouandi, & liberandi reum principalem,& actor eum admittit:tunc post admissionem non potest reū exigere. quia iam liberatus est, vt l.soluēdo.ff.de nego.gest.& l.solutis.de soluti. Aut eum non vult admittere: & non cogitur inuitus talem admittere,vt l. si mādato meo. §. j. ff. mandati. Et no.p Doc.C.vbi in rem ac.l. 1. in prima. qōne.licèt contrariū dicat gl.in l.liberto.§.fi.ff. de neg. gest. Et illa differentia tangitur in l.non solùm.in prin.de procur. aut venit ad defendendum eum,non animo nouandi, vel liberādi debitorem:nec tanq̄ procurator simplex: sed vult defendere suo periculo.& sic tanq̄ procurator in rem suam,nō vt prior liberetur,vel actio nouetur:& tunc habet locum l. si actor malit.ff.de procura. vt ī initio litis disputet̄, quę sit legalior persona:an domini,vel istius procuratoris.Nam si ꝑsona dn̄i sit legalior,vel nouit melius veritatem. & hoc casu potest actor eum recusare:aliàs non,vt l.planè.ff.fami. ercis. & l.fi.C.de procur.¶Quidam tñ volētes hoc euadere faciūt eū ꝓcuratorem ad rn̄dendū certo modo,vel negando : vt sic non possit dici,ꝙ dn̄s sciat melius veritatē.qđ potissimè practicat in causis criminalibus,vbi venit imponenda pœna pecuniaria.¶Sed Bar.dicit,ꝙ illa cautela non sufficit. nā tā ex aspectu,q̄ voce,qua trepidatione quis loquat̄, comprehēdit̄
a veritas,[a] vt l.de minore.§.tormenta.de qō. Sed actus isti nō pn̄t deprehēdi,nisi compareat principalis.ergo.& de hoc est casus in dicta l.si actor malit.dum tex.dicit[dn̄s potius conuenit.]&c.& sic anteq̄ eum,vt procurator recipiat,pōt istud opponere.postq̄ ipsum non sponte, vt ꝓcurator in rem suā, in cā recepit:non possit actor petere,ꝙ dn̄s cōpareat ad aliquē articulū. qa confessio rei non dēt præiudicare huic procuratori in rem suam,postq̄ est notus aduersario, arg.l.3.C. de noua.& per Dy.in l.seruum filij.§.1.ff.de leg.2.Et qđ no. in l.si cum em.in prin.ff.de pac.& l.facta.§.si hæres.ff.ad Trebel.& ibi Bar.Si verò venit tanq̄ simplex procurator : tunc non debet admitti illa disputatio, quæ persona sit legalior: quia potest indistinctè se defendere per alium, vt l.1.§.vsus.
4 ff.de procurato.†Sed si in iudicio esset facienda interrogatio aliqua,de qua melius nosceret veritatem dominus, q̄ procurator:tunc posset iuberi,ꝙ dominus veniret.de quo est casus in d.l.si actor malit.& C.eo.l.fin.Et possit intelligi illud c.in primo respōsō. vel si dominus nō sit præsens,debet mitti ad locum,vbi est,vt l.generaliter.§.his de præsentibus.C.de iureiur.¶Circa qđ vide qđ no.in l.3.§.defendi.ff.quib.ex cau. in pos.ea.Quandoq; quis venit ad suscipiendum iudiciū suo nomine:non tanquam ꝓcurator simplex,vel in rem suā: nec tanquā defensor.sed pro suo interesse.qa fortè de re euicta à possessore,quæ patit:& tūc possessori succūbēti de euictione

tunc inuito actore potest in se litem recipere. & illa disputatio,quæ persona sit magis idonea,nōn admittitur,vt in casi-
1 bus positis in d.l.si actor.& probatur in l.sed si lege.§.item si rem.ff.de peti.hæred.Et predicta locum habent in procuratore rei. ¶Quid si ex parte actoris venit procurator in rem suam.dicit reus conuentus[volo potius litigare cum dn̄o, q̄ tecum.]an debeat audiri.Cy.de hoc tangit in l.fi. C.de procura.Iaco.Butr.ibi dicit,ꝙ ante litem contestatā potest reus excipere,& disputare de legalitate personæ, per dictam l.si actor.Cy.ibi dicit, ꝙ aut ille procurator in rē suam agit suo periculo:& non habet locum d.l.si actor. quia confessio dn̄i cedentis non præiudicat. ad quid ergo inuitatur ad iudiciū? certè ad nihil, vt no.in l.si cum enim. de pact. & l.si partem. ff.quemad.ser.amit.l.seruum filii.§.j.ff.de leg.j. Sed certè,qa super his,quæ pendent ex facto proprio,mandauit: vr̄,ꝙ debeat interrogari.& præiudicet cessionario eius confessio:sicut dicimus in seruo.C.de qōni.l.interrogari.& l.cum probatio.de prob. hoc tñ vltimum Bar.non firmat. sed in dubio rẽlinquit in d.l.si actor.vnde prædicta sumpsi.quibus adde, qđ no.in l.2.post prin.ff.so.ma.Bal. prædicta tangit non ita ꝑfectè in d.l.fi.C.de procu.Apparet igitur ex prædictis,qn̄ locū habeat,ꝙ principalis debeat factū proponere per seipsum,& quando per alium.

ADDITIO.

a ¶Veritas.Sex impediunt ueritatem.s.propinquitas, familiaritas,& comminationis affectio,amor,timor,& auaritia.3.q.5. c. accusatorū suspecti.11.q.3.c.quatuor.& ibi vide Io.de Tur. Cre.

SVMMAE.

1 *Actor si proponit ineptam actionē,absoluitur reus, & si postea proponit aptam,cogitur respondere.*
2 *Ius patronatus potest quis uendicare.*
Iudex dēt actorem repellere,& reū absoluere ab obseruātia iudicij,
3 *si sibi constat de ineptitudine actionis, et lite pendente.*
4 *Succumbens ex eo quòd proposuit ineptam actionem, potest aptam proponere.*
5 *Vnus pōt agere contra plures rei uendicatione, & oēs uno libello cōuenire,si se asserant possidere.*
6 *Possidens rem aliquam,si permittat eam sequestrari, ān perdat possessionem.*
7 *Rei vendicatio datur solùm pro rebus corporalibus, & non competit possidenti.*
8 *Iudex qn̄ pendente processu perpendit de aliquo actu contrario intentioni agentis,debet supplere de facto,ipsum repellendo.*
9 *Error falsæ causæ non impedit translationem dominij.*

1 EXaminata. †Si actor ineptam actionem proponit, reus absoluitur.Si tamen postea proponit aptam, cogitur respondere.Diuiditur in quatuor partes.In prima pronunciationis ratio.In secunda ipsius rōnis declaratio.In tertia pronunciatio.In quarta protestatio.scđa ibi[quia cum.] tertia
2 ibi[inde.]quarta ibi[ita tñ.]¶Primò no.†ꝙ pt̄ quis vendica
a re ius patronatus[a].licèt ergo quis non habeat in re totale dominium : tñ respectu certi iuris pōt dici dn̄s. & iō eius respectu rei datur sibi vendicatio, quæ requirit duo extrema. vnum ex parte agentis,ꝙ sit dn̄s, non possessor, vt l. in rem actio.ff.de rei ven.alterum ex parte conuicti,ꝙ possideat, vt l.officium.ff.de rei ven.quod vltimū hic deficit, quia isti milites non possidebant.frustra igitur actum fuit rei ven. vt l.q petito.eod.tit.defecit ēt extremum ex parte agentis,ex eo ꝙ possidebat illud ius patronatus. possessori aūt non datur rei vendi. vt Inst.de act.in prin.¶Scđò no. ꝙ qn̄q; pendente iudicio,apparet actori non competere actionem, nec à principio competiisse.qn̄q; competit à principio:sed lite pendente desiit competere.& tunc quid iuris sit.dic ut l. si post acce. ff.de rei uen.Qn̄q; à principio non competebat : sed pēdēte iudicio

iudicio superuenit.& tūc quid iuris sit.dic vt no.in l.non pōt videri.ff.de iudi.c.abbate sanè.ꝟ.de reg.iu.lib. 6. &c. ¶ Ter-
3 tiò no.† ꝙ etiam si lite pendente constet iudici de ineptitudine actionis:debet actorē repellere, & reum absoluere ab instātia iudicij.¶ Idem debet facere,cum perpendet de tali ineptitudine in ipso litis exordio,vt l.1.§.fi. ff.si mēs.fal.mo.di. & quod no.Inn.s. de offi.uica.c.1.facit quod no. in l.vbi pactum.C.de transac.¶ Quartò no.ꝙ quādoque tenetur ecclesia in sequestro. & hæc sequestratio est ꝑmissa certis casibus tantùm.regulariter verò est prohibita.vt.ꝟ.de sequest. po. & fru.c.1.& fi.& C.de prohi.seq.l.1.& ꝟ.dicam.¶ Quintò not.
4 in ver.ita tn̄.† ꝙ succumbens ex eo,ꝙ proposuit ineptā actionē,pōt aptā proponere. Nec ob.sibi talis sententia absolutoria,quæ fuit ab obseruatione iudicij,nō ab eo, quod principaliter petebatur.facit l.libellorum.§.ꝙ si libelli. ff.de accu. Ille enim,qui elegit viam incompetentē,pōt illa dimissa, redire ad aptā,vt l.Clodius. de acq. hære. ¶ Et per prouisionē quæ non tenet, non expirat ptās executionis,quin possit iterum prouidere.quod dic,vt no.Inn.in c.mulieris.de offi.dele. Et ille,qui acceptauit beneficium,quod nō poterat:pōt eo dimisso,redire ad illud,qđ dimiserat.in c. si beneficia. de præben.lib.6.Et vide qđ no.Dy.in l.serui electione.de le.1.¶Sex-
5 tò no.† ꝙ vnus pōt agere rei ven.cōtra plures,& oēs vno libello cōuenire,si se asserant possidere. Similiter in cā criminali pōt quis vno libello plures de eodē crimine accusare,vt C.si reus,vel accu.mor.fu.l.1.Itē vnum vno libello ad diuersa debita conuenire,vt l.si ex multis.C.de an.excep. & l. non est nouū.ff.de act.em.¶Venio ad oppo.gl.& Doc.dicit,ꝙ ex eo,ꝙ ille ius pronatus ecclesiæ possidebat tali tpe,quo ille vi cedn̄s in sequestrū accepit:iō nō pōt vendicare. Sed cōtra,ꝑ sequestrationem perdidit possessionē,vt l.interesse. ff. de acqui.pos.licèt ergo olim possedisset: tn̄ quia tpe, quo agebat, possessionē amiserat:meritò poterat vendicare.ille tex.dicit cōtrariū,ergo malè. ¶So.dicit gl.magna ī prin.si ille tex.ītelligitur,ꝙ ipse deposuit apud sequestrū aīo nō perdendi possessionē,planè procedit tex.quia tunc cum possideat, certū est possessori non cōpetere rei ven.vt l.1.C. de ali.iu. mut. cā fac.¶ Si verò ponis, ꝙ seqstrauit aīo amittendi possessionē: tunc similiter malè egit. quia debet agere cōtra sequestrum actione depositi, non contra milites Campanicos, qui non possidebant,vt d.l.1.& l.officium.de rei ven. & dixi supra in
6 primo no.¶Sed hic incidenter quæro.† qđ in dubio, vtrùm ille, qui rem,quam possidet, patitur sequestrari,perdat possessionē,vel non.glos.hic videtur sentire, quòd non,dum dicit. [& tunc perdit, cū deposuit eo animo,vt eū constitueret possessorē potius,q̄ custodē.] quasi in dubio videat̄ penes custodē.idē Io.Vin.Phili.& Inn. Sed in l.alle.in gl.no.cōtrariū. s.ꝙ sequester possidet:nisi hoc agatur, ꝙ solū sit custos.& ipse Bar. ēt hic no.in c.1.post prin.ꝟ.de sequest.po. Et hæc opi. est vera in voluntaria sequestratione, quæ fit solo cōsensu sequestratoris. Sed quid de necessaria, quæ fit ad mādatū iudicis in casibus permissis: nunquid tunc transfertur possessio in sequestrū.& abdicetur ab eo,qui possidebat.vr̄ ꝙ sic,vt d. l.interesse.ff.de acqui.pos.¶ Itē iudex facit amittere possessionem:& factū suum videtur factū partis,vt l. qui vniuersas §.itē cū prætor.de acqui.pos.& l.si ob cām. de euic.cōtrariū tenet Cy.post Ia.de Are.Ia.de Ra.& Pe.in l.1.C.de prohi.se. Et aliud in voluntaria sequestratione: aliud in necessaria. sicut aliud in nouatione voluntaria, q̄ perimit fideius.& pignora.aliud in necessaria,vt ff.de noua.l.aliā.& qđ no.in l.1.C.de iudi.& l.si fideiussor.§.si necessaria.ff.qui sa.cogā. c. ab arbitris.li.6.Et hoc tenet Io.An.& Bar. in d.l.interesse. nisi de voluntate iudicis aliud appareat,vt c.1.de seque.pos. & fru.vbi est casus, secundū eū. ¶ Aduertendum tn̄, ꝙ licèt perdatur possessio quandoque per sequestrationem, vt dictū est: non tamen perduntur beneficia competentia possidenti, tempore sequest.puta ꝙ sibi nō incumbat onus probādi aduersario nō ꝓbāte,& his simil. s̄m Io. An. qui hoc dictū habuit à Cy.qui hoc clarius no.in d.l.1.C.de prohi.seu.qui ibi etiam subdit,& ēt hic Io.An.ꝙ cū faciēda est necessariò sequestratio,vt in casibus no.in c.2.ꝟ.de seq.pos.poterit possessor, offerendo satisdationē,euitare sequestrationē.ff. de offi. præsi. l. senatus.in fi.C.de agri. & censi.l. litibus. vbi colligitur practica cōtra sequestrationes.¶ Ad aliud aūt,qđ hic dicit glo. agi posse cōtra sequestrū.dicit Io. An. ꝙ si sequestrū factum fuit sub cōditione, ꝙ daretur vincenti:si aduersarius iudiciū suscipere noluit,poterit agi cum sequestro actione de pscrip. ver.ff.de dolo.l.si oleū. vel cōtra eosdē milites actione de dolo,vt ibi dicitur. sed post cōpletā cōditionē agendū est cū sequestro actione depositi,prout gl.dicit, vt ff. depositi.l.apud quē.§.1.& l.si in Asia.§.cū sequestro.¶ Quid dicis,si sequester pdidit rem sequestratā, vel damnū in ea datū sit: an habeat aliquā actionē,tex.est in l.postq̄.in fi.vt lega.vel fideicō. & l.si is cui. §.queri pōt. ff. vt in pos.leg. vbi sequester res sequestratas tpe perituras pōt vendere,& ꝑtiū in sequestro retinere. ¶ Scđò principaliter opponitur,& vr̄,ꝙ licèt qs possideat rē:possit nihilominus intentare rei ven. vt l.officium.in fi.ff.de rei ven. Solu.dic, ꝙ pro re corporali actio nō cōpetit rē possidēti omni iure.s.ciuiliter,& naturaliter detinēti,vt ff. vti pos.l.1.§. hoc interdictū.Sed possidenti vno iure tantū. s. ciuiliter bene datur cōtra naturaliter possidētē rei vend.vt l. naturaliter.§.nihil cōe.ff.de acqui.pos. & e cōtra naturaliter possidenti cōtra ciuiliter possidentē,vt no.in l.2.C. vbi in rē actio.l.Pomp.§.si is.ff.de acqui.pos.Item possidēti omni iure.s.ciuiliter, & naturaliter. sed non detinenti bene datur rei ven.vt l.officiū.quā allegat gl. ad hoc ergo debet intelligi ille tex. ꝙ isti milites nullo mōl possidebant: nec etiā detinebāt. ¶Tertiò ad idē op.& videt̄,ꝙ possidenti omni iure detur rei vendicatio.ff.si ser.vē.l.& si fortè.§.j. & l.sicut.§.si quæratur. in quibus patet, ꝙ possessori datur actio.ego verò dixi, & in isto tex.dicitur,ꝙ nō datur:ergo malè.Sol. dicit glo.aliud in rei ven.de qua loquitur tex.aliud in actione confessoria,& negatoria.Rei enim ven.nō cōpetit possessori,vt l.1.§.hoc inter-
b dictum.ff.vti posi.Sed confessoria,[b] & negatoria sic,vt in cō-
5 collige argm̃, † ꝙ per peremptionem instantiæ perit iurisdictio iudicis delegati à Papa. Bar. aũt hic tenet contrariũ, ut in glo. magna. ibi [quia licèt &c.] quã no. ¶ Idem si absoluat pars ab obseruatione iudicii pp ineptã petitionẽ: vt sic nõ pereat iudicis delegati iurisdictio, vt dixi ĩ. eo. c. examinata. ¶ Quid si iudex, pnunciat se incõpetentẽ, an possit (talẽ interlocutoriã reuocando) reassumere iurisdictionẽ. s̃. de of. dele. c. significantib. ¶ Opp. dr̃ hic, ꝙ non obst. cursu triennii, est in cã ꝓcedendũ. cõtra de l. ꝓperandũ. C. de iu. vbi cã nõ finita. ĩ. trienniũ, est à capite inchoandũ: ac si nunq̃ fuisset ꝓcessum. So. dicit glo. per lapsum triennii non expirat iurisdictio

iudicis.& hoc est,ꝙ isti Senenses nolebant effugere. s.iudicis cognitionem,quasi sua iurisdictio expirasset. & in hoc malè. quia rescripta sunt perpetua,vt C.de diuer.rescrip.l.falso.Si verò excepissent,ꝙ super veteri instantia non tenebant post triennium respondere,nisi nouus libellus detur,& oĩa fiant à capite:fuissent auditi.quia finito triennio, à tempore litis cõnumerando,causa non decisa,perinde est, ac si nunquã fuisset processum.& hoc de iure ciuili.ita dicit glo. quod no. inquantum dicit,ꝙ perempta instãtia, adhuc durat iurisdictio delegati,vt dixi.ꝟ.in vltimo notabili.inquantum verò non dicit,ꝙ pereunt acta.& dñt omnia inchoari, non simpliciter verum dicit.Sed distingue sic. aut sunt acta pertinentia ad litis ordinationem(vt libelli oblatio:litis contestatio: iuramentum de calumnia.& similia) aut sunt acta pertinentia ad litis decisionem(vt attestationes, & dicta testium : confessiones partium:instrorum productiones,& similia) primo casu,aut loquitur quò ad effectus perfectos,& cõsummatos:aut quò ad effectus futuros.si quò ad effectus consummatos:nõ pereunt.vnde mala fides interrumpit præscriptionem vitio litigiosi.& si inducti per litis contest. remanebunt ẽt perempta instantia,vt no.in l.2.C.de fru.& lit.expen. licèt contrarium no.in l.properandum.§.j.quod tenet In.in c.causam. de test. ¶Si verò loquimur quò ad effectus futuros: & pereunt pempta instantia,& debent à capite inchoari. & ita loquitur illa gl.& quod no.in l.si vt proponis.C.quõ & qñ iudex. ¶Scđo casu,cum quæritur de actibus,qui pertinent ad litis decisionem.& tunc non pereunt,sed prosunt,ẽt in secunda instãtia, vt l.iubemus.C.de lib.causa.& l.cum antea.§.fi.de arbitr. & no.in l.properandum.§.fi.C.de iud.& hoc in attestationibus vr̃ esse verum,sm̃ Iac.de Are. ¶Sed si in prima instantia dicta testium fuerunt publicata:aliàs secus.& ita intelligit glo. quæ est.ff.de his,quæ in frau.cre.l.3.circa fi.& ita refert Cyn. C.de iud.l.properandum.§.fi.Inn.tñ vr̃ velle contrarium. de testi.c.Albericus.& illa est distinctio Bar. in l.cum lite mortua.ff.iudi.sol.¶Vlterius ista gl.inquantum dicit, ꝙ perempta instantia,ita debet à capite incipi, ac si nunquam fuisset
6 processum.facit ad quæstionem Cy.in d.§.fi.vbi quærit †an finito triennio reus possit petere se absolui ab instantia iudicii:& expensas factas repetere,illa instantia perempta.& vr̃, ꝙ expensas petere non possit.quia perinde est,ac si nunquã fuisset processum,vt dicit gl. & sic iudicis officium mercenarium non adhæret alicui instantiæ;ergo expirauit cum causa principali,vt l.4.C.depositi.Cy.consuluit contrariũ.s.ꝙ possit peti dicta absolutio ab instantia iudicii,& expen. quia instantia non perit per lapsum triennii ipso iure, sed p sñiam, vt prædixi,illa qõ frequenter decurrit,ꝙ si appel. est deserta p lapsum anni,an possit peti,ꝙ pronuncietur super desertione,& cõdẽnetur deserens in expensis:dixi.ś.de rescri. c. ex parte.& Fed.consi.51.consuluit.¶Redeundo igitur ad solutionem contrarii.l.properandum. dicit gl. scđm quosdã,illa lex non habet locum de iure canonico.quo iure instantia nũquam perit.Idem no.de dolo, & contu.c.fi.in gl.Idem tenet Host.hic,& Spe.in ti.j.§.restat.ver.itẽ ꝙ instantia.alii,vt refert glo.dicunt,ꝙ ista Decre.non mutat in aliquo ius ciuile, quod hẽt locum post litis contest.quia ex tunc incipit triennium.sed non apparet,ꝙ in isto c.fuerit lis conte. sed ꝙ per subterfugia partis aduersæ fuit cã protelata vltra trienniũ. quod totum esse potuit ante litem contestatã.¶Sed hãc glo. reprobat.quia hic fuit lis conte.vt apparet in antiqua:& probatur per hunc tex.dum dicit[instantiam iudicii periisse.]nã ista allegatio fuisset inanis,si non fuisset lis conte.scđm Host. Alii dicunt,ꝙ idem c.limitat illam gl.inquantũ gñaliter statuit lapsu triennii perire instantiam.hẽt h locum, nisi per cauillationes,& subterfugia partis aduersæ causa fuit vltra triennium prorogata,ar.2.q.6.§.ad hoc.in gl.rõne.in fi. ¶Et no. Goff.in summa de iud.§.plenè.per hoc optimè in l. si cũ ipso.ff.de excu.tut.vbi impedito pp factum iudicis, vel aduersarii non currit dilatio legalis.ad idem l.intra vtile. de mino. & l.petendæ.C.de temp.in inte.rest.& vr̃ æqua illa opin.vt sic iura iuribus aliqua sub diuisione concordent:& posteriores. ll.ad priores trahantur,vt c.cum expediat.de ele.li.6. & l.sed & posteriores.ff.de legi.¶Alii,ut Goff.dicunt, ꝙ sicut l.properandum.excipit causas fiscales,ne triennio coerceãtur. Ita hæc lex excipit causas ecclesiæ,non aũt proprias clericorũ. Sed scđm opin.cõem,q̃ habet,ꝙ pereat:quæ est ratio,quare magis pereat de iure ciuili,q̃ de iure canonico?dicit Io.And. ꝙ ratio est,secundùm l.regulariter non appellatur añ sñiam, vt l.ante finem.C.quorum appel.non reci.Ideò diligentia iudicis bene põt.ꝟ.triennium causa terminari:secus scđm canones,sm̃ Ho.Pe.& Ab.vide ś.de of.dele.c.consuluit.per Inno. vbi plenè per eundem de ista materia. ¶Vltimò pro declaratione materiæ quæro, quia vbique cõiter sunt statuta per
7 Italiam,†ꝙ iudices teneantur causas diffinire infra certũ tẽpus.Similiter in iure multæ causæ dñt breuiori termino, quã triennio,terminari,vt patet in cã criminali,q̃ dẽt finiri biennio,vt C.vt ꝟ.certum tps crimi.qõ agi.l.fin.¶Item causa inter clericos infra duos menses,in Auth.vt cleri.apud propri. epi.§.si tñ.col.7. ¶Sũt & alii casus, in quibus criminales causæ restringuntur, vt C.vt oẽs tã ciui.q̃ crimina.causę.l.j. §.fi. C.de naufra.l.de submersis.li.11.C.de ædi.priua.l.fi.restringuntur ẽt ciuiles.C.de decur.l.generali. in Auth. de manda. prin.§.sit tibi.col.3.de dam.inf.l.j.¶In istis ergo casibus, in quibus de iure municipali,vel iure cõi alia tempora sunt statuta.quid iuris erit,si tempora instantiæ sint elapsa.an p hoc instantia sit perempta: vel possit etiam post terminum ferri sñia:videtur,ꝙ possit decidi,ẽt post terminum,vt prælle.l.j. ad fi.C.vt oẽs tam ciui.quàm crimi.causæ.& C.de ædi.priua. l.fi.& tangit Spe.in ti.de leg.§.restat. versi.quid si in statutis. ¶Dñs Ric.Mal.disputando tenuit, ꝙ ẽt si de consensu partium instantia statuti fuerit prorogata, non valuerit sentẽtia postea:vt sic tempus per statutum instantiæ deputatum fungatur vice triennii à iure communi instãtię deputati. & hoc vr̃ sentire gl.in d.l.properandum.exceptis decretis.l.continẽtis videlicet minus tempus triennii.Non ob.l.fi. C.vt omnes tam ciui.quàm crim.causæ. quia ibi non tangit pp decisionẽ causę,qua principaliter,vt administrator expeditus post 50. dies possit liberè recedere tempore ad decisionem statuto. & fit fauore personæ,& non fauore terminandæ causæ. ¶Si ergo infra dictum tempus causa non fuerit terminata, officialis põt recedere,& punitur iudex, qui fauore administratoris violauit. Sed tñ instantia iuris communis remanet,p qua principaliter tps non fuerat limitatum.sic ẽt i l.fi. C.de ædi.priua. non pro causa terminanda principaliter statuitur ibi tempus. sed principaliter operis fauore non impediendi diutius.& ideo ibi transacto tempore,ad opus proceditur,remanente instantia:pro qua tempus non fuerat stabilitum.Ita ẽt põt intelligi.C.de decu.l.generali. vt illud sit ibi statutum de trimestri tempore,fauore cura.ar.ff.de decurio. l.generaliter.§.spurios. non principaliter pro instantia causæ.& ideò post trimestre tempus durabit instantia. Subdit in illa disputa.ad fi.ꝙ si de hoc non appareat, transacto tẽpore statuti ad causam finiendam,pereat instantia.& hoc fortè odio litium.Simile no.C.de pac.l.postquam liti.Cy.etiam de hoc in d.l.properandum.§.si autem alterutram.ubi dicit,ꝙ si per statuum,uel ius commune statuatur circa tempora ad aliquam causam finiendam,& pœna imponatur iudicibus, si ꝟ.tempora non finiant:ꝙ finito tempore,instãtia perit. vt l.scire oportet.§.cõsequens. de excu.tu.& ibi per Ia.de Are. ¶Si vis de ista materia plenius videre,recurre ad dictam di-
8 sputationem,quæ primò prosequitur.†si statuto cauetur, ꝙ iudex appellationis infra.10.dies debeat causam diffinire. an dictum tempus possit de voluntate partium prorogari. Et post multa ar.pro & cõtra.tenet,ꝙ non possit, per l.si in l.in prin.ff.loca.nã minister iuris non potest prorogare terminum

minum iuris. sicut nec minister hominis terminum à domino statutum, vt l.qui Romæ.§.Callimachus.de ver.ob.Subiũgit ibi,quid iuris,si non fuerit.j.terminum diffinita: an poterit postea diffiniri:tenet,ꝙ non,nisi steterit per iudicem litigatorem:tunc enim,sicut de iure communi posset per annũ teneri:ita in casu isto possit post.10.dies,qui subrogantur loco legalis dilationis.ergo illam naturam assumit, vt l.si eum §.qui iniuriarum.ff.si quis cau.Et prædicta in causa appellationis.¶In cã verò principali,ciuili, vel criali, si est tps à statuto instantiæ litatum, tenet similiter, ꝙ non possit cõsensu partiũ prorogari.sicut nec tps trienij,vt no.in d.l.ꝑperandũ. in princ.per iudicem verò an possit.j.tẽpora prorogari. distingue post Bal.ꝙ aut tempus præfigitur iudici:& nõ potest per arbitrium iudicis prorogari.ff.loca.l.si in lege.in princ.ꝑ quem tex.dicit Bart.ꝙ licèt Potestati sit datum liberum arbitrium.nihilominus tamẽ debet expedire processum infra terminum statutum.aut terminus est statutus actioni. & tũc siue sit statutus circa actionis substantiam:siue circa actionis instantiam,non potest per iudicem prorogari.¶Item in exceptio.ff.de excu.tuto. l. scire op. §.consequens.bene tamen potest prorogari per aliam l.ff de excu.tuto.l. si cum ipse. & l.intra vtile.de mino.& l.fi.C. de adul. & ad hoc omne uide Cy.C.qui acc.non pos.in l.si ea.in pe.& vlt.q.vbi plenè qd iuris, si incidens emerserit quæstio falsitatis: vel alia, propter quam non esset possibile diffinire principaliter causam infra terminum,dicam.j.de ordi.cogni.c. tuam. ¶Interdum statuitur terminus per l.personæ actoris,vel rei ad aliquid dandum,vel faciendum:ita ꝙ meta non imponitur iuri,vel causę,sed personæ.tunc aut loquimur in his,quæ non reducunt ad iudicia.& illa non sunt in iudicis potestate:aut in his,q̃ rediguntur ad controuersiam. & illa incipiunt esse in iudiciis: & possunt ex causa augeri, vel minui,vt l.2.ff.de re iud. ista verba ponit Bal.in l.1.§.ait prætor.ff.de iure deli. ad qđ etiã facit,qđ no.s.de offi.dele.in c.causis. vbi de tempore statuto ab homine,an possit consensu partium prorogari. habes igitur plenè,quando currat,& incipiat tempus instãtię limitatæ à statuto,ab homine, vel à iure communi : incipit enim semper à tempore litis contesta,ut d.l.properãdum.¶Quid ergo in causis,in quibus lis non contestatur ex forma iuris, vel statuti.dicit Cy. ꝙ tũc tempus instantiæ finiendæ computabitur à tempore controuersię,ut C.de nau.l.pen. lib. 11.ꝑ quo facit,qđ ipse no.in l.nihil.C.de procura. & l.1. C.vbi de crimi.agi.oportet.¶Et ad prædicta vide, quod leg.& not.in cle.fi.de appel.vbi quid iuris de sententia lata post tempus à iure statutum,ut no.in d.l.properandũ.¶Vltimò tangit hic Io.An.cum instãtia est decursa minori,vel ecclesiæ:an possit restitui.& an possit ex ista negligentia agere contra administratorem.& an minoris,& ecclesię sit electio,vel restitui,vel ita agere. dic, vt d.l. properandum.§.fi.& C.si tu.vel cur.inter.l.etiam.

ADDITIO.

a ¶Romanæ Ecclesiæ.In terris Ecclesiæ canones sunt seruandi, vt hic. & c.cum esses.intra de testa.per gl & Io.de & 11.dist.c.nolite.in tex.& per Io.de Tur. Cre.Et an canonum violatores peccent in Spiritum sanctũ, latè disputat idem Io.in c. violatores.25.q.1.

SVMMAE.

1 *Actor,& reus quando sunt diuersi fori,causa proprietatis,& possessionis potest coram diuersis iudicibus agitari.*

2 *Vniuersitas castri de consuetudine potest sibi eligere rectorem.*

3 *Rei vendicatio non solùm datur contra ciuiliter,& naturaliter possidentem,vel etiam detinentem:sed etiam datur contra eum,qui vigore sententiæ nan isci debet possessionem.*

4 *Quæstio petitorij non differt executionem sententiæ super possessione primò latæ.*

5 *Exceptio feriarum propter vindemias non obstat, quando causa, de qua agitur,est dicto tempore peritura.*

6 *Quæstio quando est super re tempore peritura, possunt,& debent dilationes abbreuiari.*

7 *Sententia lata super possessorio recuperandæ est diffinitiua.*

8 *Laicus si violenter expellit prælatum de ecclesia.potest agi coram iudice laico.*

9 *Ciuitas an possit sibi eligere aliquem in perpetuum Potestatem.*

10 *Priuatus quilibet potest se subiicere alterius iurisdictioni.*

SIgnificauerunt. Non obst. exceptione tẽporis feriati propter vindemias, mandanda est sñia executio
1 ni.vel secundùm Ab.†cum actor,& reus sunt diuersi fori,cã proprietatis,& possessionis põt coram diuersis iudicibus agitari.& sunt duæ partes.In prima partis conquestio.In secũda Papæ prouisio,ibi[mandamus iterum.] prima facit tria. primò ponit factum, & causæ delegationẽ bimembrẽ. scđa ibi[verùm]eorum exceptionem.tertia ibi [respõdẽte.]repli
2 cationem actoris. ¶Primò not.†ꝙ vniuersitas certi castri a
a põt sibi eligere rectorem.quod intellige de consuetudine:nã de iure nr̃o determinatũ est, ꝙ castrum debeat respondere sub iudice ciuitatis,in cuius territorio castrum est situm. ar. l.nulli.C.de episc.& cleri. & l.qui ex vitio.ad muni.¶Castra enim de iure communi non habẽt territorium,cui cohæreat iurisdictio,vt no.Inno.in c.cum ad sedem.de restitu.spo. nec habent iurisdictionem,nisi de consuetudine, vt dixi. & not. Barto.in l.j. ff.de dam. infe. vbi de triplici vniuersitate prouinciæ,ciuitatis,& castrorum.¶Secundò no.ꝙ iudex secularis cognoscit de causa,quæ vertitur inter clericos, & laicos. Et est ratio,quia clerici agebant interdicto vnde vi, tanquã spoliati. Eo enim ipso, ꝙ illi de vniuersitate castri nolebant electum ab istis monachis admittere in rectorem : videntur mona.spoliare.circa quod uide,quod no.Bar.in l.j.ff.vti pos. §.hoc interdictum.vbi omnino vide.& ideo coram iudice seculari fuit agendum,vt j.titu.j.c.si clericus laicum. potuit ẽt isto casu propter violentiam turbatiuam,vel expulsiuam agi coram iudice ecclesiastico,vt infra eod.c.conquestus.& c.cũ sit generale.¶Tertiò no.ꝙ causa posteriori decisa,si moueatur postea quæstio super proprietate, non agitur coram illo iudice rei conuentę.illud ergo, qđ dr̃, ꝙ istæ duæ causæ debent coram eodem iudice ventilari. & quòd nõ debet illa cõtinentia diuidi,habet locum,qñ eodem tempore ab eodem, vel diuerso,illæ causæ in iudicio deducuntur, vt l.nulli. C.de iud.secus si altera post finem alterius moueatur,vt in j.ca. & in gl.dicam.¶Quartò no.subtiliter,ꝙ nondũ erat monasterium restitutum:licèt pro eo lata esset sñia super possessorio.
3 & tñ conueniebatur super proprietate.& sic no.†ꝙ rei vẽdicatio datur non solũ contra ciuiliter, & naturaliter possidentes,vel etiam detinentes,vt dixi s.c.examinata. Sed ẽt datur contra eum,qui vigore sententiæ debet nanscisci possessionẽ: licèt nondum eam apprehenderit : quasi habere videat poss. qui est de proximo habiturus,ar.l.ex eo tẽpore.ff. de te. mi. & qui actionem habet &c.vt l.qui actio.de re.iur. ¶Ex hoc tñ tex.colligitur contrarium, inquantum communitatẽ istã mandat non audiri super proprietate, donec monasteriũ ad possessionem fuerit restitutum. Sed hoc procedit potius ratione priuilegii causæ spoliationis.de quo in c.fi.j. de or.co. q̃ ex defectu possessionis nondum habitæ. credo tñ, ꝙ añ restitutionem nunquam possit agi de proprietatẽ per illum, q extitit condemnatus:nisi prius possessionem restituat; qa daretur rei vendicatio possidenti,contra l.j.ff.vti poss.¶Quin
4 tò no.†ꝙ quæstio petitoria non differt executionẽ sententiæ super possessorio primò latę. Idem si de duabus causis intentatis per viam conuentionis,& reconuentionis, de vna prius liqueat,quàm de alia:vr̃.n.in illa,de qua liquet,ferenda sñia: & ẽt exequenda,non obstante alterius pendentia. dicam tamen de hoc.j.de or.co. c.cũ dilectus.& c.dispendia.de rescr. li.6.& in casu huius c.nunquid electus in Potestatẽ, cuius electioni

ctioni opponitur, interim administret. vide in Specul. de sen. §.2. uer. pen. & dr, ꝙ non, si non inchoauerat. super quo etiã vide remis. Io. And. ĩ. de dolo, & contu. c. contingit. super vltim. glo. facit quod no. ĩ. de appel. c. sæpe. ¶ Sextò no. in ver.
5 verũ. † ꝙ exceptio feriarum propter vindemias non obstat, qñ causa, de qua agitur, dicto tempore esset peritura: nã ꝑ tale periculum, etiam aliàs prohibita conceduntur, vt patet in c. licèt. ĩ. de fer. Item possit tali tempore capi debitor fugitiuus, vt no. in l. dies festos. C. de feriis. ¶ Et collige hic argu
6 mentum, † ꝙ quãdo est quæstio super eo tempore peritura, possunt, & debent dilationes abbreuiari, & quandoq; in totum denegari. ita ꝙ res, de quo agitur, in tuto sit. & facit ad q. si officium in ciuitate durat duobus mensibus tantùm, vt Senis officium prioris. si cõtra vnum opponatur exceptio inhabilitatis, de qua debent abbreuiari dilationes: & ita tẽpus officij inutiliter nõ labatur. ad hoc allego, qđ not. ff. de glan. legen. l. j. & l. fi. de app. re. & vtrobiq; per Bar. facit, qđ no. de offi. dele. c. de causis. ¶ Sed incidenter hic quæro, si laberetur tempus regis, lite pendente. an debeat sibi tempus reintegrari: videtur quòd sic in l. & ideò. de ver. obli. vbi si casu non potest construi domus infra tempus præfixum. ædificabitur postea, & dabitur integra dilatio, vt ĩ. de elec. c. si electio. lib. 6. quod optimè facit. ĩ. de dolo & contu. c. cum dilecti. Sed hic contra in quæstione nostra, scilicet quòd non debet integrari. ratio differentię inter domum, & officium est illa. quia domus, siue. ĩ. terminum, siue postea construatur, eadem est domus: sed non idem officium erit hodie, qđ debuit esse heri, vt no. Bar. in l. si vsusfru. mihi in biennium. ff. de vsufr. leg. & l. si susceperit. §. dies. de iudi. & qđ no. Spec. in ti. de primo, & se-
7 cundo decre. §. vidondum. versi. qui si electus. ¶ Septimò no. ꝙ sententia lata super possessorio recuperandæ est diffinitiua. qđ est expressum in cle. 1. de sequestra. pos. & potest ab ea appellari. ĩ. de resti. spo. c. cum ad sedem. in prima glos.
¶ Venio ad aliquas op. glo. & extra. & primò oppo. dicitur hic, ꝙ Potestas Florentiæ cognouit de quæstione possessionis mota ex parte monachorum: & tamen monachi nõ sunt cogendi coram eodem respondere de proprietate dictæ rei. ¶ Sed contra illud opp. de duabus regulis. prima est, ꝙ causa possessorij, & petitorij debent coram eodem iudice agitari, & non debet diuidi eorum continentia, vt ĩ. de causa posses. & proprie. c. 1. & l. nulli. C. de iudi. cum si. ¶ Secunda regula est. Cui ob. natura conuentionis: & reconuentionis. monachi enim, qui habuerunt pro se iudicem Potestatem in causa conuentionis, non debent eum dedignari in causa reconuentionis, vt C. de sen. l. cum Pap. & 3. q. 8. cap. cuius in agendo. iste tex. in causa proprietatis concedit alios iudices contra monachos. ergo malè. ¶ So. dicit glos. magna. quò ad primum contrarium de non diuidenda quæstione possessorij, & petitorij. dicit enim, ꝙ habet locum, cum actor, & reus sunt eiusdẽ fori. secus si diuersi, vt erat in illo c. monachi enim ad possessionem agentes sequuti sunt forum rei, scilicet illius communitatis coram Potestate Floren. ergo econuerso illi de cõmunitate super proprietate agere intendentes debent sequi forum monachorum, scilicet iudicis ecclesiastici. ¶ Contra illam se remittit primò Io. An. ad not. per eum in add. Spec. de rescrip. c. præsentatio. §. vlt. super versi. item ꝙ facit &c. Et instat etiam, ꝙ dicta solutio non videtur bona. quia illud castrum situm erat in districtu Floren. & sic dici poterat feudale. ergo in hoc communitas castri, & etiam monachi poterãt dici eiusdẽ fori: vt sic coram domino feudi debeat vtraq; causa ventilari. vt ĩ. ti. j. c. verum. So. licèt ponamus, ꝙ castrũ esset feudale: tamen electio, de qua erat contentio, non erat feudalis, vel dic, ꝙ non sequitur. est. ĩ. territorium ius dicentis, ergo est de eius feudo: aliàs nõ haberet locum allodium: licet talia per violentiam multum vsurpentur per dominos temporales, secundùm Host. cui adde, quod no. Io. An. ĩ. de iureiur. c. nimis. ¶ Ad secundum contrarium de conuentione, & reconuentione coram eo iudice vẽtilanda. Responde, ꝙ cum monachi prætenderent se spoliatos iure eligendi: non poterant reconueniri super proprietate, anteꝗ̃ essent restituti. & ita mandat hic Papa eos prius restitui, & bene. vt ĩ. de ordi. cogni. c. fi. & ĩ. de iurepa. c. relatum. secundo responso. & ff. de iudi. l. 2. §. sed & si. & C. si per vim, vel alio modo. l. 1. vel responde aliter ad vtrunq; contrarium simul. ꝙ contraria locum habent, quando dictæ quæstiones concurrunt eodem tẽpore. sed si vna (puta possessorij) est iam decisa, vt erat in illo c. alia, quæ mouetur postea super proprietate, non coram eodem iudice, ratione connexitatis causarum: sed coram iudice eius, qui postea conuenitur, debet causa agitari. & ita contingit in illo. c. vt dixi s. i. i tertio notabili. ¶ Secũdò oppo. hic exceptum fuit de tempore feriato propter vindemias, & Papa dicit, ꝙ hoc non obstat. Sed contra hoc oppo. & videtur, ꝙ obstet. vt ff. & C. de feriis per totũ. & ĩ. de feriis. c. fi. ¶ So. dicit glo. fi. regulariter habet locum, quod dicitur
a in contrariis, ꝙ nõ cogitur quis tempore talium feriarum a venire ad iudicium. nec valeret sententia contra eum absentem lata (quia iudiciũ est nullum :) nisi sponte vellet tali tempore litigare. qđ posset, si erant feriæ messium, & vindemiarum. secus si in honorem Dei &c. vt in gl. & hoc regulare, vt dixi. fallit, cum res est tempore peritura, vt erat in illo ca. q̃a tempus regiminis, si fuissent feriæ obseruatæ, inutiliter labebatur. ¶ Idem dicit Ho. Idem dicit l. ꝙ non obstant istæ feriæ, quãdo actio est tẽpore peritura. ff. de fer. l. 1. §. sed excipiuntur. & l. solet. Idem in causis, quę celeritatem desiderãt, & mora periculum inducit. ff. de dam. infec. l. 1. Idem est, cũ iurisdictio est tempore peritura. & dicit gl. qđ not. & ista est so. glo. ꝙ hic. s. esset res tempore peritura, vt dicit litera. ¶ Secundo modo soluit Gui. Na. qui dicit se fuisse aduocatum in illa causa: ꝙ ideò hic non obstiterunt feriæ. quia erat quæstio cum vniuersitate, quæ tota non poterat circa vindemias occupari. & per sindicũ litigat. ff. qđ cuiusq; vniuersitatis. no. in l. 1. Sed contra illam solutionem facit, qđ no. Inn. ĩ. de feriis. c. conquestus. nam & illi, qui circa vindemias non occupãtur, gaudent priuilegio feriarum: vt milites, Doc. clerici, & vt no. in l. j. ff. de fer. per hoc etiam probatur so. Pe. & Egi. qui dicunt, ꝙ hic ideò talis exceptio nõ obstabat. q̃a in dominio dicti castri non erant vineæ: ideò non erant circa vindemiã occupati. Sed certè si erãt soliti prouidere sibi aliunde de vino, vt hic Veneciis, obstabit & ista exceptio. ut no. Inn. in d. c. conquestus. ¶ Tertio, siue quarto modo soluit Inn. ꝙ ideò non obstat talis exceptio; quia de regimine reipublicæ agebatur. unde sicut fiscales, & publicæ causæ tunc aguntur: sic & causę ecclesiarum. qđ possit secundùm Ho. quando ecclesiæ hoc non placet: aliàs secus, vt l. quod fauore. C. de legi. sed hoc nõ seruatur, secũdùm eũ. Vel dic quintò, ꝙ, sicut tutores dantur tempore feriato. ff. e. l. 2. sic & rectores, vt hic. Vel dic sextò, secundùm Vincen. & Pla. ꝙ hic agebatur de executione sententiæ: & sic non obstantibus feriis vindemiarum mandatur sententia executioni. & h. d. Decre. ad hoc. de pœni. distin. 1. c. Adam. 2. q. j. c. sicut. ibi per Archi. Et idẽ esset in aliis ferijs solemnibus, & repentinis, vt C. de feriis. l. 1. & ita dicit Io. An. ego in feriis messium, & vindemiarum idem sentio, ꝑ hunc tex. ¶ Sed quòd tempore feriarum in honorẽ Dei possit exequi sentẽtia, dubito, an sit verum, propter tex. in l. dies festos. C. de feriis. ibi [nec vllis exactionum vexationibus ꝓphanari.] & ibi [à cunctis executionibus excusetur.] & ibi [præconis horrida vox silescat.] ex mente igitur, & verbis ꝑdictis videtur, ꝙ sit cessandũ ab executione dicto tempore. quod credo verum, nisi timeretur de fuga rei: vel esset res tẽpore peritura, ut no. in dicta l. dies festos. & ar. ĩ. de feriis. c. licèt. ¶ Tertiò extra gl. oppo. apparet ex suprascriptis, ꝙ q̃stio fuit commissa episcopo Bononien. & tamẽ actor, & reus erant de eadem diœcesi. ergo non videtur, ꝙ extra ipsam debuerit causa delegari, vt ĩ. de rescript. c. statutum. li. 6. ¶ Sol. dicit

dicit Io.An.non erat curandum, secundùm ista iura: vtrùm fieret commissio extra, vel intra diœcesim.dummodo non fieret vltra duas dietas.de hoc no.3.q.6.c.nemini. vel potest dici,ꝙ hoc fuit ex certa scientia Papæ.vel non fuit exceptio, secundùm Gofre.qui tenuit.q.25.rescriptum valere, vt ỹ.de iniuriis.c.olim.vide Host.in summa de rescrip.§. quæ obiici possunt.ver.c.&c.¶ Quartò op.hic erat quæstio de iure eligendi rectorem in dicto castro,& Potestas secularis cognouit.¶Sed contra de c.decernimus.s̃.e.timore huius cõtrarij Io.And.& communiter omnes intelligunt istum tex. de rectore seculari præficiendo regimini dicti castri. & dic sonat tex.[tempus regiminis.]&c.Nam tempus regiminis rectorum ecclesiæ non est ad tempus certum.7.q. 1.c. pastoralis. Vin.intellexit hunc tex.ꝙ hic fuerit actum de iurepatro. vel alio spirituali iure eligendi,dicens,ꝙ de simplici spoliatione iuris illius hic potuit agi coram laico.sed de proprietate nõ, etiam incidẽter.sed errauit,vt s̃.patet,secundùm Io.An.Ego hoc fateor quò ad intellectum c. sed suum dictum habeo ꝑ notabili.si de re spũali agatur possessorio recuperãdæ posse, possit ista quæstio contra laicum agitari in iudicio seculari. ꝑ hoc facit,vt no.& dicã.ỹ.de or.cog.c.tuam.& Bar. in l.Titia.ff.so.matri.vbi dicit,ꝙ quando est certum de spiritualitate,puta de matrimonio inter Titium, & Bertã. vel ꝙ Titius est vsurarius.est tamen quæstio super facto,videlicet an Martinus sit natus de illo matrimonio:vel vtrùm tanta fuerit vsura,quæ petitur.de ista quæstione poterit iudex laicus cognoscere,licèt descendat à re spũali.& per hoc dico, ꝙ† si laicus

8 violenter expelleret prælatum de ecclesia,possit agi corã iudice laico,ar.ad hoc.l.si quis in hoc genus.C.de epi. & cle.& qđ no.ỹ.ti.j.c.conquestus.¶Quintò op. hic Papa committit executionem sñiæ latæ per iudicem secularem contra laicũ. Sed contra sñia lata ꝑ vnum non debet ꝑ alium iudicẽ exequi nisi ad literas iudicis proferentis sñiam,vt l.argẽtarios. ff. de iudi.& not.in l.à diuo Pio.ff.de re iudi.¶Itẽ sicut contra laicum Papa non dẽt literas concedere:vel de cã cognoscere,vt ỹ.tit.j.c.licèt.& c.si duobus.de appel.ita non dẽt mãdare executioni sñiam iudicis secularis.hic non facit contrarium.sed mandat eum exequi,ergo malè. Sol. Potestas Florentiæ erat suspectus;quia coegerat abbatem coram se litigare super ꝓprietate.& ab hoc grauamine monachi appellarũt ad Papã. & Papa cõmisit negotiũ,vt sequit.& sic Decre.est plana secũdùm Host.¶Sed tex.hic non dicit,ꝙ fuerit appellatũ ad Papã:nec video,q̃ũo appellari ad eum potuit à grauamine iudicis secularis.teneo ergo aliũ intellectum,ꝙ hic fuerit ad Papã delata ꝑ simplicẽ querelã monachorũ.Ob.tũ, qa si Potestas Florentiæ grauabat monachos in litigando corã eo,debuit adiri superior Potestatis per viam appellationis. & non haberi recursus ad Papam,ad quem non recurritur ita de facili,vt notatur.s̃.eo.c.nouit.Cogita.¶†Quæritur nũquid ci-

9 c uitas possit eligere sibi aliquem in perpetuũ [c] Potestatem.i. quoad vixerit. & idem quæri potest in qualibet vniuersitate.& videtur primò,ꝙ possit:qa talis Potestas videtur quodammodo procurator vniuersitatis, cuius negotia administrat:sed procurator potest constitui in perpetuum: ergo & Potestas.& patet hoc in hac alma inclita ciuitate Venetiarũ. quæ eligit sibi Ducem in perpetuum,& donec vixerit. ¶Itẽ in iure reperiuntur officia perpetua.C.de mune.l.1.li.10. Ciuitas enim est vniuersitas approbata de iure,vt ff.qđ cuiusq; vniuer.no.l.1.& no.Inn.s̃.de offi.ord.c.cum ab ecclesiarum. & ius sibi constituit, & seruandum.vt ff. de iusti. & iure.l.ius

10 ciuile.& l.fin.de Decre.ab or.fa. ¶† Item quilibet priuatus potest se subiicere alterius iurisdictioni,vt l.& est receptũ.ff. de iuris.om.iudi.& l.1.ff.de iudi.multò magis ciuitas debet posse sibi eligere perpetuum rectorem.ff.de ori.iur.l.2.§.deinde,qa difficile.& §.eodẽ tpe.& exercitus facit Imperatorẽ 93.di.c.legimus.Quid plura,clarissimi iuris est,ꝙ congregatio eligit sibi perpetuum rectorem,vt c.1.s̃.de ele.¶In contrarium arg.de legib. quæ prohibent officia debere esse perpetua.C.de castr.l.j.C.de decre.decu. l.j. C. de mesloribus.l. ita.C.de dome.l.pragmatica.C.de mino.l.æternam.§.de cõsul.l.pen.de fabri.l.2.ff.de offi.proconsu. & leg.l.meminisse. & de of.præsi.l.si fortè.cum infinitis simi.¶Item officia non sunt continuanda,nedum perpetuanda, multiplici ratione. quia non expedit reipublicæ, vt supremam potestatem hñs sit perpetuus,vt l.2.§.populo deinde.de orig.iu. Secunda,ne detur via corruptioni,& ambitioni.C.de decu.l.2.li.12. Tertia,vt si delinquat, facilius corrigi possit. C. de suscep.præp. & archa.l.neminem.li.10.Quarta,ne transeat ad hæredes,in Auth.de defen.ciui.§.fi.coll.3. Quinta quia sic possunt ciuitates,& vniuersitates subtrahere se à vero, & principali domino,dando se sic forsitan potentiori.ad hoc leg.& no.de excess.præla.c.dilecte.de ali.iu.mu.cã fa.c.fi. ¶Quid dicemus, Host.tenet,ꝙ secundùm iura vetera Digest.honores, dignitates,& munera temporalia debent esse.ff.de muner.& hon. l.honor.§.gerendorum.adeò ꝙ non debent continuari in eãdem personam,vt ibi.fallit in subsidio,vbi alii desint, qui gerant officium.ff.de mun.& hon.l.ut gradatim.§.quoties.hodie verò per biennium solum in officio esse potest, in Auth. de defen.ciui.§.fi.coll.3.aliter aspirans, & desiderans ꝓmoueri,incidit in l.Iul.ambitus.C.ad leg.Iul.ambi.l.j.Ratio est, ne si promoti rempublicam tenerent perpetuò occupatam, asperè dominarentur,& ne habeant occasionem delinquendi.ff.de orig.iu.l.2.§.deinde cum ærarium.& in Auth.de defenso.ciui.§.fi.Ideò vult lex,ꝙ deponant officium,& rationẽ reddant,vt C.vt omnes tam ciui.quam crim.l.vna. vbi verò ciuitas,vel locus est sub dominio alicuius,hoc ei minus licet, sine consensu illius,cui subest.de exces.præla.cap.dilecto.de of.arch.c.ad hoc.ad finem.hæc locum habent in secularibus rectoribus,& administratoribus per electionem creandis.secus in aliis,qui succedunt hæreditario iure.s̃.eo.c.nouit.ver. vt illud.de voto.c.licet.¶Item secus in Imperatoribus,regibus,ducibus aliquibus,qui de antiqua, & approbata consuetudine perpetuò, idest quandiu vixerint, eliguntur: quibus tamen non succedunt hæredes.Exemplum ponit in duce Venetorum,& Imperatore.de ele. c.venerabilem.§. fi. ¶ Item secus in rectoribus ecclesiasticis,qui donec vixerint, eliguntur.de fide instru.c.perpetuus.& ita dicit Io.And.¶ Vltimò scias,quòd dñs Bart. secundùm illam potestatẽ eligendi rectorem,qui non recipitur, format illã quæstionẽ. Cõmune ciuitatis Perusij est in quasi possessione eligendi rectorem in ciuitate Spoleti. turbatur dictũ commune in dicta quasi possessione: an contra illos de Spoleto competat interdictũ vti possi.¶ Soluendo dicit,ꝙ illa turbatio põt contingere multis modis.primò rectorem electum per cõe Perusii non admittendo.secundò alium sibi eligẽdo. & ꝙ illud medium cõpetat cõitati Perusij in vtroque casu cõtra illos de Spoleto. vel contra electum ab eis,qui acceptauit.dic vt l. 1. §. huius autem interdicti.ff.vti pos.per Bar.vbi plenè de his.quæ bene faciunt ad prædicta.

ADDITIONES.

a ¶Certi castri.Castrum quid sit,& quas habeat defensiones, no.Gui.j.q.j.cap extra ecclesiam.Et an liceat castrum de nouo ædificare. dic, quòd non in limite Imperii,nisi fieret ad æmulationem alterius. uide plenè per Henric.Boic.in cap.Pisanis.de restitu.spolia. Et castrum concessum ab Imperatore,uel Ecclesia Romana uidetur concessum cum plenissima iurisdictione.ff.de of.præfe.ur.l.6.§.cum urbem.ut l.2.de limi li.11.uide Bal.in l.cum multa.C.de bo.quæ lib.

b ¶Talium feriarum.Causæ tamen spectantes ad uindemias, possunt talibus feriis tractari,ut no.Spe.in ti.de fer.§.2.ver item tempore.

c ¶In perpetuum Potestatem. No. quòd perpetuum dicitur multis modis,vt no.per Ioan.& Host.de rebus eccle.non alie.c.nulli. & per Gui.de rescri.c.fi.li.6.

De

De foro competenti.

SVMMAE.

1 *Forum neutri generis quid significet, quid forus masculini.* 2

DICTVM est s. de iudiciis in genere: verũ qa rei ad iudiciũ vocati sæpe cõtra iurisdictionẽ opponũt, & forũ declinant. Iõ corã qbus iudicia agitent, vt rei inuiti trahant, sub hac rub. præ ceteris. n. actor cõsiderare dẽt adire iudicem cõpetentem. nã licet post sñiam sit præclusa via omnibus exceptionibus opponendis: tñ exceptio incompetentis iudicis ab omni exclusione intelligitur reseruata, vt est gl. no. j. de sequest. poss. & fru. c. j. in cle. ¶Fo-
1 rus aũt multis modis sumitur. †nam qñq; est neutri generis, vt forum fori: & tunc accipitur pro territorio cuiuscunq; iudicis. j. qd põt ĩ facinorosos animaduertere, vt l. pupillus. §. terreri. ff. de ver. sig. vnde & tota diœcesis dr̃ territorium epi. 16. q. 7. c. oẽs basilicæ. extra quod impunẽ nõ paretur. de cõsti. c. 2. lib. 6. ¶† Qñq; est generis masculini, vt forus fori. & hoc sumitur multis modis. qñq; pro loco iudicii, vbi. s. redditur ius: & illo modo sumitur hic. & j. de ver. sig. c. forus. qñq; aliis modis, de quibus nihil ad propositũ. ¶Sed si vis, hoc videas in nouella. hr̃ de materia. 96. di. 3. q. 6. q. 3. & 4. & 11. q. 1. & 11. q. 5. per totum. repetitur in sexto. & cle. congruit rubricellæ de ver. sig. c. forus. e. ti. c. super quibusdam. §. fi. & ca. nouimus. & etiam li. 6. de priui. c. j. de sen. exc. c. si iudex laicus. & cle. pastoralis. de re iud.

SVMMAE.

1 *Clericus non põt conueniri coram alio: quàm coram suo epo.*
2 *Clericus põt de consensu sui epi coram alio litigare.*
3 *Pars utraq; debet consentire in delegatione causæ.*
4 *Clerici quia tenent ecclesias, quæ sunt tributariæ suis epis, nõ possunt coram aliis litigare sine eorum consensu.*
5 *Ordinarius põt prohibere, & intentare negatoriam, qñ aliquis cognoscit inter alterius subditos.*
6 *Consilium, & consensus epi si superuenit post sententiam latam à nõ suo iudice, an possit suus iudex iudicium, & iustitiam ratificare, tenet, quòd non.*

SI quis. Clericus coram suo epo conueniri debet. h. d. ¶No. j. qp qñq; inter clericos potest esse contentio: quia possunt proprium possidere: testari, & omnia facere, vt 12. q. 2. per totum. vnde cũ eis iura sua integra conseruentur, conseruatum ẽt intelligit̃ exercitium actionum, vt no. in l. si uictum. de re iud. ¶Secundò
1 not. † qp clericus non põt conueniri coram alio, q̃ coram suo epo. Quis autem dicatur suus eps, an originis, an domicilii, vel beneficii, vel contractus, siue delicti, vel rei, de qua agit̃, plenẽ. j. eo. c. fi. & c. postulasti. c. sanẽ. & c. dilecti. facit qđ no.
2 in cle. de foro compe. ¶Tertiò no. † qp de consilio sui epi põt clericus coram alio litigare, & quod dicit de cõsilio, supplet Io. An. ẽt de consensu, qp õn fuit expediens. quod consilium includit consensum: & prolatum à iure, importat necessitatem: vt sequi consiliũ necessariò teneatur clericus, iuxta materiam l. j. §. si plures. ff. de exer. & s. de arbi. c. cum olim.
3 ¶Quartò no. † qp in delegatione causæ debet cõsentire vtraque pars. quod intellige ad hunc finem, ne possit postea recusari: aliàs iudex partibus inuitis, põt cui visum fuerit, causas delegare, sm̃ Io. An. Spe. hoc reuocat in dubium in tit. de leg. §. j. ver. in casibus aũt. vbi tenet, qp non possit delegare, vtraque parte contradicente: altera tñ sic. aliter dicit eo. ti. §. sequtur. ver. sed nunquid. ¶Quintò no. † qp debet vtraq; pars cõsentire, cum cã aliis delegatur. quod est verum, dicit glo. qñ vtraq; pars est pñs in delegatione. & sic seruatur in curia. dicit gl. hoc etiam no. in c. cum R. de of. deleg. Idem quod hic, no. in l. obseruandum. ff. de iud. ¶Oppo. & vr̃, qp possit alius adiri, q̃ eps. 9. q. 3. c. cum simus. & c. Romana. de appel. lib. 6. So. verbum, prius, soluit contrarium. primò enim est episcopus adeundus, vt hic: eo negligente, vel iniustitiam faciente, recurritur ad superiorem, vt in contrario. ¶Vltra Doct. quæro, an istud c. habeat locum in laicis, vt prius laicus adeat suũ ordinarium, quàm habeat recursum ad alium. videtur, qp sic. vt j. eod. c. ex tenore. & c. ex transmissa. vbi dominus prohibet vasallum sub alio litigare. ¶Tu uerò post Bar. sic distingue. Quidam sunt iudices, quodammodo simplices administratores (vt rectores ciuitatum.) qui dantur ad tempus: & eorum consensus non requiritur; quia nõ reperitur lege cautum, vt l. j. §. & post operis. de ope. no. nun. Quidam sunt iudices perpetui: qui habent iurisdictionem magis appropriatam, vt sunt epi: & eorum consensus requiritur, vt in j. cap.
a ¶Et idem in quolibet dño tpali (puta duce: rege: Comite: & barone.) sine quorum consensu a subditi coram alio litigare non pñt, ut est gl. no. 10. col. de prohi. feu. ali. §. Imperialẽ. in fi. Sed vr̃, qp illa dñia inter rectores tpales, & perpetuos nõ sit bona. quia ẽt si non sit rector, saltem ciuitas hẽt perpetuã iurisdictionem, cuius vices gerit: vnde ciuitatis consensus vr̃ requirendus. dicit ergo, qp in regnis, & comitatibus, in quibus oẽs sunt vasalli. & feudatarii, non p̃t fieri prorogatio sine cõsensu dñi. secus vbi non essent vasalli: & prædia nõ essent tri-
4 butaria. † vnde cum clerici oẽs teneant ecclesias, q̃ sunt tributariæ suis epis: non possunt coram alio litigare sine eius cõsensu. Ita no. Bar. in d. §. & post operis. Et infert illa sua theorica, qp clerici non beneficiati possunt prorogare iurisdictionem non sui epi. quod an sit verum. cogita. ¶Tu in materia sic plenius distingue. Nã qñq; subditus vult litigare corã ordinario non suo vigore ordinariẽ iurisdictionis. qñq; vigore delegatæ. qñq; vigore prorogatæ iurisdictionis. qñq; vigore reconuentionis. & in quolibet dubitari põt: an possit ordinarius iudicem, qui vult cognoscere: & subditum ,phibere, ne
5 litiget coram tali. ¶Primo casu † cum quis cognoscit inter alterius subditos: absq; dubio ordinarius prohibere põt, & intentare negatoriam. & ita loquitur c. fi. s. de offi. arch. contra subditũ aũt meum, qui patitur isto casu in se iurisdictionem exerceri: an possim agere, no. Inn. in c. in literis. de rest. spol. & c. auditis. de præscri. & c. dilectis. de ap. ¶Secundo casu qñ vult cognoscere iudex, non suo vigore, sed delegatæ iurisdictionis. distingue, quia aut delegans potuisset iure ordinario de illa causa cognoscere. 9. q. 3. cap. cuncta per mundum. & tunc idem poterit delegatus eius: qui eius vice fungitur, vt c. studuisti. de of. lega. aut non potuisset delegans principaliter cognoscere: sed in factũ ordinarii (puta eius superior.) & tunc aut ordinarius erat negligens: & tunc per seipm possit supplere defectum inferioris: ita & alteri delegando. aliàs non posset, vt j. eo. c. ex transmissa. ¶Tertio casu principali quando vigore prorogationis: & dic, vt dixi supra post Bart. ¶Quarto casu cum per viam reconuentionis: & videt̃, quòd iudex possit cognoscere, prohibente ordinario reconuenti; quia ius fecit ipsum iudicem competentẽ, non hõ, in cã recõuentionis. vt C. de sen. l. cum Papi. & 3. q. 8. c. cuius in agendo. Et hac rõne idem dicendum in tacita prorogatione, quæ resultat in contractu clerici in aliena diœcesi celebrato. Nã poterat conueniri, ẽt inuito, vel non requisito suo epo, vt no. Inn. in c. dilecti. in gl. vr̃. licẽt ergo sponte litigare nõ possit: tñ ratione reconuentionis, & contractus poterit. quod est notandum. ¶Vltimò quæro. dicitur hic, qp de consilio sui epi p̃t
6 clericus litigare coram alio. † quid ergo si illud consilium, & consensus superuenerit post sñiam latam à non suo iudice: an possit suus iudex iudiciũ, & sñiam ratificare. videt̃, qp sic: sicut dominus possit habere ratum, quod gestum est à falso procuratore, vt l. licet. ff. de iudi. & l. 3. §. falsus. ff. rem ra. ha.

¶Con-

¶ Contrariũ teneas, et (qđ plus est) si iudex et suus nomine sui iudicis processisset. Nam ꝑ istam ratihabitionem nõ posset alienum negotium suum facere, ꝓ quo vide no. ꝑ Inn. s. de offi. dele. c. prudentiam. & Io. An. in reg. ratum. de reg. iur. lib. 6. contra tamen no. j. eo. c. significasti.

ADDITIO.

a ¶ Sine quorum cõsensu. Consensus quid sit, habes. 93. dist. c. si inimicus. & ibi Io. de Tur. crema. Et an potentia habeatur pro consensu, no. Ioã. & Guil. 23. q. 8. in summa.

SVMMAE.

1 *Iudex secularis si clericum per se distringit, vel condẽnat, excommunicari debet. Et an possit de consensu episcopi. 3.*

2 *Minores ecclesiæ quæ dicantur, & quo gaudeant priuilegio.*

4 *Casus, in quibus iudex secularis potest cognoscere inter clericos.*

5 *Clericus non sub nomine clericali: non incedens in habitu, & tonsura, exceptione incompetentiæ non opposita, litigauit coram iudice seculari. & cõdemnatus appellat: an talem sententiam possit dicere nullam.*

6 *Iudex, qui tulit sententiam, potest ipsam retractare.*

7 *Potestas an possit capi facere clericum deprehensum in crimine.*

1 NVllus. † Iudex secularis si clericum per se distringit, vel cõdemnat, excõicari debet. primò ponitur inhibitio. secundò cõtrafacientis punitio in ver. qđ si. &c. ¶ Primò no. regulã hu-
2 ius c. ꝙ nullus iudex potest clericos † condẽnare. Et per minorem ecclesiæ, intellige clericos primæ tonsuræ. a de quo s. ti. j. c. cum non ab homine. Item intelligo etiam clericum cõiugatum, non bigamum, si incedat in habitu, & tonsura. j. de cleri. coniug. c. j. lib. 6. ¶ Item intelligo omnes scholares seruitio ecclesiæ deputatos: qui eodem priuilegio gaudere debent, vt in gl. cui adde quod not. 89. di. c. iudicatum. 10. q. 1. c. 2. & in Spec. de compen. iudi. adi. §. j. versi. 27. Et quod not. Ioan. And. de offi. delega. c. significantibus. Omnes enim supradicti gaudent isto priuilegio. de deposito, siue degradato, dic vt s. ti. j. c. cum non ab homine. vt in Specu. de competen. iudi. adi. §. j. versi. sed contra videtur. Et quid iuris, si post motam litem veniat clericatus, an expirabit iudicium. dic vt s. de obli. ad ra. c. j. ¶ Secũdò not. ꝙ dicit tex. [absq; permissu.]
3 &c. † à contrario ergo sensu potest iudex laicus de permissu episcopi distringere, & condemnare clericos. ¶ Sed glos. super verb. condemnare. dicit, quòd hic vacat argumentum à contrario sensu. quia etiam de consensu episcopi nõ potest litigare coram iudice seculari: sed bene coram ecclesiastico. & j. eo. c. si diligenti. & c. postulasti. Capere verò potest clericos iudex secularis de consensu episcopi, vt in c. vt famæ. de
4 senten. excommu. & eo. tit. li. 6. c. si clericos. ¶ † In quibus tamen casibus potest iudex secularis cognoscere inter clericos. vt in causa reconuentionis. dicit glo. de hoc dic, vt s. de iudi. c. at si clerici. Item in causa feudali. j. cap. ceterum. Item quia inuocat episcopus brachiũ seculare, vt hic, & s. de offic. ordi. c. j. Item in aliis casibus, quos no. Host. in summa de senten. excommu. §. quis possit excommunicare. sub. §. sub illo autem canone. & Spec. in dicto titu. de cõpe. iudi. adi. in prin.
5 ¶ Quæro vltra Doc. de tali quæst. † clericus non sub nomine clericali, non incedens in habitu, & tonsura, exceptione incompetentię non opposita, litigauit coram iudice seculari, & condemnatus appellat: an talem sententiã possit dicere nullam. Reperio consultum, ꝙ sic: quia huic exceptioni non potest renunciare tacitè, vel expressè, vt j. eo. c. si diligenti. & c. significasti. & hoc tenet Spe. in titu. de cita. §. j. in fin. versi. sed pone. & Archi. 15. q. 4. c. placita. ad hoc facit, qđ no. Inno. de sen. excom. c. venerabili. ¶ Item illud factum. i. iudicium improbatur à iure, vt hic. & d. c. si diligenti. ergo cum non sit in potestate facientis, eius approbatio nedum tacita: sed expressa nihil operatur. de præben. c. dilecto. cum simi. ¶ Non ob. ꝙ in habitu non incedebat. quia propter hoc non perdit priuilegium clericale: nisi post trinam monitionem. de sentẽ. excõ. c. in audientia. & vide de illa quæstione. in c. scienti. de reg. iu. lib. 6. in mercur. ¶ Sed nũquid iudex appellationis possit de hac nullitate cognoscere, cum sit causa clerici, & cũ clerico. Consuluit ille, ꝙ sic. quia causa appellationis deuoluit
6 etiam nullitatem, vt c. dilecte. de appel. per Inno. ¶ † Item iudex, qui tulit sententiam, ipse met potest ipsam retractare, vt l. si vt proponis. C. quomodo, & quãdo iudex. idem ergo dẽt posse iudex appellationis, qui subrogatur loco iudicis à quo. iudicis enim appel. officium est confirmare, vel infirmare. & qui põt condẽnare, possit absoluere. 21. di. c. inferiore. ¶ Nõ ob. si dicat, non põt iudex appel. cognoscere; quia secularis: qa licèt iudex secularis non possit cognoscere de causis clericorum, vt hic. tñ poterit ꝓnunciare se non esse iudicẽ cõpetẽtem, vt no. in Auth. habita. C. ne filius ꝓ pa. Nam de qõne, ꝑ quam discutit, an quis sit iudex in cã, necne, cuius iurisdictio dicta de cã declinat, cognoscit. & licèt appareat ipsum non esse iudicem competente: tñ in illo articulo est censendus competens, & sententia valet, vt c. super literis. de re-
7 scrip. & eo. ti. c. j. in fi. in clemen. ¶ Vltimò quæro vtrùm † clericum deprehensum in crimine possit Potestas facere capi. Inno. in c. vt famæ. non firmat. gl. in c. cum non ab homine. s. ti. j. vr̃ sentire, ꝙ non possit sine prælatorum licentia. dñs Bal. tenet, ꝙ sic. nam si hoc permittitur cuicunq; priuato, vt l. si quis in seruitute. in fi. ff. de furtis. Multò magis ministro reipublicæ. de offi. pręfe. vig. l. j. §. si quis pro hoc. C. de male. & ma. l. fi. & hoc no. ipse in l. officiales. C. de epi. & cle. vbi etiam quid iuris in degradato. & de clericatu superueniente post capturam, vel crimen commissum.

ADDITIO.

a ¶ Primæ tonsuræ. Est enim tonsura ordo. de tẽp. or. c. nullus. per Gui. not. Host. in c. cum contingat. de æta. & qua.

SVMMAE.

1 *Forum quis sortitur ratione rei.*

2 *Episcopus ratione rei, de qua agitur, potest omittere proprium metropolitanum: & coram alio litigare.*

3 *Primas in causa suorum episcoporum, si non vult, vel non potest cognoscere per seipsum, debet dare iudices.*

4 *Actio realis principaliter concernit rem ipsam. quæ ratione dominij vendicatur.*

5 *Conueniri quis potest in domicilio. & vbi res sita est, ad voluntatem actoris.*

6 *Res, de qua contenditur, si non constat infra limites cuius prouinciæ sita sit: quis archiepiscopus erit iudex.*

1 SAne. † Ratione rei, de qua agitur, sortitur quis
2 forum. h. d. ¶ Primò no. † ꝙ episcopus ratione rei, de qua agit, põt omittere propriũ metropolitanum, & coram alio litigare. sponte verò vbi non rõne rei, vel contractus coram non suo archiepiscopo conuenitur. an possit coram tali episcopo sponte litigare: vel in episcopo vẽdicet sibi locum. c. pe. s. eo. & c. si diligenti. & c. significasti. j. e. vt s. sicut clerici non pñt deserere ꝓpriũ epm. Ita nõ pñt epi deserere archiepiscopum in casibus, in qbus hẽt iurisdictionem in eos: Illa enim iura loquuntur in clericis, ꝙ nõ pñt corã aliis litigare. Rõ tñ facit, ꝙ idẽ in epis, respectu suorũ ar-
3 chiepiscoporũ. non firmo. ¶ Scđò no. † ꝙ primas. i. archiepi-
a scopus a in cã eporum dẽt dare iudices. supple tu. si ipse non vult cognoscere per seipsum: vel est remotus à partibus vltra duas dietas. nã tunc dabit iudices propinquiores: nisi impediatur ex iusta cã. quia subditi suffraganeorum nolunt recipere. s. de offi. or. c. pastoralis. secũdùm Vin. ¶ Quæro an indistinctè sit hoc verũ, ꝙ rõne rei, de qua agitur, sortiatur qs forum. dic, ꝙ ad rem potest pluribus modis agi. quãdoq; agitur actione reali: quandoq; personali: quandoq; mista, siue in rem scripta: qñq; hypothecaria, quæ in rem est. ¶ Primo casu, qñ agit reali, loquitur iste tex. vt agi debeat coram iudice, in cuius territorio talis res sita est. vtrùm etiã corã iudice do-

micilij ipsius rei conuenti.dicā.j̃.¶Secundo casu,qū ad rem agitur actione personali,vbi agi possit coram iudice,vbi res sita est,tex.iste facit,ꝙ sic:dū dicit[vbi est locus, de quo contēdit.]&c.¶Contrarium credo, ꝙ actio pſonalis concernit pſonam,& non sequit̃ rem,vt l.j.§.si hæres.ff.ad Trebe.vnde locus pſonæ,contra quam agit̃, nō rei,dēt considerari.Et cōfirmat hoc; q̄a ad ipsam rem tradendam in actione pſonali non cogit̃ q̄s p̄cisē:sed liberat̃ præstando interesse iuris.not. ꝑ Doc.in l.stipulationes non diui.§.Celsus. do ver. ob.¶Itē ad hoc adduco,qđ no.Inn.in ca.pastoralis.j̃. de priui.vbi de interpositione decreti non inspicitur locus rei alienandæ:sed locus alienātis.¶Et si ꝑdium minoris alienatur, authorizat iudex loci,vbi est pupillus,non vbi est res sita, vt l.magis pu to.§.illud.de rebus eo.,ꝑ hoc facit in ratione sui. c. Romana. §.contrahentes.de foro competen.lib.6.vbi ratione contractus conuenitur quis in aliena diœcesi. & tunc propter eius contumaciam potest fieri missio in re,quam ibi possidet:ergo si ibi non contradixit ratione rei dummodo in obligationē deductæ,conueniri non posset.¶Sola namq; possessio nō constituit domicilium,siue forum, vt l.libertus.§. sola possessio.ff.ad munici.¶Sed dices, quare magis in reali,quàm per

4 sonali,respondeo quia † actio realis principaliter concernit rem ipsam,quæ ratione dominij vendicatur, vt d.§.si hæres. ¶Tertio casu,& quarto , quando agitur ratione mista in rē scripta,vel hypothecaria:idem videtur,quod in reali, vt not. Spec.in dicto titu.de competen.iudi.adi.§.j. ver.7. Et in ver. sequen. vide qualiter fiat citatio , cum iudex ratione rei , de qua agitur,cognoscit contra possessorem in sua dœcesi , non habentem domicilium,sed alibi.de quo dicā.j̃.titu.fi¶ Quæro.dicitur hic,ꝙ ratione rei, de qua agitur, sortitur quis forū

9 †ꝙ ex contractu mutui inito cũ prædecessore conuenitur successor in dignitate.qđ est verum,si seruata fuit debita solennitas in contractu.de qua p Inn.j.de fideiuss.c.qđ quibusdã. & per Cy.in Auth.hoc ius porrectum. de aliis verò contractibus,ꝗ̃ mutui:an successor teneat ad eorum obseruantiã. dic.vt j.ne præla.vi.suas.c.querelam.&c.¶Duodecimò not. ꝙ cã remittitur ad illum iudicem:qui grauauit,dum exactione partis admissa in negotio nõ ꝓcessit,vt dicit tex.¶Et hoc ideò est,quia errore iuris ductus partem offendit:& ignorauit.ergo ad ipsum fuit causa remittenda.simile.j. de excep. c.significauerunt.¶Regulariter verò non est cã remittenda ad iudicẽ à quo.j.de appe.c.accepta.Ita dicit no.Bar.†in quodã cõsilio, qđ incipit.clericus nõ sub noĩe.¶Venio ad opp. & primò opp.dr̃ hic,ꝙ rescriptũ fuit impetratũ contra.R.ꝓdecessorem istius.& sic sub noĩe ꝓprio,& vigore talis rescripti iste eius successor conuenit.¶Sed contra de c. significauit. s.de rescri.¶So.gl.illa remittit ad ibi no.hic tñ dicit, ꝙ ideò hoc transit;qa obligatio,sup qua rescriptũ fuit impetratum, cõcernebat ecclesiã. ergo similiter & rescriptũ tanq̃ accesso
10 riũ.ar.c.si sup grã.de offi.deleg.li.6.† Aduerte latius & ꝑmitte ad euidẽtiã.ꝗ̃ sit drĩa inter rescripta, priuilegia,& bñficia. in quibus quidẽ vertit sæpe qõ.an sint transmissibilia ad successorẽ:vel contra successores in dignitate,vel hæredes priuatorũ.& distingue sic.qñq; cõcedit priuilegiũ,vel aliqđ ius in certa re cõstituto in dignitate,vel non constituto: tũc vtrùm ista concessio sit realis, hoc est transmissibilis ad successorẽ in dignitate,vel hæredẽ.no.Dy.in c.priuilegiũ.de regu.iuris. lib.6.& Bar.in l.qa priuilegiũ.ff.solu.ma.vbi ẽt p Bar. vtrùm ẽt p mortem concedentis expiret talis gratia. reccurre ad c. si gratiosè.li.6.de rescri.facit qđ not.Bart.in l.centesimis. de verb.obli.¶Qñq; nõ conceditur priuilegium,sed; rescriptũ, per qđ cognitio causæ demandat. & tunc vtrùm transeat ad successorem,substinguo.nam qñq; quęrit,vtrùm transeat ad successorem iudicis:qñq; vtrùm ad successorem actoris, qui impetrauit:vel illũ,contra quem impetratio facta est. ¶Primo casu qñ q̃ritur,vtrùm transeat ad successorẽ iudicis impetrati.& distingue,vt legitur,& no.in c.qm̃.abbas.s. de officio delega.& c.fin.eo.ti.¶Secũdo casu cũ quærit,vtrùm trãseat ad successorem in dignitate, siue contra hæredem priuati,vel ad hæredes,siue successores impetrantis. & subdistingue.Nam aut res,super qua emanauit impetratio, non erat trãsmissibilis ad successores,vel hæredes:puta erat qõ de tit. beneficii,qđ non transit ad hæredes.8.q.j.c.apostolica.& tũc similiter non transibit rescriptum. qa extincto iure(de quo agit)expirat iudicium,nedũ extraordinarium: sed etiã ordinarium,vt l.post finitam.ff.de suspec.tuto.& l.si mulier. solu. matri.¶Et hoc tã ex parte actoris,ꝗ̃ rei.vt per exempla prosequere in reg.is,ꝗ in ius.de reg..iu.li.6.in mercu.¶Aut impetratio facta est super re transmissibili ad hæredem, vel successorem in dignitate.& tunc aut est facta mentio de succes-
b sore:vel hærede.& certum est,ꝙ extẽditur.3.q.j.c. in primis.
11 ¶†Sicut enim contractus:ita & rescripta b ex intentione cõcedentis legem accipiunt,& regulantur.c.super literis.de rescript.& l.j.§.si cõuenerit.ff.deposi.facit.s.de arbit.c. fi. & l. si interpellatur.& l.diem proferre. de arbi. Aut in rescripto non est habita mentio de hærede,vel successore. & tunc aut res non est integra:vel est integra.Primo casu aut non est integra per citationem tm̃:& perpetuatum est rescriptũ: sicut & quælibet iurisdictio hoc modo præuenitur,vt infra.c.ꝓposuisti.& c.significauit.de rescr.& ibi hæc tenet Bar.& no.Spec. tit.j.§.restat.ver.item mortuo.Bar.tñ Brix.contra dicit,cum ante litis contest.rescriptum non transiret ad hæredes.¶Secundo casu,qñ res non est integra per litis contest. & in hoc oẽs concordãt,ꝙ trãsit ad hæredem.¶Tertio casu, ꝙ qñ res est integra:subdistingue.quia aut is,de cuius herede,vel successore quærit,comprehẽdebat sub clausula gñali.aut noĩatus erat in rescripto.primo casu tenet Goffr. & cõiter oẽs,ꝙ successor conuenire non potest,nec conueniri. & sic intelligitur c.significauit.de rescrip.saluò qđ ibi no.Io. An. videlicet ꝙ prælatus ecclesiæ factus post impetrationem pôt ex casu conueniri.licèt ꝓdecessor fuerit citatus; cum conueniatur ecclesia.Secundo casu qñ noĩatus erat in rescripto: tũc aut fuit rescriptum impetratum pro,vel contra dignitatem: aut pro, vel contra personam.illo casu hæres,vel successor potest conueniri.& hoc tenet Inn.Host.Pet.& Abbas.licèt Host. contrarium notet in prælleg.c.significauit.& no. bene.Secundo casu quando pro,vel contra personam.& tunc aut quæritur de singulari successore:& ad istum non extenditur rescriptũ:nisi in casu Decreta.infra de aliena.iud.vel cum scienter succedit in vitium.de iudi.c.quia.V. de restit. spolia. c.j. secũdum Pet.vel cũ emanat secunda iussio,vt dicto.c.quia V. ¶Aut quærimus de successione vniuersali.& sup hoc fuit opi. Lau. Tancre.Philip.Vincen.& Goff.in dicto c.significauit. & Bar. in dicto c.qa V.dicunt rescriptum ad illũ non extendi.Dam. Compost.Egi.Pe.de Bel.per.contra.quorum opi.plus placet Io.An.quia cum ex rescripto delegationis non concedat ius aliqđ.sed tantummodo iudex.non resultat ex hoc aliquod ꝓiudicium,si hæredem respiciat.cum ius eius,vel aduersarii in hoc non pereat.facit de procurator.c.ex insinuatione.ad hoc allegatur l.2.C.quando lib.prin. da. Non obstat quod dicit, ꝙ rescripta non extendunt ad alios. quia illud fatetur Ioan. And.quò ad alios omnino extraneos:sed hæres, & successor dicitur eadem persona,fictione iuris,vt in Auth.de iureiurã. à mo.præsti.in princi.coll.5.Nõ ob.c. qm̃ abbas. quia inquãtum respicit iudicem datum: iurisdictio est ibi principalis.ꝗ̃ meritò expirat,iudice dato sub noĩe proprio,mortuo re integra.¶Sed inquantum rescriptum respicit personam partis. obligatio est censenda res principalis:rescriptum,vel iudicis datio accessorium.vnde respectu partium non est mirum,si cõtemplatione principalis durat accessorium. facit de offic. deleg.c.si super gratia. ¶Et aduertendum. qa supra dictum
12 est.† Rescriptum extendendum ad hæredem: vel successorẽ naturalem,est verum,si tempore dati rescripti viuebat is,cõtra quem datum fuit:aliàs secus:& sic loquitur.l.2.ff.ꝗ̃ sen.sine ap.re.¶Ita distinguit Io.An.in c.is qui in ius.Ad istud vltimum dictum adde,quod nota.in c.cum à te.de rescrip.quod c.loquit in casu,quo literæ diriguntur ad vnum: an includãt alium de aliis dispositionibus,quàm rescriptis: an transeant ad successorem disponentis: vel eius, in quem dispositio est collata. tangam infra. ¶Secundò.oppo. dicitur hic, quòd isti possunt conueniri,vbi promiserunt soluere, vel responde
13 re,priuilegio non obstan. ¶† Sed contra. quia clerici non possunt renunciare priuilegio fori. vt sup. cap. si diligenti. ¶Solu.gloss.2.sentit istud contrarium.& dicit, quòd istud c. loquitur de priuilegio speciali certæ nationi clericorum concesso(vt Anglicis.) secus est de priuilegio publico vtilitate, & auctoritate. de quo loquitur cap. si diligenti. huic non potest renunciari: sed isti sic.sicut aliis iuribus in fauorem alicuius introductis,vt feriis messium,vt cap. fin. de ferijs.& cõstitutioni ꝓhibenti, ne quis trahatur vltra duas die-

tas à sua diœcesi.de rescrip.c.nonnulli:de quo. ṡ.c.si diligenti.& l.penul.C.de pactis.vel dic, ꝙ hic non dicitur cõsentire in iudicẽ nõ suum. quia Papa est iudex ordinarius omniũ:& similiter delegatus eius,qui eius vice fungitur, vt l.& si ꝑtor ff.de officio eius,cui manda.est iurisdi.& argum̃.11.q.3.c.cũ cta.& c.per principalẽ Vel dic tertiò,ꝙ i aliũ iudicẽ clericus expresè consentire non potest,vt in contrario.& ĵ.c.proxi. ¶Sed tacitè,scilicet in alterius diœcesi cõtrahendo,põt. Itẽ si promittat ibi soluere,vel rñdere,vt hic. Itẽ dixi in cã recõ
14 uentionis.s.c.at si clerici.¶ Idẽ dico,† ꝙ sñia iudicis secularis põt mandari executioni cõtra clericu,qui pro laico fideiussit in iudicio seculari.vt dicã.ĵ.c.significasti.& collige etiã ex predicta differentia circa renunciationẽ priuilegio naturali,vel particulari.ꝙ exẽptæ personæ possunt prorogare iurisdictionẽ iudicis nõ sui,renũciãdo eorũ speciali priuilegio exẽptionis.qđ an verũ sit,arguit prò,& cõtra Io.An.¶Tertiò ex gl.opp.& vr̃,ꝙ ille,qui promisit rñdere certo loco, nõ possit ad hoc cogi præcipuè.sed locũ habeat pnia.ff. de iurisdi.oim.iudi.l.si cõuenerit.¶ So.dicit Ioã.An.ꝙ debet intelligi iste tex.de illo,q cõtraxit in loco, vbi rñdere ꝑmiserit. Si enim simpliciter rñdere ꝑmisisset in certo loco: habet locũ pnia,vt in l.cõtraria.¶ Sed obstat huic intellectui iste tex.dũ dicit [soluere,vel.rñdere.] & sic vr̃ sentire,ꝙ idẽ iuris sit promittendo soluere certo loco: vel rñdere in loco. sed exponit ipse,vel,ꝑ &.Vel dic,ꝙ stat propriè.& eo ipso,ꝙ rñdere promisit:vr̃ renũciare priuilegio.Vel põt dici,ꝙ nõ põt pœnitere:qã respectu delegati Papæ,(corã quo iste cõueniebatur,) istud pactũ põt dici de iurisdictione nõ declinãda,iuxta illa, q̃ dixi in dicto c.ĵ.s.de iudi.¶ Ego dico, ꝙ istæ sol.licèt possint sustineri: tamen faciũt violentiã literæ. nec hic aliquid dr̃,ꝙ cõtraxerit:sed ꝙ rñdere promisit. quæ promissio eundẽ effectũ produxit:sicut si soluere promisisset, vt hic.& probatur in l.eũ qui.cum sua gl.C.de procura.¶Quò ad forum igitur sunt paria,vel in loco cõtrahere simpliciter, vel ibi cõtrahere,& alibi facta fuerit ꝑmissio de soluẽdo, nisi fictione iuris, l.contraxisse.de actio.& obliga.quod est verũ quò ad forum:quantũ verò ad solemnitatem actus,qui geritur: vel quantùm ad intellectum,& intelligentiam verborum(quę esset ambigua)debet inspici locus, in quo verba contractus sunt facta,vt nota.Bar.in d.l.contraxisse.¶ Quartò oppo. & videtur in litera:ꝙ iste possit conueniri in istis duobus locis, nihil faciat ad factum.quia illa ratio habet locum,cum corã illius loci ordinario conuenietur ille,qui soluere,vel respondere promisit,¶Sed quæstio,de qua in tex. habet locũ,cum quæritur,an conueniri possit coram delegato Papæ.& de ipsius rescripto.¶Ad hoc autem nunquid iste eps se obligauit. So.dicit Io.And.ꝙ imò facit.qa ex quò in alterius territorio contrahit.non solùm videtur consentire, ꝙ ibi coram iudice ordinario conueniatur:sed ẽt corã iudice delegato.qđ est verum,secundùm eum.Iste enim,qui promittit soluere certo loco,intelligitur renunciasse priuilegio in oĩbus iudicibus,siue corã ordinario,siue corã delegato iudice conueniatur.¶ Et hanc regulam colligit Host. videlicet,ꝙ corã quocunq; ordinario(quocũque mõ de iure cõmuni) possit quis in loco aliquo cõueniri:eodẽ mõ & eod.casu poterit corã delegato Papæ conueniri. quia in nullo grauatur delegatus. ergo procedere poterit: sicut posset ordinarius: nisi forma rescripti aliter se haberet.quod est tenendũ menti.Nam per constitutio
c nes synodales & quandoq; aliter proceditur,quã de iure cõi. Illum ergo ordinẽ delegatus Papæ tenebitur obseruare, sm̃ prædicta.ad hoc facit c.cũ venisset.ĵ.de eo,qui mit.in possess. & qđ no.Inn.s̃.in rub.¶ Quintò opp.dr̃ hic, ꝙ non obstante dicta indulgentia,conueniri põt,vbi soluere, vel respondere promisit.¶ Sed sm̃ hoc vr̃,ꝙ illa indulgẽtia nihil prosit:quia sine ea vbi non promisisset soluere, vel respondere non potuisset ad respondendum cogi, s.extra locum domicilij, vel contractus.ĵ.eo.c.fi.& sic vr̃, ꝙ nihil operetur talis indulgentia,siue priuilegium contra.c.si Papa.de priuileg.lib.6.& l.j. C.de thesau.lib.10.& l.j.ad munic.¶ So.dicit Io.An. priuilegium non extenditur nisi ad casus.vbi per literas apostolicas scilicet specialiter,& nõ cõmuni iure cõtrahit forũ. quia vbi de iure cõmuni cõtrahit forum, non obest priuilegiũ, quo quis non possit extra Angliam cõueniri.¶ Tollit ergo, siue elidit dicta indulgentia ius singulare:nõ autem ius cõmune. quod difficilius tollit,vt l.eius militia.§. militia. de test.mil. ¶ Sicut em̃ expressa cõuentio derogat priuilegio.ĵ.de deci. c.ex multiplici.Ita tacita,quæ inducitur cõtrahendo.pro tanto alibi dicit, ꝙ si in gratia dicit[nullo priuilegio obstante.] per hæc verba nõ videtur sublata priuilegia in corpore iuris clausa,viduis,ecclesijs,& pupillis cõcessa. ad hoc vide quę d not.in Authen. qua in prouincia.C.vbi de crimi.agi oportet. & l.hæres absens.ff.de iudi. ¶ Ex qua l.collige exemplũ. dr̃ enim ibi, ꝙ hæres nullo priuilegio obstante, põt conueniri in loco, vbi poterat eius auctor.pone ergo,ꝙ clericus successit laico:an ergo poterit cõueniri ibi, & corã iudice laico.sicut poterat ille,cui successit.certè nõ.quia priuilegiũ quo ad forũ est in corpore iuris clausum.vt s̃.eo.c.si diligenti.¶Sed si clericus ille successor haberet priuilegiũ, quod nõ possit cõueniri:nisi corã suo conseruatore. nõ poterit dicto priuilegio se tueri:quominus cõueniatur in loco,in quo poterat defunctus,sub epõ tñ,vt dicta l.hæres absens. & ibi ꝑ Bar. priuilegiũ em̃ debet(quãtũ põt)trahi ad intellectũ iuris cõis, vt s̃. c.c.licet.& de rescrip.c.cãm. vñ si iste Anglicus haberet domiciliũ in Anglia,& in Frãcia(qđ põt esse.vt ff.ad muni.l.assumptio.§.fi.) nunquid(quia Anglicus est) nõ poterit conueniri ꝑ literas apostolicas in Francia?certè sic. priuilegio, de quo in textu,nõ obstan. sm̃ Inn. ¶ Sextò oppo. & vr̃. ꝙ illi episcopo nõ poterat ista indulgentia cõcedi.quia indulgentia cõcernebat Anglicos.& sic laicos nõ clericos. qđ est genus de per se.vt c.duo sunt genera. 12.q.1.hinc est,ꝙ interdicto clero,non vr̃ interdictus populus.nec ẽt econuerso. vt c.si sententia.de sentẽ.excõ.li.6.¶ Sol.magis latè sumitur nomẽ nationis,siue gentis, q populi:nõ em̃ clericatus tollit domiciliũ originis: sed bñ desinit esse de populo, q se Deo
15 dedicauit.vt d.ca.si sententia. ¶ † Natio ergo,siue origo(tanq̃ immutabilis)nõ tollitur per clericatũ: ne imagine naturæ veritas obumbretur,vt l.filio quẽ pater.ff.de libe.& posthu.Et prædicta procedunt,cũ priuilegiũ, vel cõstitutio loquitur de populo,vel natione. Quid si cõceditur ciuibus priuilegium: an cõprehendat clericos.credo,ꝙ sic,quia superueniens dignitas clericatus ñ facit desinere esse ciuẽ. sicut senatoria dignitas nõ mutat domicilium, sed addit,vt l.pe.ff.de senato. ¶ Idẽ dico,si dicatur in priuilegio [cõcedimus vniuersitati.] & sub noĩe vniuersitatis ẽt clerici includãtur.Ol.ꝙ sic cõsi., vbi vide.¶ Septimò oppo. & vr̃,ꝙ quis nõ possit cõueniri in loco,vbi soluere, vel rñdere promisit. quia impossibile erit eum citari extra illum locum.vt l.extra territorium.de iurisdi.omniũ iud. Cum ergo sine citatione non teneat iudiciũ, vt l.ea quæ. C. quõ, & quando iudex.& hoc casu impossibilis sit citatio(vt dixi) non tamen sequitur, ꝙ frustra dicatur, ꝙ possit ille, qui contraxit, vel soluere promisit. conueniri in illo loco.So.vt dicã.ĵ.eo.c.fi. in secunda opp. vbi quid iuris de ista citatione fienda extra territorium. ¶ Querit gl. dicitur in tex.ꝙ iste tenetur satisfacere moderatas expensas, & etiam damna.qualiter ista debent probari. Arguit primò glo.ꝙ per iuramentum illius,qui eas fecit,præmissa taxatione à iudice, vt C.de iudi.l.sancimus. cum alijs alleg. in gloss. ¶ Sed dicta iura loquũtur de expensis,& alijs, quæ contingunt,pendente iudicio: quæ veniunt officio iudicis mercenario,& probantur per iuramentum,vt dictis iuribus. Quædã sunt damna,& expensæ,quę habuerunt originem ante litem motam:& debent probari per testes, nisi cõtra dolosum: cõtra quẽ sufficit probatio ꝑ iuramentũ:postq cõstat de dolo, vt c.fi.qđ metus cã.In casu ergo huius c. si iste episcopus nõ

fuit

fuit in dolo.debent plenè probari istæ expensæ, vt dicit glo. quam bene no. & limita quod dicit de probatione p iuramē
c tum fienda.cum dolus, vel rapina deprehenditur interueniss se:habet locum,cum agitur contra ipsum dolosum. Si verò tertius ex alterius dolo conueniatur(vt uilla pro maleficio: vel deprædatione commissa in suo districtu.) & dicto casu,& similibus plenè probari dēt,vt no.in l.si qñ. C.vñ vi. & d.c.at si qñ.dicit tñ hic gl.ꝙ ad hoc, vt interesse proueniēs ex contractu non expediat ꝓbare p testes,dēt in contractu sem per exprimi certa cā summaria,vt ff.de pto.stip.l. fi. cōtrahētes aūt aliter in contractu cōueniunt,videlicet ꝙ de dānis, & interesse ꝓmittit stare simplici verbo cōtrahentis cū iuramēto:vt sic releuetur à ꝓbatione istius interesse p testes.Spe. in ti.de ꝓba.§.videndum.ver.sed qd.videtur dicere, ꝙ talis cōuentio nihil operatur.¶Idem Cy.in l.si quis in conscribēdo. C.de epi.& cleri. Nā inuitaret per hoc creditor, q iuraret, ad delinquendum. & sic valet,vt l. cōuenire.de pac. dot.Nō obst.l.iusiurandum ex conuentione.de iureiur.ubi pōt deferri iuramentum aduersario super debito.& est standum;quia loquit,qñ post debitum iuramentum defertur. ¶Sed quæstio nostra loquitur,quando defertur super debito nondum in esse producto.quod sola alterius contrahentis volūtate ꝓduci non potest,vt l.j.ff.de leg.2.& qđ leg. & not.ff. de verb. obli.l.si quis arbitratu. per Bart.¶Et huic opi.adde, qđ not. Cyn.in l.j.C.de sacrosanc.eccle.Bart.in dicta l.fi.de preto.stipula.dicit,ꝙ si promitto stare simplici dicto tuo: vel iuramēto tuo.ꝙ istud me non obliget.quin ego possim hoc reuocare,anteq̃ tu declares. Casus est.C.de iureiuran.vbi facta erat declaratio in iudicio,quæ habet vim stipulationis,vt ff.de fideiusso.mi.l.cum ostendimus.multò magis ergo potest reuocari,si hæc est facta extra iudicium,vt in casu quæstionis. ¶Sed postq̃ quis declarauit,dicit,ꝙ valet eius declaratio.tamen debet reduci ad arbitrium boni viri, vt l. si libertus. de oper.liberto.& l.penul.ff.de arbi.& l.si pro ea.C.de dotis ꝓmis.& quod ibi no.per gl.& Doct.¶Non obstat, quod dicit Cyn.ꝙ per hoc inuitantur homines ad delinquendum.quia arbitrium boni viri tollit contrarium.Non ob.si dicit,ꝙ quādo confertur in simplicem voluntatem,non habet locum arbitrium boni viri.quia semper intelligitur.dum tamen dolus absit, vt l.creditor.§.Lucius.ff.manda.¶Sed dolus præsume
16 retur,si plus arbitraretur:ergo &c.& hoc in cōtractibus.† In vltimis verò volūtatibus,si testator præcipit stari dicto talis, an valeat.dic,ꝙ sic,vt l. Theopompus.ff.de do.præle. & qđ dictum est in contractibus standum esse,vel non, dicto contrahentis.vtrùm habeat locū,si partes conueniant stare dicto, vel iuramēto tertii:puta Petri.dic,vt l.j.ff. quarū rerū act. nō dat.¶Secundò quæro.dicitur hic in tex.ꝙ successor in dignitate tenet rñdere coram delegato impetrato coram pdecessore. & sic durat delegatio. sed vtrùm duret procuratio. pone enim,ꝙ prædecessor noīe ecclesiæ constituit procuratorē in causa:vel ad negotia re integra,vel non integra.constituēs morit:an expiret officium procurationis?vř,ꝙ non. quia ecclesia non desinit prælato mortuo:sed semper durat. 11.q.2. c.liberti.ergo nec ꝓcurator.¶Item(vt hic apparet)nō expirat iudicis datio:q̃ concernit dignitatem,vt hic.ergo nec ꝓcuratoris cōstitutio.qa mādata ꝓcuratoris, & iurisdictionis sunt multū vicina,vt l.& qa.ff.de iuris.om. iudi.facit. c. si gratiosæ.de rescri.li.6.¶Itē constat,ꝙ p̄latus habuit potestatem
17 constituendi,vt s̄.de rescri.c.edoceri.†Nam prælatus in administratione pinguius ius hēt,q̃ alii administratores.qđ patet,qa ante lit.cōte.ꝓcuratorē cōstituit.sed non sic alii, vt c. cū cām.de iuram.calum.& l.neq; timore.C. de ꝓcura. & qđ no.Inn.in c.licèt Heli.de simo.Cum ergo omnia,q̃ gesta sunt nomine dignitatis,non expirent per obitum prelati,sed rata manent, ēt quæ post eius mortem veniunt expediēda. vt l.si tutelę.ff.de administra.tutorū.Et illā opinionem tenet Inno. scilicet ꝙ in iudiciis, ēt re integra,mortuo prælato constituente,durat officium procuratoris.& post litis contestationem videtur, quòd ista opi.Ioann.sine dubio vera sit.quia dicto casu procurator effectus est dominus litis.& per mortem domini non expirat eius mandatum,vt l.si defunctus.ff. de procurato. In procuratore autem ad negotia dicit, quòd durat in incæptis.Sed nō debet noua negotia inchoare.argu ff.de neg.gest.l.nam & seruus.§.si viuo.Et idem,qđ dictū est de procuratoribus constitutis à prælatis, dicit Inn.de procuratoribus constitutis à rectoribus ciuitatis,siue sint annales, siue perpetui.¶Alia est opi.Hosti.dicētis,quòd mortuo prælato etiam post litem contest.in causa per procuratorem, ipse procurator non procedet in causa, donec fuerit ecclesiæ de prælato prouisum.quia sede vacante nil debet innouari, vt infra ne se.va.c.fi.qđ c.loquitur lit.contest.cum tractet de receptione testium.¶Et licèt loquatur in prælato conuēto: multò fortius est hoc dicendum in prælato agente. quia si non licet defendere, quod est fauorabile,vt l.exigendum.C. de procurato.&.ff.eo.tit.l.seruum.§.publico.multò minus licet agere,vt dicto.§.publico.Gui.de hoc tractat in Spe. de ꝓcurato.§.2.& versi.sed nunquid procurator.& de syndi.§.1. ver.quid si aliqua. Archi.in c.1.de procurato.c.si duo.lib.6. latè disputat.& concordando dictas opi.dicit, quòd si talis procurator constitutus fuit super rebus spectantibus ad prælatum solum:habet locum opinio Hostien.ut sede uacāte nil dēat innouari. Si uerò spectat ad prælatū, & Capitulū: uel
18 solum Capitulum, sit uera opi.Inn.† Hodie habemus Decretalem, qua dicitur, quod expirat mandatum talis procuratoris per mortem prælati,etiam quò ad negotia iam incæpta,ut in clemen.fi.j̄.de procurato.quod est intelligendum, si constitutus erat in causis spectantibus ad prælatum tantùm: secus in causis,quæ spectarent ad Capitulum tñ: uel Capitulum,& prælatum secundū opi.Archi.q̃ uidetur probabilis, ut no.in d.cle.ubi dicit Pau.quòd qñ pertinet ad prælatum, expirat,siue solus,siue cum consensu Capituli,siue cum consilio talem constituat.ut sic hoc casu nomine prælati intelligatur ecclesia.7.q.1.c.sciæ.Si uerò Capitulum constituit auctoritate prælati,non expirat per obitum prælati,quia uiuit constituens,nec expedit uiuere præstantem auctoritatē.¶Similiter nō expirat,si cōstituat̄ ꝓcurator à p̄lato,& Capitulo simul i cā cōi.ne se.va.c.j.li.6.& de reg.c.fi.li.6.¶Sed q̃rit̄ ici
19 dēter,† q̃ ē rō, ꝙ iudicis datio cōtra p̄latū sub noīe dignitatis nō expirat ēt re itegra,& expirat mādatū ꝓcuratoris.dic primò,ꝙ delegatus hēt ptātem à lege,q̃ cōfirmat dictā delegationē, vt l.& qa.de iuris. oīm iud.& iō durat.ꝓcurator verò suscipit ptātē ab hoīe.q̃ p eius obitū expirat.hæc rō nō vř bona.qa mandatū ꝓcuratoris ēt sumit robur à lege. qa post litis cōtesta.nō pōt reuocari.& tñ iudicis datio reuocari posset,vt j̄.de ꝓcura.c.q̃ ūis.& ff.e.ti.l.post litē. cōūcta l.iudiciū soluit.de iudi. Quātu ergo ad potētiā hñt se vt excedētia, & excessa.vel pōt esse rō,sm̄ Zenze.in d.cle.fauor ecclesiæ.quia sede vacāte, &c.vel dic,ꝙ sede vacāte administratio deuoluitur ad Capitulū,qđ tenet ab aliqb.abstinere:vt à collationibus bñficiorū,ꝓsecutiōe litiū, & si.¶Si ergo administratori dato à iure sede vac. interdř exercitiū pdictorū iuriū.multò magis dēt interdici ꝓcuratoris datio à p̄lato: cuius administratio, & oē ius p eius obitū est finita.nā licèt talis ꝓcurator fuerit cōstitutus sub noīe dignitatis, q̃ nō morit̄, vt d.c. liberti.cū dignitas nō cōstituat eū.qa est res inanimata. Sed p̄latus mortuus ē:iō expirat.sicut eo suspēso ab administratione,suspēderet ēt ꝓcurationis officiū:sicut vicarii sui, vt c. Romana.de officio vica.li.6.¶Et infert illa rō, idē esse de ꝓcuratore cōstituto à rectore seculari ꝓuinciæ : vel ciuitatis. qa ius ecclesiasticū,& publicū pari passū ambulat,vt l. inter diuinū.C.de sacros.eccl.& l.j.ff.de iust.& iure.¶Alii alias rōnes reddūt,meo iudicio,multū debiles,vt apparet in d.cle.p
20 Pau.Lau.Zen.Stepha.& alios.Et iterum q̃rēs, †quare procurator constitutus à priuato potest litem prosequi,dño defun

cto, postq̃ fuerat litẽ cõtestatus. & non ita procurator constitutus à prælato ecclesię. Superior enim quæstio quærit de ratione differentię inter delegationẽ factã sub noĩe dignitatis, & procurationẽ factã dicto noĩe. Ista verò quærit, quæ est ratio, quare magis expirat lit. cõte. mandatũ procuratoris prælati morientis, q̃ alterius. ¶ Nõ reperio, ꝙ Doc. bonã differẽtiã assignent. & verè nisi emanasset illa cle. fi. oẽs cõiter rñderent, ꝙ non expiraret, prælato mortuo, post li. cõte. sm̃ Inno. licèt fortè nõ haberet exercitiũ vacãte sede, sm̃ Host. ego dico, ꝙ rõ drĩæ est: ꝙ mortuo priuato hæreditas repñtat psõnã defuncti, vt l. mortuo. ff. de fideiuss. vñ persona procuratoris habet subsistentiã in psona repñtata. ¶ Sed mortuo prælato, beneficiũ, siue ecclesia non sustinet, siue repñtat personã plati mortui, vel alterius. & iõ nullius psonã dr̃ gerere ꝓcurator iste: meritò expirat. & sic extincto principali, nõ duret accessoriũ, vt in reg. cũ principalis. melior vr̃ rõ. quia in iudicijs quasi cõtrahit. vt l. 3. §. idẽ scribit. ff. de pecu. q̃ quasi cõtractus regula tpis futuri p̃ mortẽ cõstituẽtis extinguitur. Vel põt dici, ꝙ aliud est in cõstitutione ꝓcuratoris, q̃ fit à vero dño. aliud de illa, q̃ fit ab administratore. prima eñ durat, eo mortuo post litẽ cõte. scd̃a nõ. ad hoc optimè. l. pupil. & l. p̃ epistolã. ff. de acqui. hær. p̃ Bar. p̃ quã l. dicit ipse, ꝙ cõpromissum factũ à plato morte eius extinguitur. de quo in Spec. de arbi. §. fi. ver. qd̃ si platus. Similiter si platus suscipit cõpromissum sub noĩe dignitatis: morte eius extinguitur. vnde sicut cõpromissum nõ transit ad hæredẽ, ff. ad arbi. l. dic proferre. §. 1. sic nõ trãsit ad successorẽ in dignitate. ad hoc qd̃ no. Inn. s̃. de offi. del. c. fi. ¶ Nõ ob. qd̃ dicimus de delegatione facta sub nõie dignitatis. q̃a illud verũ, qñ aliqua iurisdictio cõmittit. sed qõ nr̃a loquitur, qũ committitur aliqd̃

d exercitiũ: siue aliquis actus, vt cõpromissũ, d & similia. vt no. Inn. in c. fi. & Bar. in l. qui liberè. §. hæc verba. ff. de vul. & pu. Et prædicta locũ habẽt in tacita reuocatione, q̃ fit post mortẽ. ¶ De expressa autẽ dubitari põt, an solus platus reuocare possit procuratorẽ ab ipso, & Capitulo cõstitutũ. & econtra Capitulũ possit reuocare procuratorẽ à se cõstitutum cũ auct. plati. vel pupillus procuratorẽ cõstitutũ auct. tutoris: qd̃ põt vt l. neq;. C. de procu. vel vniuersitas cõstitutũ actorẽ cũ decreto superioris. an solus tutor in casu suo: vel sola vniuersitas reuocabit hũc ꝓcur. & acto. Innc. vr̃ tenere ꝙ sic. in c. ad hoc. quę hodie incipit. pñtiũ. de testi. li. 6. de quo plenè p̃ Bar. in l. actor. ff. rẽ ra. ha. & per Archi. 5. q. 3. c. tua. ¶ Tertiò principaliter quæro. dr̃ hic, ꝙ indulgẽtia fuit cõcessa oĩbus Anglicis. quæro vtrũ in ista indulgẽtia includãtur Anglici nõ habitantes in Anglia: vel forẽses nõ Anglici in Anglia habitantes. D. Bar. ponit similem quæstionẽ in l. prouinciales. de ver. sig. qñ s. ciui Lucano sunt concessæ repræsaliæ contra Florẽtinos. vtrùm per eas Florentini non habitantes Florentiæ, sed Lucæ, vel alibi (ita tamen reperti) poterunt cõueniri. Barto. dicit, ꝙ ille illo casu dr̃ Florentinus, seu de Florẽtia, qui ibi conuersatur, & moratur. & sic magis inspiciatur accidẽs, q̃ origo. ¶ Et in repræsalijs dicit Bar. verũ esse alia rõne videlicet quia cõcedũtur pp̃ delictũ populi. iõ debẽt intelligi cõcessæ cõtra Florentinos. s. pñtes. & adducit. ff. de magi. cõue. l. j. in prin. cũ sua gl. Et vide, qd̃ no. j̃. de rescri. c. statutũ. §. cũ verò. in gl. olim dicebamus. ad fi. vbi in dubio, cũ fit mẽtio de talibus talis diœcesis &c. semp debeamus ĩtelligere de diœcesi domicilij: non originis. ad qd̃ optimè d. l. ꝓuinciales. dicit enim sic. prouinciales eos accipere debemus, qui in prouincia domicilium habẽt: nõ eos, qui de ꝓuincia oriũdi sũt. Sic ergo ĩ casu huius. c. Anglicos accipere debemus, ar. d. l.

ADDITIONES.

a ¶ Dãna, & expensas. appellatione expensarum non veniunt dãna. Bal. in l. terminato. C. de fru. & li. exp. Alex. in l. fi. ff. de alie. iudi. mutan. causa fa. & l. 1. §. fi. ff. si. quis ius di. non ob. vbi omnino vide.

b ¶ Rescripta in quo differunt rescriptum, & beneficiũ, vide Bar. in l. beneficium. ff. de consti prin. in fi. ver. quæro quæ sit. & ibi oĩo vide do. Iaso.

c ¶ Constitutiones synodales. quæ possunt imponere penã executoribus testatorum Bald. in l. 1. ĩn vlti. q. C. de his quæ pœnæ no.

d ¶ Per iuramentum fienda. Probatio per iuramentum dicitur ficta probatio. Bal. in c. 1. §. conuenticulas. de pace iura. fir. ver. item iuramentum. & in rub. C. de ꝓba. de visa diffinitione No. intellectũ ad cle. fi. de procur.

SVMMAE.

1 *Clericus sine diœcesani licentia non potest se submittere iurisdictioni non sui iudicis. & nu. 5.*

2 *Promissio, quæ fit in iudicio, validior est, quã illa, q̃ fit extra iudiciũ.*

3 *Consensus priuatorũ nõ facit iudicem illũ, qui nulli pest iurisdictioni.*

4 *Prorogatio quid sit: & qualiter fiat.*

5 *Laicus cum mistura clericorum potest consentire in iudicem in causis spiritualibus: puta vsurarum, &c.*

9 *Clerici cum consensu episcopi possunt consentire in iudicem laicũ per modum delegationis: sed non per modum prorogationis.*

7 *Episcopus meus, me inuito non potest me submittere iurisdictioni ordinariæ alicuius ecclesiastici iudicis: licèt causam meam me inuito possit alteri delegare.*

8 *Subiectio non potest inuito subdito in alterum deriuari.*

6 *Exempti non possunt non sui iudicis iurisdictionem prorogare.*

10 *Clerici litigantes coram non suo iudice (ecclesiastico tamen) an cadãt à iure suo: sicut si litigarent coram iudice laico. tenet, quòd non.*

11 *Clericus litigans coram iudice non suo, si habuit sententiam cõtra, vel pro se: an suus episcopus possit talẽ sñiã ratã habere. tenet ꝙ non.*

12 *Sententia, quæ est nulla, potest valere saltem vt pactum.*

13 *Clericus si pro clerico, vel laico conuento fideiussit pro eo de iudicio sisti, & iudicato soluendo: nec iudex, quãdo de causa cognoscebat, erat iudex illius clerici fideiubentis: sed ordinarius fortè inter partes: vel aliàs eorum iudex: an sententia lata contra eum mereatur executionem contra istum clericũ. aliã pulchrã q̃õnẽ vide nu. 15.*

1 SIgnificasti. †Clericus sine diœcesani licẽtia non põt se submittere iurisdictioni nõ sui iudicis. cõis diuisio. secũda ibi [inquisitore] &c. ¶ Primò no. tex. cõiuncta subscriptione. quæ loquitur de abbate, ꝙ põt quis se subijcere iurisdictioni abbatis. qd̃ intelligit Host. qñ ille abbas habebat iurisdictionẽ de cõsuetudine. quasi velit Host. ꝙ aliter nõ posset abbatis iurisdictio prorogari. licèt eñ habeat iurisdictionẽ super monachos quò ad correctionẽ: tñ quò ad ex̃neas psonas, & de cã, quæ nõ cadit sub eadẽ specie, & qualitate iurisdictionis: non vr̃, ꝙ possit cognoscere per modũ prorogatæ iurisdictionis. quia prorogatio propriè cadit super simili specie illius iurisdictionis, q̃ prorogatur. & non quò ad aliã dissimilẽ, vt not. in l. 1. C. de iuris. om. iu. & hoc no. Cy. in l. testamẽta oĩa. C. de testa. ¶ Scd̃ò no. p̃ locũ à speciali. ꝙ si ille nõ fuisset clericus. qui promisit: cogeret stare eius iurisdictioni, cui se subiecit. ar. cõtra. l. si cõuenerit. de iurisd. oĩm iu. põt dici, ꝙ ibi loquitur, qñ promisit parti: vt tũc possit pœnitere ante litẽ cõtestatam. vt ibi. secus si iudici, & in iudicio. quia tunc ex illa ꝓ-

2 missione quasi contrahitur, vt l. 3. §. idẽ scribit. de pecu. † Validior est ergo promissio, quę fit in iudicio: q̃ illa, quæ fit extra iudiciũ. ad hoc. ff. de fideius. tut. l. cũ ostẽdimus. & qd̃ not.

3 Cy. in l. omniũ. C. de test. & no. hoc dictũ. ¶ Tertiò nota, † ꝙ consensus priuatorum nõ facit iudicẽ, qui nulli præest iurisdictioni. à cõtrario ergo sensu possit se subijcere illi, q̃ præest iurisdictioni. qd̃ est verũ, si præsit ordinariè. si ãt delegatæ: an prorogari possit. dic, vt s̃. de officio delegati. c. p. & g. & c. in causis. eodem ti. Ratio quare magis iurisdictio aliqua, q̃ nulla, prorogetur, est, quia in habentibus symbolũ facilior est trãsitus. vt l. sed cũ patrono. ff. de cõtrata. Subtilior est ratio.

4 † q̃a prorogatio psupponit aliud in esse cõsistere. Idẽ est eñ prorogatio, qd̃ extensio. ¶ Sed illud, qd̃ nihil est, nõ põt extẽdi. verũ dicimus ĩ simili, ꝙ institutio in re certa, vel parte (alio coherede nõ dato) trahitur ad totũ. sed exheredatio in parte nõ trahit ad totũ: q̃a exheredatio nihil põit: sed excludit, vt l. cũ quidam. de li. & posthu. vbi ista rationem subtilẽ assignat Bar.

Bar. ĩ illa materia.& ad hoc facit l.ſed ſi manẽtẽ.ff.ꝙ̄ pca.&c.
5 ¶Quartò no.†ꝙ clericus nõ pôt ſine cõſẽſu ſui epi cõſẽtire
in eccleſiaſticũ iudicẽ.& põdera,ꝙ dicit[ſui epi.]ſic.ſ.e.c.j.il
lo uerbo utit.ex quo colligo, ꝙ non ſufficit licentia alterius
prælati inferioris:qui etiam poſſet de illa cauſa cognoſcere,
qđ tenet hic Egi. ſecundùm Io.An.¶Ex quo arguo, ꝙ licèt
rõne contractus,vel rei, de qua agitur, poſsit quis conueniri
coram iudice:tamen ſi conuentus velit coram iudice eccle-
ſiaſtico litigare:non ſufficit conſenſus iudicis contractus, vel
alterius:ſed ſui epi.ſ.domicilij.quia ille ꝓprie dicit iudex ſu-
us,vt eſt glo.no.in clem.j.de foro cope.in glo.ſup verbo ſub-
ditos.¶Quintò not.ꝙ vt clerici ꝓrogare poſsint iuriſdictio
nem non ſui iudicis,octo exigit iſte textus. primò cõſenſum
ſui iudicis.ſecundò ꝙ in perſonam eccleſiaſticam.tertiò, ꝙ
nõ per metũ.quartò,ꝙ non per errorem.quintò,quòd alias
ſit iudex.ſextò, ꝙ ordinarius.ſeptimò, quòd re integra non
pœniteat. octauò, quòd ſit talis cauſa,quæ prorogationẽ re
cipiat.& hæc enumerat Io. And. ¶Primò oppo.& videtur,
quòd clericus poſsit,ſi velit,litigare coram iudice ſeculari.3.
q.6.c. nõ liceat.¶Secũdò oppo. & videtur,ꝙ clericus poſsit
ſe ſubijcere iuriſdictioni non ſui iudicis. Nam & Papa poteſt
ſe ſubmittere.2.q.5.c.mandaſtis. & c.auditis. & q.7.c.nos ſi
ĩcõpetenter.¶Item & laici ſe ſubmittere poſſunt, vt l.& eſt
receptum.ff.de iuriſdic.oĩm iudi.¶So.ſpeciale in Papa, qui
poteſt ſe ſubmittere.ratio ſpãlitatis, eſt nimia humilitas:vel
iure vrgens neceſsitas.quia ſuperiorem non habet,ar.c.licèt.
in fi.ſupra de elect.peccare eñ pôt, vt homo.& quò ad Deũ
ligatur, in tantũ,quòd durius ſibi iudicium reſpiciatur, ar.l.
rem nõ nouam.C.de iudi.& qđ no.Io.An.ſ.ti.j.c.cum veniſ-
ſent.¶Habet ergo neceſſe pœnitere:qui etiam ligatur ex mẽ
te cõſtitutionis. ad hoc,vt pœniteat, habebat neceſſe ſe ſubii
cere etiam ſimplici ſacerdoti,vt no.Io.An.& dixi.ſ.ti.j.c.no-
uit.§.cũ Valentinianus.de laicis qñ ſe ſubmittere poſsint, di
xi.ſ.eo.titu.j.circa quos in foro pœnitentiali, & in ſpũalibus
ſacramentis idẽ eſt, ſcilicet ꝙ non pñt ſe intromittere.vt.j.
de parochi.c.nullus.& de pæni.& re.c.oĩs. quò ad cauſas ſpi-
rituales vtrùm poſsint laici prorogare alterius iuriſdictionẽ,
6 & non ſine clericorum miſtura,vt.ſ. de arbi.c.contingit.
¶† Ex hoc à cõtrario ſenſu ſentit Io.An. ꝙ poſsit cũ miſtu
ra clericorum in iudicem non ſuum laicus conſentire in cau
ſis ſpiritualibus(puta vſurarum:matrimonij:& ſimili.)de qui
bus.ſ.eo.c.cum ſit gñrale.Nam iſta prohibitio concernit cle
ricos propter fauorem ordinis clericalis,vt.ſ.eo.c.ſi diligẽti.
Non ergo eam extendam ad clericos inter ſe: & pro ſuo in-
tereſſe contendentes in cauſis ſpiritualibus.qđ eſt mẽti tenẽ
dum.¶Tertiò op.dicitur hic,quòd clerici(etiam de conſen-
ſu epi)non pñt conſentire in iudicem laicum.contra de.c.de-
7 cernimus.ſ.ti.j.¶† So.per modum delegationis pñt,vt ibi,ꝑ
modum prorogationis non pñt,vt hic.nam ſi per viam ꝓro-
gationis clericus in extraneum iudicem conſentiret:nõ poſ-
ſet redire cauſa ad ſuum iudicem, etiam per appellationem.
ſed cum cauſa delegat, poſſet ad eum dicto mõ.ſ.per appel-
lationem,redire,ſecũdùm Io.An.¶Ego addo aliam rõnem:
& dico,ꝙ delegatus fungitur vice delegantis.vt l.ſed & ꝑtor.
de offi.eius,cui mã.eſt iu.& pôt ad eius libitum reuocari, vt
l.iudicium ſoluit. de iud.Sed ille,qui cognoſcit ex iuriſdictio
ne prorogata, vtitur iure ſuo.& ſua,non alterius vice fungit.
& cenſetur eiuſdem ſpeciei illa iuriſdictio prorogata cũ pri-
ma,vt colligitur ex no.in c.1.&.2.ſ.de offi.deleg.in glo.ma-
8 gna.circa fi.per hoc dico verum eſſe, quod Hoſt.hic not. ſ.†
quò l epus meus,me inuito, non pôt me ſubmittere iuriſdi-
ctioni ordinariæ alicuius eccleſiaſtici iudicis.licèt cãm meã
inuito me poſsit alteri delegare.¶Eodem mõ arguit, quòd
eps nõ poſsit cogere ſubditũ ſuum recipere ordines ab alio,
quàm ab ipo.9.q.2.c.j.& de paroch.c.nullus.Aliter tamẽ ſer
uitur.de quo.ſ.de tẽp.or.c.quod ſedes.Tu dic vt.ſ.ꝙ pôt,il-
lum alteri epiſcopo delegando,& committendo illam ordi-

nationẽ:ita ꝙ eius vice fungatur,vt dicta l.&ſi pretor.& l.&
quia.de iuriſdi.omniũ iudi.Sed non poteſt per modum ab-
dicationis:vt per talem ordinationem,eo inuito, illi ordina-
9 tioni efficiatur ſubditus.†quia ſubiectio nõ poteſt inuito ſub
dito in alterum deriuari,vt l.inuitus.de fideicõ.li.¶Quartò
oppo. & videtur, ꝙ epiſcopo inuito,poſsit quis cõſentire in
non ſuum epiſcopum,& litigare coram eo,vt ſup.c. proxim.
10 Solu.vt ibi dixi in ſecunda oppo.¶†Quid de exẽptis,an poſ-
ſint non ſui iudicis iuriſdictionem prorogare?Dic vt no.Ioã.
An.in c.ſcienti.de regu.iuris.lib.6.in mercur. vbi concludit,
ꝙ non poſsint ſine licentia Papæ,cui generatur præiudicium
ex tali prorogatione.dic vt ibi.¶Venio ad aliquas quæſtio-
11 nes.& primò quæro. † Vtrùm clerici litigantes coram non
ſuo iudice (tñ eccleſiaſtico) cadant à iure ſuo, ſicut ſi liti-
garent coram iudice laico,per c.ſi diligenti.glo.tenet hic, ꝙ
non cadant,& bene;qa conſtitutio pœnalis non debet exten
di.¶Item quia ſecundùm Io.An.ibi cum ſponte litigat corã
iudice laico offendit vniuerſum clerum. hic verò, cũ in iudi
cem eccleſiaſticum non ſuum,offendit ſpeciem tantùm.11.
q.j.c.placuit.j.de his,quæ fiunt à præla.c.cum apoſtolica.
12 ¶Secundò quærit glo.†ſi iſte clericus litigans coram iudice
non ſuo habuit ſententiam contra,vel pro ſe:an ſuus epiſco-
pus poſsit talem ſententiam habere ratam.glo.tenet, ꝙ poſ-
ſit in odium ipſius clerici,qui eum offendit,coram alio litigã
do.de hoc no.11.q.2.c.j.& j.de his,quæ fiunt à præla.c.cum
vos.3.q.6.c.hoc quippe.in gl. ſed qualiter.¶Glo.fundat ſe,
ꝙ teneat,tribus rationibus.Primò propter odium clerici ad
eũtis aliũ, q epiſcopum.Secundò propter iniuriam epiſcopo
propter hoc irrogatam.Tertiò quia quò ad eum habet vim
taciti pacti.vnde & ſi non vt ſententia,ſaltem valet vt pactũ.
vt dicit gl.Do.Io.de Lig.tenet contrarium. cuius opi.ſequor
in hoc,ꝙ ſuus epiſcopus non poſsit talem ſententiam habe-
re ratam. quia illa ratihabitio non poteſt trahere ad ſe ne-
gotium non ſuo nomine geſtum.nec etiam negotium,qđ nõ
ſpectat ad eum,vt dixi.ſ.eo.c.j.in vlt.qõne.in eo tñ,qđ gl.hic
ſubdit,ꝙ valet vt pactum:videtur bene dicere.quia qñ actus
deficit in materia,nõ in forma.ſi nõ valet,quod ago, vt ago:
valet,vt ualere poteſt,vt not.in l.ſi vnus.§.pe.ff.de pac.¶Sed
hic non eſt defectus formæ.quia iudicium habet ſua eſſentia
lia.ſed eſt defectus in materia.ſ.in clerico non valente ſe ſub
13 mittere iudici non ſuo.& no.bene hanc gl.†ꝙ ſententia,quæ
eſt nulla,poteſt ſaltẽ valere, vt pactum. pro qua videtur tex.
in l.2.C.communia vtri.iud.vbi ex ſententia nulla paratur in
tentio.qđ dic,vt ibi per Cyn.& hæc procedunt, cum lata eſt
ſententia contra clericum.quando verò pro clerico, non vi-
detur dubium,ꝙ non poſsit haberi rata per iudicem.quia cũ
debeat pati pœnam, litigando coram non ſuo iudice: non
debet præmium conſequi.vt l.relegatorum.§.fin. de interdi.
& rel.¶Tertiò vltra omnes quæro de no.q.uos ſcitis,ꝙ con
dẽnato reo principali, uidetur cõdemnatus fideiuſſor de iu-
dicio ſiſti,& iudicato ſoluendo:ita ꝙ contra eum poteſt fieri
executio ſine nouo proceſſu,ut not. j.de iniur.& dã. da.li.6.
ſecus in fideiuſſore contractus,ut ibi.& C.de uſuris rei iu.l.fi.
& in Spe.de ſen.ex.§.ſequitur.uer. ſed nunquid ſententia.
14 ¶Hoc premiſſo pone,†ꝙ clericus pro clerico, uel laico con
uento fideiuſsit pro eo de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo:
nec iudex,quando de cauſa cognoſcebat,erat iudex illius cle
rici fideiubẽtis:ſed ordinarius fortè inter partes: uel aliàs eo
rum iudex.quæro ergo,an ſententia contra eum lata mereat
executionem contra iſtum clericum, qui fideiuſsit: uidetur,
ꝙ non.quia expreſsè ſubijcere ſe illi non potuiſſet, ut in iſto.
c.ergo nec tacitè:ſed fideiubendo.¶In contrarium facit, qđ
no.Inn.ſ.c.proxi.vbi dicit,ꝙ tacitè poteſt in non ſuum iudi-
cem conſentire.ſ.contrahendo. ſed iſte fideiubendo contra-
xit,ut l.debitum.de condict.inde.& in iudicio quaſi contrahi
tur,ut l.3.§.idem ſcribit.ff.de pecu.¶Item prima cõdemna
tio uenit potius à iure,& iuris diſpoſitione: q ex diſpoſitione

iudicis,& in quandam consequentiam.per quam aliquando alias prohibita sunt permissa, vt l.j.& ibi not.de auc.tu.& qđ not.Cy.in l.ad cōmentarień.C.de custo.& exhi.reo.¶Cōtrarium no.Cy.in.l.1.ff.si quis in ius voc.non.ie. vbi subdit, qd si iste clericus intercessit coram iudice delegato à Papa:nunquid erit idoneus fideiussor?videtur, ꝙ sic.quia fide iubēdo contrahit,vt.ff.de iud.l.cū furiosus.§.fi.nec potest subire forum nō sui iudicis,vt hic.& iurisdictio delegata non potest ꝓrogari ad alias personas,vt.c.p.& g.de offic.deleg.Cōtrariū tenet ibi Host.videlicet, ꝙ possit, & teneat iudicium istius iudicis delegati.qđ probatur. quia Papa, cuius vices gerit, est ordinarius oīum.a 9.q.3.c.cuncta per mundum.& c.per principalem.Sicut Imperator inter laicos.in Auth.de man. prin.§.sit tibi.delegata ergo iurisdictio se extēdit ad illam causam, & concomitantias, vt plenè per Innocen. de officio deleg.c.p.& g.facit. ff.de dona.inter virum & vxo. l.si spōsus.§.si donatiōe. ¶Quartò quæro de quæstione facti.quidam comparuit cum testō coram iudice: & petijt, se mitti in possessionem bonorum ex edicto diui Adri.tol.facta proclamatione,si quis vellet se opponere. comparuit clericus coram isto iudice seculari.& se in contradictione opposuit.lite contesta.& factis probatis,lata est sñia, contra q̃ opponitur de nullitate; ex eō quia clericus non potuit tali modo litigare coram iudice seculari,vt in.c.1.& simi.¶Quęritur ergo quid iuris.& videtur,ꝙ nō valeat.quia clerico cōparente,debuit offerri libellus,& lis contesta.coram iudice competenti,vt l.fi.C.de edi.di. Adri.tol.vbi tex.hoc apertè innuit.& dicitur in vltima additiōe Accur.& omnes Doc. hoc tenent.contra istum ergo clericum, qui se opposuit,debuit offerri libellus corā iudice suo.quòd aūt iste clericus in quæstione proposita censeatur reus:quia apparet,ꝙ ipe comparuit ad defensam. Et ita consuluit quidā doctor contra istā decisionē, facit qđ no.Inno.in.c.cum dilectus de ordi.cog. in glo.supra in verbo excepto.circa fi.& c.cum ecclesia Sutrina de causa pos.& proprie.in glo. super verbo. postulabant.vbi not.ꝙ cum datur libellus contra in certam personam,sicut in quæstione nostra:vel cum petitur electio confirmari,contra quam multi se opponūt,vt no.in.c.super his. de accu.vel cum minor petit restitutionem aduersus aditionem hæreditatis,vbi sufficit citatio per generale proclama, vt in Auth. si omnes se ab hæreditate abstineat in omnibus enim dictis casibus dicit Inn.ꝙ ille,qui se opponit, non potest dici reus conuentus, quia voluntariè hoc facit. vnde quia in quæstione proposita iste clericus se opponens: non pōt propriè dici reus. quia inuitus non trahitur:sicut propriè trahuntur rei,vt l.inter stipulantem.§.si Stichum.de verbo. ob.imò magis accedunt isti,qui voluntariè se opponunt ad naturam actoris,quam rei.quia possunt repelli prætextu excōmunicationis,vt c.exhibita supra de iud.& qđ no.Inno. in c.cum inter priorem.de excep.præterea secundùm opi.ꝓdicti consultoris sequeretur absurdum,videlicet quòd plures se opponerent, qui essent diuersi fori, quorum vnicuiq; oporteret istum, qui petit missionem, dare nouum. libellum contra mentem iuris, & illius.l.fi.esset enim talis iudex quodammodo pica,& merus minister facti, si sup oppositis nō haberet potestatē cognoscendi.sed tm̃modo remittendi. & nunq̃ esset litium finis l.1.ff.qui.ex causis apud eundē.& l. si idē cum eodē.de iuris.oīum iudi.¶Saluādo tñ opi.præfati Doct.dic, ꝙ aut iste clericus,qui se opponit,nititur ex possessione,quia asserit se possidere.& est vera eius opi.aut non nititur ex possessione:sed ex paritate tituli(quia asserit dictā hæreditatē ad se ꝑtinere,& se potiorē esse)sit vera opi.mea, ꝑ rationes,& iura deducta superius &c.¶Quintò quæro,pone†ꝙ clericus vēdidit fundū laico,& tradidit.certū est,ꝙ ipse clericus tenet ēptorē defēdere, si molestet. & de euictione,si euincat,vt l.emptor.C.de euic. ¶Pone ergo, ꝙ laicus conuentus denuntiat dicto clerico venditori vt ipsum defendat.qui clericus comparet coram iudice laico,& dicit domine ad me spectat periculum huius rei.quia teneor de euictione volo iudicium in me suscipere:sed coram iudice meo, s. episcopo, non autem coram vobis.quæro an bene dicat, vel præcisè cogatur defendere coram iudice seculari.tex.videtur velle, ꝙ coram illo eodem iudice teneatur defendere. nec priuilegium suum debet sibi in aliquo prodesse,vt l.venditor.ff.de iudi.& C.vbi in rem actio l.1.Nam potest quis alium defendere:sed per eius interuentum non debet effici conditio aduersarij deterior, vt l.2.§.defendi.ff.qui.ex cau. in pos.ea.Et ita fecit Io.11.q.1.c.clerici nullus.potius enim dicitur acto.præstare,& alteri assistere, q̃ dicatur reus, vt sentit ibi Io.qd no.pro omnibus casibus,in quibus quis comparet ad aliquem defendendum. Nam ex eius persona forus non variatur.qđ est no.& adde ad ea,quæ dixi.s̄.c.si clericus laicum.&.c.cum sit generale.vbi tetigi.dum potest probabiliter dubitari,an quis compareat in iudicio,tanq̃ actor: an tanq̃ reus.ad hoc eñ tendunt istæ duæ vltimæ.q.facit etiā ad not.in.c.intelleximus.de iudi.¶Vltimò scias,ꝙ dominus Io.Cal.ponit hic distinctionē vtilem:& claram super illa materia,ita dicens,vt plena notitia habeatur.si aliquo casu clericus coram alio,q̃ coram suo proprio episcopo, & principali diœcesano, vel iudice valeat conueniri.sic videtur distinguendum.aut quæritur de iudice seculari.aut de ecclesiastico.si de seculari,dic,ꝙ regulariter non potest, etiam si consentiret.11.q.1.c.1.& 2.& c.in nostra.& c.placuit.nec in hoc valet pactum,vel iuramentum,sup.eodem.c.si diligenti.fallit in causibus,scilicet in causa feudali sup. cap. verum.&.s̄. tit.1.c.cæterum.Item in causa reconuentionis, vt notatur.s̄. c.c.2.& de iudi.c.si clerici.¶Item in bigamo.80.dist.c.quisquis.de big.cap.primo.lib.6.Item in clerico coniugato, qui non incedit in habitu, & tonsura de clerici coniu.capi.vno li.6.Item in eo,qui dimisit habitum,& tonsuram, qui tertiò monitus illam non reassumit de sen.excom.c.in audientia.& c.cōtingit.2.de his possunt intelligi.j̄.de aposta.c.1.& de priuile.c.ex parte.Item in eo,qui secularia negotia excertet:& tertiò monitus non desistit,si super bonis conueniatur.de vita.& ho.cle.c.fi.Item in clerico in minoribus promoto ad militā secularē ad hoc de cle.cōiuga.c.vltimo.Itē in eo, qui artem iaculatorū,seu bufonum per annum exercens.Idem si id exercens infra annum tertiò monitus non desistit.de vi.& ho.cle.c.vno.lib.6.Item in deposito,qui est incorrigibilis seruata forma Dec.cum non ab homine.s̄.titu.1.Item in actualiter degradato.j̄.de pœnis.c.2.li.6. Et generaliter vbicūq; est dare clericum priuatum ex quauis causa priuilegio clericali.¶Sūt etiam quidam casus,in quibus ecclesia contra clericos inuocat brachium seculare.not.24.q.5.c.princeps.qui propriè non faciunt ad propositum. ¶Si aūt quæritur de iudice ecclesiastico.tūc aut iudex, coram quo conuenitur, iuris dispositione,& sine nouo consensu est suus, licèt non ratione domicilij. Aut est penitus extraneus.¶Primò casu,aut clericus, qui conuenitur de iuris permissione, vel priuilegio potest eius iudicium declinare, si vult.aut hoc non potest.si est iudex,quem vel cuius iudicium potest prædictis modis declinare.(licèt alias sit suus iudex.)& planum est quòd ꝓcedit conuentio.Sed si declinat,& non renuntiat suo priuilegio,vtitur iuris beneficio:vt si non procedat iudicium.C.ne filius pro pa. Auten.habita.facit.j̄.eo.c.fi.in fi.de dila.c.vlt. ¶Si aūt renuntiauit suo priuilegio, etiam simpliciter permittendo coram eo etiam respondere:vel eius iudicium non declinare.tunc coram eo poterit conueniri.nec pœnitere potest, etiam ante litis contesta.cum hoc casu agat de iurisdictione iudicis non declinanda.ita intelligitur de iudi.c.1. ¶Illa enim causa coram synodo,& coram Papa trctari poterat.sic debet intelligi supra.c.proximo.quia ille episcopus corā Papa poterat conueniri.& per cōsequens corā eius delegato.nec priuilegiū cōcessum Anglicis sibi ꝓfuit.quia illi renun-

renunciauit.¶Si verò talem iudicem: vel iurisdictionem clericus declinare non potest (licèt non sit iudex ratione domicilii) tunc clarum est, ꝙ coram eo potest liberè cōueniri. puta, quia in illius territorio deliquit. 3.q.7.c.j.& 6.q.3.c.vlt.§.c.postulasti.de rap.c.fi.vel pone, ꝙ ī illo cōtraxerit. ĩ.tit.j.c. Romana.§.contrahentes.lib.6.vel ibi soluere promisit. quia per hoc ibi intelligitur contraxisse.supra c.proxi. ff. de verb. obl.l.qui Romæ.ff.de ac.& obli.l. contraxisse.vel ibi est res, super qua mouetur quæstio contra eum.§.eo.c.sane.ĩ.c. fin. Et hi casus procedūt etiam in exemptis.infra de priuilegiis. c.j.li.6.¶Si autem is, coram quo conuenitur, est tantùm extraneus: tunc si clericus non consentit in eum, planum est, ꝙ coram eo conueniri non potest.¶Idem si consentit, sed non sponte, sed per errorem, vel sine licentia diœcesani. vel his casibus, in quibus consensit, nō habet ordinariam iurisdictionē: licèt habeat delegatā. hæc ꝓbātur.ff.de iud.ī l.j.& 2.in prin. ff.de iuris.oium iudi.& l.si ꝑ errorē.de offi. deleg.c.p. & g.C. de iuris.oim iudi.l.priuatorum.aut consensit non sponte: sed per errorem de licentia proprii diœcesani. & is, in quem cōsensit, habet ordinariam iurisdictionem.& tunc (quia agitur de iurisdictione danda, vel proroganda) ante litis contest.poterit pœnitere.ff.de de iurisdi. omnium iudi.l. si conuenerit. sed non post.3.quæst.5.c.exceptis. ¶ Ista est eius distinctio satis plana.

ADDITIONES.

a ¶Ordinarius omnium an autem à Papa possit fieri appellatio ad aliquē aliam.vide Io.de Tur. crema.in c.cuncta per mundum. hic alleg.

b ¶Citare.Citationis appellatione quid veniat, vide Panor. in c. illud. de præscrip.& l.cum notissimi. de præscripti.30. annorum.

SVMMAE.

1 *Citatus ad causam, si postea mutat forum in causa illa, coram primo iudice cogitur respondere.*

2 *Casus huius Cap. multipliciter ponitur.*

3 *Iudex instante parte debet absentem citare.*

4 *Citatio debet esse legitima: vt per eam perpetuetur iurisdictio.*

5 *Clericus licèt non possit declinare forum sui iudicis: potest tamen se alibi transferendo in totum se eximere ab episcopi potestate, renūciando beneficio, vel domicilio.*

4 *Expensas necessarias factas in re,in qua facta est missio , potest missus in possessionem repetere.*

5 *Annus præfixus contumaci in actione reali: an vendicet sibi locum etiam in personali.*

6 *Ordo, vt primò mobilium: secundò immobilium fiat missio : an sit de substantia: ita vt eius peruersio vitiet executionem.*

7 *Creditor si ex forma conuentionis vult vendere pignora. an possit pro modico debito vendere rem maximi pretij.*

8 *Iudex à principio an debeat esse contentus vna pœna: an possit duas infligere.*

9 *Missus pro debito personali in possessionem est merus custos.*

Iudex

10 *Iudex poſt quantum tempus debet rem traditam ex primo decreto ex actione perſonali tradere creditori in ſolutum, ſiue ex ſecundo decreto.*

§ Si autem. Dictum eſt ſupra, quid fiendum contra contumacem lit. non cō
teſt. cum agitur reali. quia fit miſſio in re petita. hic verò loq
1 tur, cum agitur perſonali. ¶ Primò no. † ꝙ conuentus actio-
ne perſonali, ſi fuerit contumax, patitur miſſionem in poſſeſ
ſionem. & differt perſonalis actio à reali. quia in reali fit miſ
ſio in re petita, vt ſ. §. in aliis. In perſonali fit miſſio in aliis
bonis. vt in tex. patet. qđ intelligitur verum, cum petitur quā
titas, ſiue res incerta. Si verò ſpecies certa: credo idem, qđ in
reali, vt in ea fiat miſſio. qđ dicit Io. An. honeſtum. j. de eo, q
mit. in poſ. c. j. ¶ Secundò not. ꝙ ordo hic traditur ſecundùm
iſtam miſſionem: vt primò in mobilibus fiat miſſio. vide qđ
no. Io. And. in d. c. j. & Bar. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff.
2 de dā. infec. & l. à diuo Pio. §. fi. ff. de re iudi. ¶ Tertiò not. † ꝙ
iſta miſſio fieri debet pro modo debiti declarati. in Auth. ei
3 qui dicit pro menſura. & ibi dicit Accur. † ꝙ res debet plus
valere, q̃ ſi debitum: maximè quādo res, in qua facta eſt miſ-
ſio, exigit expenſas: vt equus, vel bos. & ſic ſeruatur, ſecūdùm
4 Io. An. † Expēſas enim factas ī re, qua facta eſt miſſio, poteſt
miſſus in poſſeſſionē repetere: ſiue ſit neceſſaria, ſecūdū oēs:
ſiue ſint vtiles, ſecundùm quoſdam. qđ dic, vt j. de eo, q mit.
in poſ. c. cum veniſſet. ad fi. & expone declarati in libello. ſe-
cundùm glo. ſupple. & etiam ſacramento actionis, ſecundùm
Cy. ¶ Quartò no. in ver. vel in contumacem. aliud remedium
contra contumacem, q̃ miſſionis in poſſeſſionem, ſcilicet cē
ſuræ eccleſiaſticæ. puta excommunicationis: ſuſpenſionis: vel
interdicti. j. de verbo. ſign. c. querenti. Iſtas autem pœnas nō
debet iudex ſimul infligere: ſed ſucceſſiuè: vt ſic creſcente cō
tumacia, creſcat pœna, vt c. cum non ab homine. ſ. de iudi.
& eſt in iudicis poteſtate, à qua pœna incipiat, vt hic. facit qđ
no. j. de vi. & hone. cle. c. à crapula. & l. ſi fugitiui. & l. qcūq;.
C. de ſer. fug. vide tamen ad idem, qđ dixi de creſcente cōtu
macia. qđ no. Bar. in l. nūq plura. de priua. delic. vbi de mul-
cta contra contumaces per iudices infligenda cum modera
tione, de qua in l. fi. de modo mulctarū. ¶ Quintò no. in ver.
5 qui veniens. &c. † ꝙ annus præfixus cōtumaci in actione rea
li vendicat ſibi locum, etiam in perſonali. qđ qualiter intelli-
gatur, glo. magna, & Doct. laborant, vt j. ſubdam. ¶ Oppo-
no dicitur hic, ꝙ à principio illa pœna eſt infligenda, q̃ ma-
gis timeatur. ſed contra. ſ. de offi. dele. ſanè. So. glo. quæ inci-
pit. illa enim, &c. tangit illud contrarium, & nō ſoluit. Io. An.
dicit, ꝙ ibi ſpeciale propter reuerentiam perſonarum. ¶ Sed
6 hic incidenter quæritur † vtrum iſte ordo, vt primò mobiliū,
ſecundò immobilium fiat miſſio, ſit de ſubſtantia: ita ꝙ eius
ꝑuerſio vitiet executionem. Io. dicit, ꝙ non valet. quia factū
eſt contra ſolitum ordinem iudiciorum. 2. q. 6. c. diffinitiua.
& l. prolatam. C. de ſen. Io. An. dicit, ꝙ tenet. quia tex. ille vide
tur dare optionē iudici, à qua pœna debeat inchoare. ¶ Itē
quia tex. loquitur alternatiuè: cuius alternatiuæ natura eſt, vt
ſit electio debentis præſtare; quia alternatiuæ ſunt præſtatio
nes, non ordinis, vt in reg. in alternatiuis. circa hoc tamen vi-
de, qđ no. Bar. in l. hęredes mei. ff. ad Treb. & hæc vera ſunt,
maximè in ordinario: qui poteſt pœnas cōmutare, vt not. de
pœnis. c. licèt. ¶ In delegato eſſet quæſtio. qui pœnam ſtatu-
tam à iure imponere debet. vt ſ. de offi. deleg. c. de cauſis. ſe-
cundùm Io. An. Bart. dicit, ꝙ iſta omiſſio ordinis non vitiat.
in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudi. vbi ſubiungit, ꝙ
inter ipſa mobilia eſt ordo. cum ſit venditio ex ſententia dif-
finitiua: vt pro paruo debito non vendatur res magni pretii,
ſiue valoris. pro quo dicto, cum quæritur de miſſione pp cō
tumaciam, eſt text. hic. Ipſe verò loquitur, cum ſit diſtractio
rerum, & bonorum, quæ captæ ſunt in cauſam iudicati. Sed
in iſto ordine æquiparatur miſſio, & venditio, vt hic, & ibi pa
7 tet. ¶ † Quid iuris autem, cum ex forma conuentionis cr edi-
tor vult vendere pignora: an poſſit pro modico debito v en-
dere rem maximi pretii: cum poſſit vendere viliorem. no. gl.
8 in l. q̃diu. C. de diſtra. pigno. ¶ Secundò oppo. dicitur hic, † ꝙ
iudex à principio debet vna pœna tantùm eſſe cōtentus, qua
ſi non poſſit ab initio duas infligere. Sed contra. 16. q. j. c. ſta
tuimus. ¶ Sol. glo. pe. non ſoluit. nec ego ſoluo. ſed remitto ad
plenè no. in l. nunquid plura. de priua. delic. & dixi. ſ. de for.
compe. c. conqueſtus. ¶ Tertiò oppo. dicitur hic in fine. ꝙ
diſtinctio, in qua ſupra proxi. §. in reali. compareat infra an-
num, vel non, eſt adhibenda etiam in perſonali. ¶ Sed contra
hoc opp. & videtur, ꝙ in perſonali poſt annum, & perpetuò
debeat audiri. quia miſſio in perſonali nō tribuit titu. in poſ
9 ſeſſione, vel proprietate. † Eſt enim miſſus pro debito perſo
nali merus cuſtos. & ideò nunq̃ præſcribit, vt in iuribus alle-
gatis in glo. fi. quę ſoluit iſtud contrarium tribus modis. Pri-
ma ſolu. eſt Io. ꝙ poſt annum miſſus non efficitur verus poſ
ſeſſor: ſed releuatur ab onore probandi debitum. qa contu-
macia annalis rei conuenti inducit præſumptionem debiti: ni
ſi ipſe probet indebitam eſſe pecuniā, quæ ab eo petitur. nec
mirum. quia alibi hoc contingit, vt l. cum in debito. ff. de pro
ba. & c. fi. de ſolutio. Iſta opinio nimis eſt rigida. Ideo non te
nenda, ſecundùm Io. An. hic in fin. & ſequeretur abſurdum.
quia ſi nunq̃ fuit debita pecunia: quæ petebatur, reus contu-
max veniens poſt annum non poſſit probare eam fore inde
bitam, niſi per confeſſionem. Addit ſimi. Io. An. qđ ipſe not.
de procura. in c. nonnulli. & c. ex parte. M. & de confeſ. c. j. li.
6. ¶ Soluit ergo gl. ſecūdo modo iſtud contrarium, ſecūdùm
Lau. qui fatetur contrarium, dicens, ꝙ ſup proprietate in poſ
ſeſſione reſeruatur omne ius paſſo miſſionem in actione per
ſonali: niſi ex ſecundo decreto ſit aſſignata res creditori: vel
diſtracta contra ipſum. tamen poteſt præſcribi iuri offerēdi,
qđ durat. 30. annis. ¶ Quid ſit hoc dictū de iſta præſcriptio-
ne iuris offerendi. dic vt no. Doc. in d. l. cum notiſſimi. alleg.
in glo. ¶ Tertio mō ſoluit gl. ibi [dicas, ꝙ debitor.] &c. Cuius
diſtinctionem vr̄ ſequi Hoſt. in ſumma. e. ti. §. ſi aūt perſona-
li. Io. An. diſtinguit ita. aut ſecundum decretū interuenit: aut
non. primo caſu aut fuit adiudicata vera poſſeſſio: aut adiu-
dicata res in ſolutum. Si fuerit adiudicata vera poſſeſſio: &
eſt vera opi. Tancre. Dam̄. & Goff. qui dixerunt, ꝙ cōtumax
miſſionem paſſus in perſonali, non recuperabit res poſt an-
num: ſed miſſus poſſidebit eas, tanq̃ pignus prætorium, do-
nec liqueat de debito: & habebit poſſeſſionis cōmodum, do
nec principale negotiū ſit finitū: ita ꝙ actor, ſi non ꝓbet de-
bitū, reſtituat rē, ſi ꝓbat: retinebit rē donec ſolutū ſit debitū,
ſm̄ Io. An. & ſi appareat de debito, retinebit illa res loco pi-
gnoris: donec de debito ſatisfaciat. Illa eſt opinio in effectu,
quę l. non probatur: ſed pro ea facit aliqualiter ille tex. ver.
veniens. quam opi. Ioan. An. confirmat, qn̄ iudex adiudicauit
ipſam poſſeſſionē. ¶ Secundò caſu qn̄ fuit adiudicata res in-
ſolutum: tunc etiam eſt præcluſa via reo, vt etiam dicit glo.
¶ Si verò nullum decretum ſecundò interuenit: tunc verum
putat, qđ dicit glo. ꝙ qn̄cunq; veniat cum ſatiſdatione, re-
cuperet poſſeſſionis commodum, per Auth. & qui iurat. vbi
dicit, ꝙ ſi rediit, non dicit quando &c. ¶ Quæro pro declara
10 tione proximæ diſtinctionis, primò † poſt quantum tempus
debet iudex rem traditam ex primo decreto in actione per
ſonali tradere creditori inſolutum, ſiue ex ſecundo decreto?
tenet Io. An. ꝙ Accur. refert plures opi. C. de bonis auc. iudi.
poſ. l. cum proponas. & ibi tenet Accur. & dicit Io. An. ꝙ cō-
muniter ſeruatur in foro ſeculari, ꝙ illud ſit arbitrarium. li-
cèt aliqui dixerint de anno, & alii de biēnio: alii de duobus
menſibus: alii de quatuor, vt ibi no. Innoc. infra de verbo. ſi-
gnifi. c. dilecto. & refert opi. ¶ Sed ſibi placet, quòd defe-
ratur vſq; ad annum, per iſtū tex. ibi tamen notabiliter ſub-
dit. vt hic refert Io. An. ꝙ ſi iudex mitius velit procedere con
tra contumacē, q̃ tradere res ex hoc ſecundo decreto: vel da
re in

re in solutum, siue distrahere, potest hoc facere: & decernere ꝙ missus in tãtùm possideat, & fructus suos faciat, donec aduersarius probet indebitum id, cuius causa facta est missio. vel si minus vult grauare absentem, reseruet onus probandi debitum missi ipse missus. quia si potest plus, scilicet facere adiudicationem; ergo & minus, sm̃ prædictos modos procedendo. ad hoc de reg. iuris. c. cui licet. lib. 6. & de hoc vide plenius in Specu. de secundo decreto. §. iuxta propositũ. in prin. vbi tenet Gui. annum expectandum, vt dixit Innoc. in d. c. dilecto. ¶ Vltimò quæro. data est actio, & sibi tradita ex primo decreto: datio postea insolutũ, vel aliter, est distincta: comparet postea contumax, & ostendit, ꝙ debitum, quod petebat actor, sibi soluerat: a an debeat audiri? videtur, ꝙ non. sicut nec audiretur post diffinitiuam sententiam. C. senten. rescin. non posse. l. peremptorias. Nam secundum decretum habet vim sententiæ diffinitiuæ. Contrarium credo, arg. eorum, quæ no. Inno. ĩ. de dila. c. 2. &c.

ADDITIO.

a ¶ Sibi soluerit. vide Bar. in l. Fulcinius. §. hoc edictum. in fin. ff. ex quib. cau. in pos. eatur.

De Iuramento calumniæ.

DICTVM est sup. vt lite non contest. verùm quia lit. contest. debet sequi iuramentum calumniæ. Ideo subijcitur hæc rubrica, quæ repetitur in 6. & congruit de fideicom. c. cõstitutus. & præstatur etiam in causis, in quibus proceditur sine figura iudicij. vt cle. sæpe. de verbo. signifi.

SVMMAE.

1 *Clericus in causa ecclesiæ suæ iuramentum calumniæ potest alij committere: & per se iurare non cogitur.*
2 *Maiores causæ sunt ad sedem apostolicam referendæ.*
3 *Varietas Doct. an excuset iudicem: si ferat sententiam secundùm aliquorum opinionem.*
4 *Iuramentum calumniæ præstari debet in quolibet exordio litis.*
5 *Et quid si ante præstetur. nu. 15.*
6 *Iura duo quando videntur sibi contrariari: lex, quæ loquitur magis generaliter: limitatur, & restringitur per aliam specialem.*
7 *Papa interpretatur leges, quando tractant de clericis.*
8 *Lex omnis aut est diuina, aut humana.*
9 *Constitutio canonica an dicatur ius canonicum.*
10 *Clerici cuiuscunque ordinis non debent compelli ad iurandum.*
11 *Clerici quare possint sine licentia episcopi magis iurare in contractibus, quàm in iudicijs.*
12 *Clerici non debent iurare in foro seculari sine licentia sui episcopi: & quid in foro ecclesiastico. & nu. 14.*
13 *Clericus si de licentia sui episcopi sit alterius procurator in alio iudicio: vel vbi de consensu sui episcopi causam suam prosequitur: an poterit ibi iurare.*
14 *Datio curatoris personæ inhabili non spectat ad iudicem, qui cognoscit de causa: sed ad proprium.*
15 *Forma iuramenti calumniæ quæ sit, remissiuè.*
16 *Iudeus, qui litigat cum Christiano, an iurabit de calumnia super euangelia, vel qualiter.*
17 *Iuramentum calumniæ extenditur ad totam causam.*
18 *Iurari an debeat de calumnia super exceptionibus dilatorijs, et alijs, quæ veniunt expedienda ante litis contestationem.*

1 INhærentes. † Clericus in causa ecclesię suę iuramentum calumniæ põt alij cõmittere: & per se iurare non cogitur. præmittit, ꝙ dubia terminare, spectat ad Papam. Secundò ponit dubitationẽ ꝓcedentẽ ex cõtrarietate duarũ ll. ibi [legibus.] Tertiò illud diffinit. ibi [vt ergo.] Quartò moderať, ibi [verũ.] Quintò cõminat, ibi [oĩbus aũt.] ¶ Legit iste tex. p saltus ab illo ver. vt ergo. ad fi. hoc tertiò. qa ibi [cuius verba hęc sunt.] facias vnũ a. & ibi [& diui Marci] vsque ibi [iudicetur] facias vnum b. deinde omisso ver. nam cum, &c. accipe ver. præterea statuimus. facias vnum. c. & lege vsque ibi [delegare.] deinde reassume ver. nam cũ Imperator. & ibi vnum d. & lege vsque ad dictum versi. præterea. deinde accipe versi. eius itaque. & ibi facias vnum e. vsque ibi [corroboramus.] deinde accipe ver. verum. & ibi facias vnum f. & lege. vsque in finem. ¶ Primò no. † ꝙ maiores causæ sunt referendæ ad sedem Apostolicam. 24. q. 1. c. quoties. Et in his recipiẽda est appellatio, cã non expressa. ĩ. de appel. c. vt debitus. in fin. Et inter grauiores causas enumerantur illæ, in quibus variant Doc. † quæ varietas excusat iudicem, si ferat sententiam secundùm aliquorum opi. licèt non veram. quod dic vt l. cum prolatis. ff. de re iudi. & quod no. Insti. de obliga. quæ ex quasi deli. in prin. ¶ Secundò no. regulam, quòd nullus clericus iurare debet. & quia hoc est dictum satis generale. ideo Host. intelligit de quolibet iuramento. ¶ Tertiò. no. † quòd. in quolibet exordio litis præstari debet calumniæ iuramentum. & quod dicatur exordium litis. dic vt s̃. de offi. deleg. c. super quæstionũ. §. nos autem. Host. exponit exordium, idest immediatè post lit. contesta. ĩ. c. cum causam. & est similis expositio. 75. dist. c. quod à patribus. facit quod no. in l. 1. ff. si quis ius di. non ob. & ibi de principio, medio, & fine iudicij. ¶ Quid autem in alio actu. puta dicit statutũ, quòd Potestas in principio sui officij teneatur facere aliqua: quousque dicetur principium, no. Bar. in l. 2. ff. de fur. ¶ Quartò no. † quòd quãdo duo iura vidẽtur sibi contrariari: lex, quę loquitur magis generaliter, limitatur, & restringitur per aliam specialẽ: quæ loquitur de certo genere personarum, in quibus specialis prouisio derogat generali, vt l. doli clausula. de verb. ob. & l. sanctio legum de pœnis. ¶ Similiter lex antiqua supplet nouam, si aliquid vltra cõtinet lex antiqua, quàm noua, vt l. sed & posteriores. & l. non est. ff. de legi. & quod no. in l. sciẽdum. qui satis. cog. & c. statutum. de rescri. li. 6. de canonico. 15. vel. 10. annorũ: an per illud c. poterit sibi causa delegari. & dicit, quòd non. ¶ Quintò not. † quòd Papa interpretatur leges. & hoc ideo, quia tractant de clericis. aliàs non videtur, quòd ad Papam, sed ad Imperatorem spectet legum interpretatio. vt l. leges sacratissimæ. & l. cum de nouo. C. de legi. & ff. e. tit. l. & ideo. Ratio est, quia eius est interpretari, cuius est cõdere iura. no. in c. cũ venissent. de iudi. ¶ Sextò no. in ver. præterea. † quòd omnis lex aut est diuina: aut humana. ad hoc. ĩ. de iureiuran. c. nimis. & de senten. excom. c. peruenit. C. de sacrosan. eccl. l. vt iurisdictio. † Vtrùm autem constitutio canonica appelletur ius diuinum. Host. quòd sic. vt s̃. de transla. c. 3. & cõprehenditur sub theologia lex. de testa. c. filius. Ioan. An. dicit, ꝙ quicquid dicat Hosti. negari non potest legem canonicam esse humanam, & positiuam: largo tamẽ sumpto vocabulo, ius canonicum, & ius ciuile dici possunt diuinitus promulgata, vt l. fi. C. de prescri. lon. temp. ¶ Septimò not. † quòd omnes clerici cuiuscunque ordinis non debent compelli ad iurãdũ. habent ergo beneficium clerici primæ tonsuræ. s̃. de æta. & quali. c. cum cõtingat. & non solùm seculares: sed etiam religiosi. quod patet hic, dum dicit [abbas aũt sanctimoniales.] ¶ Octauò no. quòd illud priuilegium habet locum non solùm in causis ciuilibus: sed etiam criminalibus. quod quidã intelligunt, criminali ciuiliter mota: vel alia tali, quæ per procuratorem tractari possit. s̃. de procur. c. tuæ. secundùm Inno. & per hoc, quòd ille tex. dicit [criminali] intelligit Pe. istum tex. quòd etiam clerici habeat in proprijs causis istud priuilegium, ne iurare cogantur. licèt litera innuat, quòd in causis ecclesiæ tantùm. sed certè ecclesia potest habere etiã causam criminalẽ, vt ĩ. de simo. c. dilectus. ¶ Oppono. istud c. videtur confirmare leges, quæ prohibent clericis iurare, in con-

consulto episcopo.¶Sed cõtra imò videtur, quòd clerici indistinctè iurent, vt ĩ. de purg. ca. per totum. & 2. q. 5. c. si legitimus. So. dicit Host. quòd si clericus iurat in iudicio tanquã testis. seruatur qđ hic dicitur. sed in contractibus hoc non seruat cõsuetudo, vt ĩ. de iureiu. c. quemadmodũ. c. querelã. & c.
10 ex rescripto.¶† Quare aũt magis in contractibus, q̃ in iudicijs, iurare possint sine licentia episcopi. quia in iudicijs incitatus quis ab aduersario sæpe falsum iuraret. & ideo sic cum maiori deliberatione, & tarditate: & ne secularib. iudicijs assuescant, in quibus non possunt aliquatenus conueniri. 11. q. 1. c. continua. & c. nullus. Sed in contractibus (vbi sola voluntate quis ducit) secus est. Sit ẽt ratio, sm̃ Host. ne impediatur vtilitas ecclesiarũ, quibus expedit, ne contrahere possint. ne
11 cler. vel mo. c. 1.¶† Alij dicũt, ꝙ illa Decr. & omnia iura, quę prohibent clericis iurare sine licentia epi, debeant intelligi in foro seculari. vbi siue sint rei, siue actores, non possunt iurare de calumnia. Nec ẽt tanq̃ testes sine eius licentia. 11. q. 1. c. testimoniũ. 22. q. vlt. c. fi. quod generaliter de clericis loquitur. Sed corã ecclesiastico iudice licet iurare sine auctoritate superioris. nam vbicunq; clericus est iudex ordinarius, vel delegatus: si iuratur corã eo, intelligitur eius auctoritate facere. & quilibet, q̃ iudicare põt, intelligit eius superior quò ad illam cãm, quã audit, ẽt ꝙ actor, qui de alterius iurisdic. est, ar. 21. di. c. inferior. sm̃ Inno. facit. c. fi. ĩ. de iudi. lib. 6. ¶ Vel dic sm̃ Host. ꝙ istud, qđ proximè dictum est, habet locum nõ solum, si clerici litigent coram iudice non suo in casu permisso: sed ẽt si litigent coram iudice seculari. puta agit clericus contra laicũ in seculari iudicio. vt s̃. de fo. cõp. c. si clericus laicũ. & c. cũ sit. ¶ Nam postq̃ clerico permittit corã certo iudice litigare: vr̃ sibi permissum oẽ id, sine quo cã expediri nõ posset, vt s̃. de offi. dele. c. pręterea. & l. 2. ff. de iurisdi. om. iu.¶Et
12 per hoc infert Host. † ꝙ si de licentia episcopi clericus sit alterius procurator in alio iudicio: vel vbi de consensu episcopi causam suam prosequitur, poterit ibi iurare. vt sic illi, cui committitur exercitium causæ, commissa videatur omnia, sine quibus causa expediri non põt, vt d. c. pręterea. & l. 2.¶In ista opi. videtur residere Io. An. quæ videtur multum contraria menti iuris cõis: quæ videtur circa clericos velle aliquid specialitatis inducere. vt non iurent, inconsulto prelato suo. quod verbum pondero contra ipsorum opi. nam suus prælatus dicitur ille, qui habet in ipsum clericum iurare volentem iurisdictionem ordinariam. non ille, cuius forum sortitur aliqua ratione: tunc enim nõ dicitur eius subditus. licèt eius sortiatur forum, vt no. Io. An. in cle. 1. de fo. cõpe. & ꝙ non obstante, ꝙ quæstio agitet corã alio iudice, debeat licentia proprij iudicis in iurando exigi, præstat ar. l. fi. §. sed & si quis. a
a C. de admi. tu.
13 † vbi datio curatoris personæ inhabili non spectat ad iudicẽ, qui cognoscit de causa: sed ad propriũ. gl. magna inducit istũ tex. ꝙ in causa criminali sit iurãdũ de calumnia. ad idẽ l. 1. C. eo. vbi dicit [in oĩbus causis] & c. q enim omne dicit, nihil excludit. C. manda. l. à procuratore. ¶Et istam opi. tenent Io. Bul. Hosti. & Azo. sed Mar. tenet cõtrarium tribus rationibus. Prima quia nihil videntur habere simile cũ alijs iudicijs. Insti. de pu. iudi. in prin. secunda quia satis est eũ puniri similitudine supplicij. C. de accusa. l. fi. tertia quia cuilibet permittitur effundere sanguinem suum. ff. de bo. eo. l. 1. ¶Sed istis rationibus respondet Accur. in d. l. 1. & sequitur opi. predictorum, & ẽt glo. hoc idẽ Vin. Tan. Gof. Phi. & Spe. eo. tit. §. sequitur. in prin. Host. dicit non esse tutum in foro ciuili à talibus exigi iuramentum. quia de facili quis pro salute corporis deieraret. In foro verò canonico, vbi dicta ratio
14 cessat, vbi non infligitur pœna sanguinis, secus est. ¶ † Ego idem sentio in foro ciuili. quòd pro salute corporis nõ debet reus, vel actor timens tallionem in causa calumniari in foro conscientiæ. imò si relaxatus est cum iuramento de redeundo: redire tenetur ad subeundam pœnam. vt dicit glo. in cle. pastoralis. de re iudica.¶ Quæro. dr̃ hic, ꝙ iuramentũ calumniæ debet præstari in primo litis exordio. i. statim post litem contest. quid ergo si præstatur ante lit. contest. vtrũ per hoc iudicium. erit nullum? Cy. dicit, quòd nõ in l. fi. in 6. q. C. eo.
15 tit. quod tenet. Spec. eo. titu. §. 1.¶ † Sed quid si ante? Nam si eius omissio non reddit iudicium nullum: ergo nec eius præpostera præstatio. ar. l. 1. C. de rei vxo. act. dicit tamen Cyn. quòd si fuerit omissum tẽpore debito debet præstari in qualibet parte litis ad petitionem iudicis, nõ partis. vt dic. vt no
16 ta. in c. 1. ĩ. eo. tit. libro. 6. vbi de hoc. ¶ Secũdo quæro. † quæ sit forma iuramenti calumniæ. glo. quæ incipit. iuramento calumniæ. ponit capitula, quę complectitur dictum iuramẽtũ. Spec. plenius ponit de iuramento calumniæ. §. nunc dicam.
17 in prin. & Cyn. tangit in d. l. fina. in 8. quęstione.¶ † Quid dices de Iudeo, qui litigat cum Christiano. nunquid iurabit de calumnia super euangelia? tenet Spec. quòd iudex debet eũ facere iurare secundùm legem suam. & ponit formam iuramenti Iudeorum in d. titu. §. restat. versi. sed pone. Et collige
18 ex hac glo. † quòd iuramentum calumniæ extendatur ad to
19 tam causam: & præstatur, vt dixi, post lit. contest. † Vtrùm ergo super excep. dilatoriis, & aliis, quæ veniunt expediendę ante lit. conte. iurabitur de calumnia? no. Spec. in d. titu. quòd sic. §. 1 ver. in casibus tamen. & Cy. in Aut. hoc iusiurandum. C. eo. tit. & est optima glo. ĩ. de testi. spo. c. literas. in glo. hoc est notabile, &c. aduertendum tamen, quòd licèt post iuramentum non debeat plus iurari; cum ad totam causam extendatur, vt dixi: tamẽ vbi iudex suspicatur de calumnia: potest in qualibet parte litis exigere iuramentum maliciæ, vt c. 1. ĩ. eo. lib. 6. Quicquid sit dictum, hoc Cy. deridet in dicta Aut. hoc sacramentum. ¶ Secũdò oppo. dicitur hic, ꝙ epus non iurat, Romano Pontifice inconsulto, cõtra de. c. fi. ĩ. eo. ¶ Solu. dicit glo. fi. ꝙ istud hodię non seruatur: quia per illud. c. fi. omnibus videtur data generalis licentia: vt possint iurare per seipsos, si volunt in iudicio litigare, vt ibi patet. ¶ Sed nunquid idem est: vt si nolunt per seipsos litigare: iurent sine licentia sui prælati? Io. An. super ver. expeditę. dicere videtur, ꝙ priuilegiati sunt epi in hoc: si nolunt per seipsos litigare, non requiratur alia licentia. Sed clerici inferiores hoc possunt cum causa (puta quia testimoniũ suum est necessarium in causa.) vñ cum agit prelatus per alium, põt esse testis in causa suæ ecclesiæ, vt ĩ. de testi. c. insup. & c. cũ nũtij. ¶ Remanet ergo priuilegiũ clericorũ quò ad hoc, vt cogantur iurare de calumnia, quando litigant per alium. quia expedit ita per alium litigare ecclesiæ suæ. quo casu tenet ipse, tanquam principalis deberet iurare, vt isto. c. in princi. tamen non iurabit, si per alium elegerit litigare cum causæ cognitione. & hæc ĩ causis ecclesię. ĩ proprijs siue per se, siue per aliũ litiget, videret cogẽdus. qđ tenere vr̃ hic gl. magna, &c.

ADDITIO.

a ¶ §. sed & si qs. vide. s̃. de iudi. c. fi. in octauo. no. vbi de intellectu illius. §.

SVMMAE.

1 *Iuramentum calumniæ non pręstatur super causis spiritualibus.*
2 *Ordo iuris non seruatur in causis spiritualibus, quando non agitur de ipsarum proprietate: sed de titulo.*
3 *Iudex non debet exigere illud, quod sacri canones non iniungunt.*
4 *Pars potest petere à iudice, vt alteram partem cogat iurare de calumnia.*
5 *Iurari an debeat in causis spiritualibus de ueritate dicenda.*
9 *Assertjo de credulitate ita prœiudicat, sicut de ueritate.*

LIteras. In spiritualibus causis de calumnia nõ iuratur. Primò ponit ius, & consuetudinem curiæ. Secũdò infert ex predictis processum cau
1 sæ.¶ Primò no. † ꝙ quædam sunt causæ spirituales: vt super ecclesiis, & decimis, & rebus alijs, in quibus iuramentum calumniæ non præstatur. Ratio est sm̃ Ioã. And. post Hostiẽ. quia præsumitur pro spiritualibus negotiis. remittit Hostiẽ. ad

ad summã. eo.tit.§. in quibus. ver. sed quæ est ratio.tex. dicit hic, ꝙ ratio est[quia tales causæ,] &c.¶ Et infert ista ratio, † ꝙ in causis spiritualibus non seruet ordo iuris. qđ est verum, cũ non agit de ipsarũ ꝓprietate: sed de titulo, vt not. in clemen.dispẽdiosam.de iudic. Infert ẽt ista ratio, ꝙ in causis summariis, in qbus ꝓcedit sine figura iudicij, non iuretur de calumnia: cuius cõtrariũ habet de ver.signi.clemen. sæpe. in fine rubricæ. ¶Scđò no.in ver.canones.† ꝙ illud, qđ sacri canones non iniũgunt: non debet iudex exigere. facit supra de translatio.c. inter corporalia. ¶Tertiò no.ꝙ qñdoq; partes inter se contendunt de iuramento calũniæ ꝓstando. † Põt ergo pars petere à iudice: vt alteram partem cogat iurare de calũnia. nam omissum in principio, debet ꝓstari in qualibet parte litis, vt dixi sup.c.ꝓximo; facit l.2.§.sed quia veremur. C.e.ti.¶Oppono contra istum tex.& vr̃, ꝙ magis sit præstandum iuramentum calumniæ in istis causis, q̃ in aliis.quia maius vert t periculum. Ideo cautius agendum.Sol.vt.in gl.magna.ibi[sed certè.] & hodie est decisum, ꝙ ẽt iuretur in istis causis. j.e.c.1.in fi.li.6.¶Quæro.text.iste loquit in causis spiritualibus.q̃d de mixtis, vel annexis spũalibus?gl.hic, sumpta occasione, enumerat plures generales. Nam quædã sunt spirituales: q̃dã ciuiles: quædã criminales, vt in gl.patet. quã no. & adde quod no.Cy.in d.l.fi.in 3.q.& plenius in Specu. de iura.calum.§.sequitur.per totum.§.&c.¶Scđò q̃rit gl.† Vtrùm in istis causis spũalibus iuret de veritate dicenda.gl.dicit, ꝙ sic.& sic sentit, ꝙ aliud sit iuramentum calumniæ: aliud veritatis.inter quæ quot sint differentiæ, Specu.plenè ponit in dicto ti.§.1.ver. differt aũt.in quo.§.ẽt prosequit de aliis iuramentis.de consuetudine aũt curiæ dicit Ioa. An.ꝙ quis iurat veritatem de eo, qđ scit, vel credit.& Spec.refert in d.§.1. ver. ego tñ vtrũq; &c.qđ vtrũq; exigere consueuit de credulitate, & veritate voluisse declarari. † Vtrùm assertio de credulitate ita præiudicet, sicut de veritate.Cy.quòd sic.in l.2.§.quod obseruari.in 9.q.C.de iura.calum.

S V M M Æ.

1 *Iurari potest de calumnia & per principales, & per œconomos, causam notam habentes.*
2 *Iuramentũ cui deferat, principali, an œconomo, est in iudicis arbitrio.*
3 *Principalis debet mittere procuratorem instructum, qui causam non ignoret.*
4 *Petens inducias ad dominum consulendum: an debeat audiri.*
5 *Oeconomus iurat in animam suam: similiter & syndicus.*
6 *Pro principalibus qui habeantur.*
7 *Tutor, & curator præstant iuramẽtum calumniæ pro minoribus. possunt tamen minores iurare, si melius sciant veritatem.*
8 *Minores in casibus, in quibus non possunt iurare de calumnia: an possint iurare de veritate dicenda.*
9 *Iuramentum calumniæ, & sñia sunt de solẽnitatibus iudiciorum.*
10 *Pater iurat de calumnia in causa filij.*
11 *Procurator an iuret de calumnia.*
12 *Successor tenetur iurare in causa, in qua auctor eius iurauit.*
13 *Dominus an possit constituere procuratorẽ ad iurandũ de calumnia.*
14 *Dominus si reuocat mandatum procuratoris, antequã iuret: an ex sequenti iuramento procuratoris dominus obligetur.*

1 IN pertractandis. † Iurari põt de calumnia, & per principales, & per œconomos, causam notam habentes. h.d.
2 ¶Primo no.† ꝙ iudicis arbitrio relinquitur: cui deferat iuramentum, a principali, an œconomo. sufficit igit, ꝙ iuret œconomus. non ita dicimus in ꝓcuratore: nisi ad hoc habeat speciale mandatum. de quo. j.e.c.fi.li.6.¶Scđò not.ꝙ in prædicta dilatione iudex debet considerare causæ qualitatẽ, & ꝑsonarum. causa.n.consideratur, vtrùm sit criminalis, an ciuilis: vtrùm vehemens, an vilis.2.q.8.c.ꝑscripta.s̃.de procu.c.tuæ. similiter in personis debet inspici legalitas: q̃ persona sit legalior, principalis, an œconomus, vt l.si actor malit.ff.de ꝓcur. & dixi sup.de iudic.c.pastoralis. Item debet inspicere, an sint religiosi, qui non iurant: vel seculares, qui iurant, vt.j.c.ꝓxi. vel episcopi, qui habent electionem iurandi, vel non.j.e. c.fi.
3 ¶Tertiò no.secundùm Ioan.An. † ꝙ debet principalis mittere procuratorem instructum: qui causam non ignoret.sed interrogatus de facili respondeat veritatem.j. de dolo, & contu.c.1.Ex quo sequitur, † ꝙ petens inducias ad dominum cõsulendum, non debet audiri. s̃. de procura.c.cum dilectus.vb de hoc. hoc etiã casu si interrogatus super causa dicat se nescire, vel velle consulere dominum, condemnabitur in expensis, secundùm Inno.nisi fortè sit articulus, qui de nouo emerserit: vel non possit domino imputari, si procuratorem nõ instruxit.arg.j.c.ceterùm.Et hoc vtrùm scilicet possit domino imputari, vel non, erit arbitrarium, secundùm Hostie. vide in Specu.de posi.§.sexto.ver.in summa. & vers.seq. ¶Tu dic, ꝙ quandoq; quis est citatus ad aliquid certum (puta vt compareat responsurus libello, vel positionibus.) tunc si mittat procuratorem nõ instructum (& ideo petat inducias ad dominũ cõsulendũ) tũc iudex potest absentem reputare cõtumacem: aut est citatus generaliter, vt veniat ad respondendum de iure tali: tunc sufficit mittere procuratorem generalem. Ita no. Bar.in l.prætor ait.q̃ est.2.ff.quib.ex cau.in pos. ea.¶Quar-
5 tò no.† quòd œconomus iurat in animam suam. similiter dicit glo.in sindico.quod intelligit Ioa.An. in generali.secus in speciali ad certam causam, vt no.Spec.eod.ti.§.restat.ver.sed quid dices.æquiparatur enim procuratori speciali: cuius iuramentum non sufficit, vt infra dicã. ¶Oppono. dicitur hic, quòd quandoque œconomi præstant istud iuramẽtũ calumniæ.Sed contra istud op.& videtur, quòd indistinctè principales personæ debeant hoc iuramentum præstare, vt supra eod.c.1.& Aut.principales.C.eod.titu.¶So.dic, quòd principales hoc debẽt præstare, vt in contrario. Item illi, qui loco principalium sunt habendi, vt hic. ¶Sed incidenter quæritur
6 hic.† Qui sunt illi, qui pro principalibus habẽtur.dico, quòd omnes, qui habẽt administrationem à lege, vt sunt tutores, curatores, actores, œconomi, sindici vniuersitatis, episcopi, archiepiscopi, parentes, orphanotrophi, & similes. vt not.Specu.de iura.calum.§ restat.in prin. ¶Sed contra istud op.& videtur, quòd isti administratores b non debeant iurare de calumnia.quia illud iuramentum præstatur ad veritatem inuestigandam, saltem pro confessis.sed istorum confessio (maximè tutorum, curatorum, & simi.) non nocet omnino, vt l.certum.§. si autem ipsos.ff.de confessis. Si ergo eorundem confessio nihil releuat: non videntur cogendi ad iurandum. quia sicut superuacua citatio non est præstanda, vt in l.stipulatio. §.diuus.vt lega.nomi.ca.Ita nec iuramentum (ex quo potest produci aliquis effectus) est in causa præstandum, vt cap.& si Christus.de iureiur.Sol. vt not. Cyn. in l.2.§. quod obserua-
7 ri.in prin.C.eod.titu.¶Conclude ergo, † quòd tutor, & curator præstant hoc iuramentum calumniæ: & nõ ipsi minores. possunt ẽt, si melius sciant veritatem, quàm ipsi tutor, vel curator.¶Nec obstat, quòd minores possunt agere cum auctoritate tutoris, & curatoris: quia tunc tutor, vel curator videretur agere, qui præstat agenti auctoritatem.C. de vete. iure enucle. minores ergo, q̃a hñt personã legitimã stãdi in iudicio, in eisdem casibus admitterentur ad iurandum, vt no.Accur.in d.§.quod obseruari.& ibi Cyn.in quarta, & quinta q̃stione.ad hoc quod legi.& nota.j.de restitu.spolia.c.ex par-
8 te.¶Secundò quæro.† In casibus, in quibus dixi regulariter hos minores non iurare de calumnia: an iurare debebunt de veritate dicenda.gloss. quòd sic.in §. quod obseruari. ¶Et ratio, quare magis præstant iuramentum veritatis, quàm ca-
9 lumniæ est. † quia iuramentum calumniæ, & sententia sunt de solemnitatibus iudiciorum. & minor non habet personam legitimam standi in iudicio: sed aliæ probationes non sunt de substantialibus iudiciorum. nam minor potest esse testis. & ideò de veritate potest iurare. & idem dicit Accursius ibi in monacho. quòd iurat de veritate. quod non pla-

placet Iaco. de Rauen. quia causa non est monachi, sed monasterij.ergo sindicus debet iurare,qui est loco monasterij.vt l.1.§.in propria.ff. qñ appel.sit. & quia nec alius ꝓ alio &c.vt l.si sine.§.alius.ff.de inter. actio.& ita not. Cyn. in d.§. qđ obseruari.in 7.q. & ibi in.3.q. quid iuris,cum vnus est tutor duorum pupillorum: quorum vnus agit contra alterum.
10 dic vt ibi.¶Tertiò quæro.† quid in patre: vtrùm in causis filiorum ipse iurabit de calumnia.vr̃,ꝙ sic.quia ipse habet administrationem à lege,vt C.de bonis mater.l.1.hinc est,ꝙ cōstituit procuratorem ante litem contesta.vt ibi no.Cyn.gl.in d.§.quod obseruari. distinguit. nam aut agit filius patris auctoritate:aut ipse pater.primo casu iurabit filius.secundò pater.Sed in primo casu Cy.reprobat gl.dicens,ꝙ ēt qñ agit filius de consensu patris,pater iurabit:quia pater debet in hoc facto reputari principalis,non filius,vt l.1.§.oīa. de vete.iure enuc. Ita ibi dicit in prima quęstione. & ibi quid iuris de or-
11 phanotrophis,& simili.vt in gl. ibi. ¶Quartò quæro. †vtrū procurator iuret de calumnia.glo.hic tenet,ꝙ non,vt in Aut. principales.C.eo.ti.Tu dic, ꝙ aut est procurator in rē suam. & tunc iurat; quia causa pōt dici sua propria, non cedentis. ff.qñ appel.sit.l.1.§.in propria.& l.qui stipendia.C.de procurato.Si verò est procurator simplex:tunc gl.tenet,ꝙ ipse non iuret,sed dñs.quia tex.dicit hoc expressè in l.2.§. si aūt affuerit.C.eo.Cy.ibi tenet,ꝙ ēt procurator simplex iuret, vt l.qui bona.§.pe.ff.de dam.infe.l.non solùm.in prin.ff.de procurato.Non obstat.§.si aūt affuerit.quia ibi non negat, ꝙ ꝓcurator non iuret. Sed dicit, ꝙ principales ꝑsonæ iurare debent. & in hoc solùm corrigit ius antiquum,scilicet ꝙ per iuramētum procuratoris dñs non releuet, quin iurare debeat. sed nō minus pp hoc procurator iurare cogitur, sicut prius,arg. l.quoties.de actio.& obliga.& hoc dicit Cy. æquius.postq̄ iura statuūt procuratorem debere interrogari, vt d.l.non solū.
12 & est casus in c.2.2.rñso.ĵ.e.li.6.Et ibi no. †qđ de successore: an teneatur iurare in causa, in qua auctor eius iurauit.tenet, ꝙ sic. quia non ligatur iuramento defuncti, vt l.generaliter. C.de iureiurando.&.ĵ.e.tit.c.veritatis.& qđ dixi.s̄.de procu. scilicet ꝙ iurare debeat. ¶Idem tenent quidam in procuratore in rem suam: vt licèt ipse iuret de calumnia, vt prædixi. tamen & dñs iurabit. Cy. ñ in hoc dixit distinguēdū,vt ipse notat in l.fi.C.de procura.& reassu.ꝑsi.s̄.de iudi.c. pastoralis.Cōclude igitur ibi procurator simpliciter,ꝙ iurare debet noīe proprio.nec per hoc releuatur dñs principalis:quin similiter teneatur iurare,vt d.§.si aūt affuerit.& Aut.principales. Quid aūt si dñs sit absens,& nescitur, vbi sit: vel scitur,ꝙ est in remotis partibus.no.ĵ.eo.c.ceterùm. ¶Quintò q̄ro iuxta
13 prædicta.†Vtrùm dñs possit cōstituere procuratorem ad iurandum de calumnia. Casus est hodie,ꝙ per procuratorem habentem ad hoc speciale mandatum pōt iurare de calumnia.¶Sed an debeat iurare in aīam suam:vel in aīam dñi. qa oīno requiritur speciale mandatum:vt obliget dñm, vt d.c.fi. Cy.in d.l.2.§.hoc ēt huic legi. dicit hoc esse inconueniens,& absurdū qđ dr̃ in c.1.quia vbi procurator iurat, concipit verba in persona sua.& iurat in cōscientia aliena,iurando in animā dñi:qui debet iurare de sua conscientia.ff.de ver. obl.l.stipulatio ista.in prin.vnde ꝙ procurator, vt ꝓcurator, iurat in aīam dñi, reputat hoc absurdum. ¶Sed posito, ꝙ iurare per alium possit,debet iurare, vt per nunciū,vel ministrum,concipiendo verba in personā dñi, vt.ff.de consti.pec.l. eum qui. ¶In his.n.quæ adeo sunt personalia: ꝙ de persona ꝓcuratoris non pñt transire in dñm:ꝓcurator repræsentat personam dñi directò:sicut nuncius.ff.ad Trebe.l.qui ita §.1.¶Et ideò si aliquis desponsat vxorem procuratorio noīe:nō est dubiū, ꝙ illa non est vxor ꝓcuratoris: sed mea directò vxor efficit sine aliqua cessione.vt c.fi.de procu. & ff.de spon.l. vltima.& vide ad hoc,qđ no.Bar.in l.possessio quoq;.de acqui.posse.& quod dixi.ĵ.de cog.spiritua.c.1.Idem Bar. istam materiā,scilicet vtrùm procurator possit iurare, plenè ꝓsequitur in d.l. q̄ bona.§.q̄ alieno.ff.de dam.infec. vbi examinat de isto iuramēto calūniæ. de iuramēto veritatis, & de iuramēto affectionis,& de forma iuramenti p̄standi ꝑ ꝓcuratorē vide.63.di.c.
14 tibi dño.& ibi qđ iuris, †si dñs reuocat mādatū ꝓcuratoris, anteq̄ iuret: an ex sequēti iuramēto ꝓcuratoris dño obliget. vide ēt qđ no.Spec.in ti.de iura.ca.§.restat.vers.ꝓcurator aūt x̄.iudiciū, &c. vbi dicit ꝙ ēt ꝓcurator cōstitutus ad petendū absolutionē ab excōicatione admittit̄ ad iurandum sine spāli mandato, ꝑ dictā l.q̄ bona,§.q̄ alieno.de dam.infe.licèt.n.iuramentum videat̄ esse de forma absolutionis,per.c.cū desideres.de sen. ex̄. tñ postq̄ ꝓcurator spāliter est constitutus ad illā petendā:vr̃ per consequens constitutus ad iurandū, sine quo absolutio non procedit.s̄.de offi.deleg.c.præterea.& de procu.l.ad legatum.& l.ad rem.

A D D I T I O N E.

a ¶Cui deferat̄ iuramētū.Iurare an sit licitū. vide Io.de Tur.ĩ c.ĩ c.qdam eps.22.q.1.& an sit licitū exigere iuramentū ab aliquo. eundē. in c. quis. ea.causa, & quæstione.

b ¶Administratores.vide Bar.in l.2.§.quod obseruari.de iura.calūniæ.C.

S V M M AE.

1 *Oeconomus in causis collegij iurat de calūnia: non singuli de collegio. & nu.4.*
2 *Collegiati non coguntur iurare de calumnia in causa collegij.*
3 *Iuramentum calumniæ non potest tacitè omitti.*
5 *Electio œconomi pertinet ad collegium,siue ad capitulum:& si neglexerit,deuoluitur ad superiorem.*
6 *Abbas licèt non cogat̄ iurare de calūnia:an cogat̄ iurare de veritate.*
7 *Iuramentum calumniæ si per œconomū præstitum est, nō videtur cogendus abbas iuramentum præstare.*
8 *Auctoritas superioris an requiratur in constitutione œconomi.*
9 *Decretū superioris an requiratur in cōstitutione sindici vniuersitatis.*
10 *Sindicus constitutus auctoritate superioris an possit per vniuersitatem reuocari.*
11 *Infamis in foro canonico non potest esse procurator.*

1 Imperatorum. † In causis collegij nō singuli de collegio: sed ipse œconomus iurat de calūnia.primò narrat factū reprehēsibile.Scdò ad id ꝓuidet.ibi[ad qđ.]Tertiò ꝓuidet,qd in po
2 sterū faciendū sit.ibi[sed ne.]¶Primò no.†ꝙ singuli de collegio non cogūt iurare de calūnia in causa collegij; qa singuli nō pñt dici principales.nec res collegij sunt singulorū. vt no. ĵ. de testi.c.cū nūcius.iurant ergo collegiati per sindicū:siue œconomum.similiter vniuersitas secularis,vt no.Cy.in l.2.§. sed qa veremur.C.eo.ti.in 1.q.& ibi in scda tangit de abbate, an ipse iuret de calūnia.& vr̃,ꝙ sic. quia æquiparat tutori in Aut.de eccl.ti.§.1.Sed tutor iurat.vt d.l.2.§.qđ obseruari.& hoc verū est, cum litiget per se ipm̄: si verò vult litigare per œconomū, non debet ad iurandū cōpelli, & hoc de speciali priuilegio clericorum,vt.s̄.c.1. ¶Scdò no.ꝙ dicit [si res po-
3 stulauerit.]&c.aliàs est si reus.& tunc no.†ꝙ iuramentū calumniæ pōt tacitè omitti.qđ dic vt.ĵ.eo. c.1.2.responso. li.6.&
4 d.§.sed qa veremur.¶Tertiò no.†ꝙ œconomi iurant de calūnia.similiter sindici,actores,tutores,parētes, orphanotrophi,& alij hñtes administrationē à lege,vel à iudiciali auctori.vt d.l.3.§.1.& 2.& C.de bo.ma.l.1.& de epi.& cle.l.orphanotrophos.& in spe.e.ti.§.restat.secundùm Io.An.¶Quartò no.ꝑ istū tex.q̄ dicit excipere.Gui.Nas. exponēs.i.rñ.colligit ar.ꝙ est sufficiēs ꝓcuratoriū illius, q̄ datus est ad agendū,cū excipere ponat ꝓ defendere. & ad hoc constitui debet.de ꝓ
5 cu.c.accedēs.& c.cōstitutis.¶Quintò no.†ꝙ electio œconomi ꝑtineat ad collegiū, siue ad Capitulū. ꝙ si hic neglexerit, deuoluit ipsius electio ad sup̄iorē. & ita pōt intelligi iste ver. tu verò.ar.s̄.de ele.c.ne ꝓ defectu.& 9.q.3.c.cū simus. ¶Oppono,& videt, ꝙ abbas debeat indistinctè iurare,de calumnia:qa sibi est cōmissa cura mona.& melius veritatem nouit. ¶So.vt in glo.parua.q̄ soluit. ꝙ aliud est in collegiis clericorū:aliud in collegiis secularibus. vel secūdùm Vin. aliud secūdùm leges: aliud secūdùm canones. ¶Sed hic incidēter q̄rit.
6 †licèt abbas nō cogatur iurare de calumnia: vtrùm sit cogendus

dus iurare de veritate, quidã, ꝙ sic. sicut dixi in minori adulto. s̄. e. c. in pertractandis. In contrarium facit. quia cã monasterij non est sua propria. & ideo aliud in adulto: cuius est cã propria, vt l. 1. §. in propria. ff. qñ appell. sit. satis. n. vr̄, ꝙ iuret œconomus à Capitulo, & abbate cōstitutus, vt ff. qđ cuisq; vniuersita. no. l. nulli. præterea abbas, cū œconomus litigat, pōt produci in testem in causa monasterij, vt c. insuper. j̄. de testi. absurdum esset ergo sentire, ꝙ ipse tanquam principalis cogatur iurare de veritate. quia sic fungeretur duplici officio, contra l. si plures. ff. de pac. cum simi. & in præalle. c. insuper. Specul. cuius est ista quæstio, determinat cōtrarium hic. e. ti. §. restat. versi. ꝙ si aliquid collegium. allegat. c. pñtium. de testib. lib. 6. Et licèt iurare debeat de veritate: non minus per hoc poterit esse testis, quando scilicet non duxisset causam p
7 seipsum. aliàs secus ¶ † Iuramētum aūt calum. si per œconomum præstitum est. nō videtur cogendus abbas præstare. sed bene cum iuramento cogetur respōdere positionibus. quod credit (vt dixit ibi Spec.) de qua materia plenius vide in prę-
8 dicto. c. præsentium. per Io. An. post Inno. ¶ Quæro. dr̄ hic, † ꝙ isti monachi debēt statuere œconomum. quæro, an in eius constitutione requiritur auctoritas superioris. glo. tenet hic, ꝙ sic. Io. An. post Inno. dicit, ꝙ licèt constitutum eps confirmet, per §. alle. in glo. tamen ēt sine eius confirmatione tenet ipsius constitutio. ff. quod cuiusq; vni. no. l. 1. & de sindic. c. 1. Pe. dicit, ꝙ licèt de iure confirmatio exigatur: tamen consuetudo non habet: nec curia seruat, ꝙ in inferioribus ecclesiis sit necessarius consensus episcopi in constitutione sindici. Hosti. distinguit inter causas communes, & discretas: secundùm
9 ea, quæ habentur. s̄. de rescri. ca. edoceri. ¶ † Quid in sindicis vniuersitatum. an in ipsorum constitutione requiratur decretum superioris? gl. in l. actor. ff. rem ra. ha. dicit, ꝙ non requiritur solēnitas. quasi dicat secundùm Bar. decretum superioris non exigitur: vel si exigitur, præsumitur intercessisse. & hanc opinio. scilicet ꝙ non requirat̄ decretum superioris: sed sufficiat decretum decurionum (hoc est ipsa ordinatio, & constitutio.) ꝓut tenet Guil. de Cuneo. per l. itē eorū. §. si decuriones. ff. quod cuiusq; vniuer. no. & §. actor. & ita loquitur ti. de decre. ab or. fa. ꝑterea dicit ipse. illa, quæ requiruntur ad cōstructionem actus, sufficiunt ad ipsius actus resolutionem, & destructionem. in Auten. de defens. ciui. §. si interim. & C. de nup. l. si vt proponis. ¶ Sed ego video, quòd in reuocatione actoris vniuersitatis sufficit decretum decurionum, vt dicta. l. item eorum. Non ob. l. 1. C. de ser. reip. ma. quia ibi loquit̄ in actu odioso. s. in alienatione rei propriæ: in qua requirit̄ decretum superioris, vt hic tenet Bar. in d. l. actor. allegat Inno. s̄. de procu. c. vlt. Io. An. hic, qui loquitur de œconomo, vt᷑ vi distis. & est vtilis ista inuestigatio; quia si superior esset excōmunicatus. vbi requireretur eius decretum: non posset sindicus constitui cum effectu. Spec. tamen consentit, ꝙ sine consensu superioris non teneat constitutio sindici, vt ipse not. in ti. de sindi. §. 1. ver. sed nunquid vniuersitas. & versi. item ꝙ nō
10 est constitutus. ¶ Sed iuxta prædicta quæro. pono, † ꝙ constitutus est sindicus, vel actor decreto sr̄ioris: vel pone in alia materia, ꝙ pupillus constituit procuratorem auctoritate tutoris: an tutor solus poterit reuocare, vel vniuersitas? videtur, ꝙ non, per rationem Gui. de qua. s̄. ar. l. si vt proponis. & §. si interim. præalle. Bar. tenet contrarium in d. l. actor. alle. Inn. in c. pñtium. de test. lib. 6. vbi abbas solus potest reuocare sindicum à se, & à Cap. cōstitutum. quia ēt ipse solus habet exercitium actionum, sicut tutor, vt l. si epistolam. ff. de acqu. hære. per quam l. dicit Dy. quòd sufficit solius tutoris reuocatio. ¶ In illa igitur potestate reuocandi cōsiderandum est: an ille, qui reuocat, habeat exercitium actionum. & possit solus reuocare. aliàs non, secundùm Bar. ibi, qui ēt quærit, si decretum requiritur, prout requiritur in quibusdam casibus: an ꝓsumatur intercessisse. gl. in d. l. quod si actor. pro qua vr̄ casus in c. ea noscit. de his, q̄ fi. à pla. vbi dr̄, ꝙ illud, qđ facit ꝓlatus, ꝓsumit̄ facere de consensu Capituli. ¶ In cōtrariū facit, q̄a illa est solēnitas extrinseca, q̄ non ꝓsumit̄, vt l. q̄cunq;. de publ. & no. in l. sciendū. de ver. obl. ꝑ Bar. q̄ circa istā q̄stionē dicit, ꝙ vniuersitas nō pōt coadunari, nisi de mandato superioris, vt l. 2. C. de dec. si igit̄, dicit ipse, apparet vniuersitatē esse coadunatā de mādato sr̄ioris: pōt dici, ꝙ ꝓsumat̄ decretū: imò ip̄m coadunare ad hoc ꝑmittere, est, & pōt dici decretū, ar. l. solēt. đ tute. ¶ Vltimò q̄ro post gl. qualis dēt ēe œconomus.
11 dicit gl. ꝙ fidelis, & bonæ vitę. † Infamis igit̄ nō vr̄, ꝙ possit esse ꝓcurator. qđ est verū in foro canonico: sed in foro secu-
a lari[a] pōt, vt no. in l. 1. §. hoc edicto. ff. de pos. & ibi rō, quare potest. Vin. tñ dicit, ꝙ licèt ꝓcuratorem ecclesiasticarum rerū repellat infamia, per iura alle. in gl. non tñ repellit procuratorem negotiorum gestorum. C. de preci. Impera. offe. l. vniuer. dummodo catholicus. C. de sum. tri. l. 1.

ADDITIO.

a ¶ In foro seculari: adde Insti. de excep. §. fi. Bar. in l. sed milites. §. si ignominia. de excu. tu. 3. q. 7. c. 1. & ibi glo. Bar. in l. 1. §. hoc edicto. de postu.

SVMMAE.

1 *Clerici iurant de calumnia in propriis causis, non obstante contraria consuetudine*
2 *Quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio.*
3 *Iuramentum calumniæ præstatur ad veritatem eliciendam.*
4 *Appellatio recusantis iurare de calumnia, non valet.*
5 *Iuramentum calumniæ non absorbetur contraria consuetudine.*

1 CEterum. † In propriis causis iurant clerici de calumnia: nec obstat cōtraria consuetudo. & ꝑmissa cā ponit mandatū, & contrariam consuetudinem damnat. &c. ¶ Primò no. ꝙ [no-
2 uis morbis.] &c. quasi dicat. † ꝙ q̄ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, vt l. de ætate. §. ex cā. de interr. ac. & de vēt. inspi. l. 1. ibi [nouis rebus nouum est consilium suggerendū.] hinc est, ꝙ secundùm varietatem temporū, variant̄ dispositiones (puta pacta, vltimæ voluntates, priuilegia, & iūdicia) vt patet. j̄. de iureiu. c. q̄madmodū. de deci. c. suggestū. ff. de solū. l. si cum Cornelius. de adi. le. l. 3. §. fin. de his, q̄ vt indig. & ff. de vul. & pup. l. ex facto. s̄. de offi. dele. c. insinuante. cum infinitis
3 similibus. ¶ Scđò no. † ꝙ iuramentum calūniæ ꝓstat̄ ad veritatem eliciendam. ex quo patet, ꝙ sub dicto iuramento includit̄ illud c. & si q̄reret̄. verū non inficiet̄: licèt q̄dā contra, secū
4 dùm Ab. ¶ Tertiò no. † ꝙ non admittit̄ appellatio recusantis iurare, hac de cā appellādo: q̄a si ad iurandū cogit̄. eo. n. ipso ꝙ appellat. q̄a cōpellit̄ iurare, appellat ab actu, ad q̄m de iure cogit̄. & sic appellatio est nulla. vt l. pe. & fin. de appe. reci. ¶ Nā à pęna, & ꝑceptis iuris non appellat̄. q̄a seruanda est, licèt dura. vt l. ꝓspexit. q. & à q. & l. si qua pęna. & de ver. sig. &
5 no. j̄. de acc. c. sup his. ¶ Quartò no. † ꝙ iuramētū calūnię nō absorbet contraria consuetudo: ꝓstat̄. n. vt timore iuramenti non efficiat̄ imemor salutis æternæ quò ad capitula, q̄ not. s̄. eo. c. 1. ¶ Itē pp vtilitatē publicam (vt vitet̄ periculū aīarum) nō valet contraria cōsuetudo. vt. s̄. de cōsue. c. fi. nec similiter valet pactū exꝓssum. tolli ergo non pōt consuetudine, q̄ est tacita ciuiū conuentio: q̄ non plus debet operari, q̄ conuentio exꝓssa, vt l. q ad certū. ff. lo. facit qđ no. C. de decu. in rubr. lib. 10. ¶ Et ꝑ illa concludendum vr̄, ꝙ consuetudo non abrogauerit l. rem non nouam. C. de iudi. in iuramento calūnię exhibendo aduocatis, secūdùm Ho. ad hoc tū oīno vide quod no. Io. Cal. j̄. de cle. coniu. c. Ioannes. & ꝑ Cy. in l. 2. C. q̄ sit lō. cōsue. ¶ Quærit gl. dr̄ hic, & s̄. c. 1. ꝙ principales ꝑsonæ dn̄t iurare de calūnia: nec possint iurare ꝑ aliū, nisi in casu. c. 1. s̄. e. ¶ Sed pone, ꝙ principalis est in remotis ꝑtibus, (puta vltra mare: vel in alia pegrinatione.) dicit gl. ꝙ. dabit bonis cura. & hoc verum, qñ ꝓcurator non habet speciale mandatū ad iurandū de calūnia; q̄a tunc pegrinatio dn̄i nō curaret̄, cū ꝓcurator dicto casu iurare possit, vt. j̄. eo. c. fi. li. 6. ¶ Itē hoc verū in casu, quo dn̄s esset multū remotus. aliàs dabit̄ dilatio procuratori: vt denunciet domino, vt. C. vbi in rem ac. l. 5. potest etiam committi tunc iudici, vbi degit. vt tale iuramentum reci-

recipiat expensis ipsius absentis.quod dic,vt in Spec.eo.titu. §.restat.vers. quid ergo fiet.& versi.fi. & illud,quod hic tenet gl.de dādo curatore bonis, quando ita dn̄s est absens.tenet, Cy.in §.sed qa veremur.C.eo.ti. ¶Talis enim curator censetur legitimus administrator.& iō iurare pōt, sicut alij,qui à lege,vel à iudice dantur,vt dixi.s̄. c.proxi.& c.in pertractandis.¶Idem Spec.in d.vers. quid ergo fiet.& ver.fi.& Bar.cōtradicit enim, ꝙ tutor testamentarius excludit datiuū,iuxta no.in l.si quis sub conditione.ff.de testa.tu. ¶Ita vbi est procurator constitutus à dn̄o: non est locus curatori dato à iudice. Et ideo tunc concludit, ꝙ talis procurator admitti debeat isto casu ad iurādum de calūnia sine speciali mandato. sicut dicimus,qū non est,qui cedat actiones, competunt vtiles ipso iure. vt C.de act.& obl.l.1.& no.ff. de dā.infe.l. dāni. §.fi. ¶Idē dicit in iuramento veritatis, & affectionis:vt possint talia iuramenta præstari per procuratorem, cum dominus non pōt haberi: vt sic talis procurator habeat vim curatoris dati bonis,secundùm eum.qui ita no. in l.qui bona.§.si alieno.ff.de dam.infec.facit l. si longius.ff.de iudi.de potestate aūt,& officio istius curatoris dandi bonis vide per Bart.in l.curatorem.ff.de cura.bo.da.

S V M M AE.

1 *Procurator ecclesiæ,& vniuersitatis potest de calumnia iurare.*
2 *Iudex delegatus si nō procedit in causa, Papa reuocat ad se negotiū.*
3 *Iudex delegans iurisdictionem delegati potest pro libito voluntatis reuocare.*
4 *Assertio,quam Papa facit in processu,probat.*
5 *Procurator priuati si habet spāle mandatum, iurat de calumnia.*
6 *Ius canonicum omnes administratores appellat procuratores.*
7 *Episcopi,& alij Prælati licèt domini non sint,per se constituunt procuratorem,& sine decreto superioris.*
8 *Pater quò ad bona filij ante litem contestatam potest procuratorem constituere.*
9 *Procurator,à quo petitur iuramentum calumniæ,si dubitet: an possit petere terminum ad deliberandum.*
10 *Excommunicatus si fuerit cōuentus in iudicio: an iurabit de calūnia.*

1 CVm causam. †Procurator ecclesiæ, & vniuersitatis de calumnia iurare potest. Et ponit ista Decre.ordinē processus in causis obseruandum vsq; ad iuramentum calūniæ.¶Primò nō.† ꝙ si iudex delegatus non procedit in cau-
2 sa, Papa reuocat ad se negotium.Idē si procederet.¶Nā†iudex delegans iurisdictionem delegati pōt pro libito volunta-
3 tis reuocare.& in hoc differt delegatus à ꝓcuratore; quia nō pōt à constituente sine causa reuocari post lit.conte. vt l.post litis.ff.de procu.&l. iudicium soluitur.ff. de iudi.vtrùm autē eo ipso, ꝙ Papa incipit cognoscere de aliqua cā,videatur ad se cām reuocare.dic,vt no.Io.An.post Inno.s̄.de consti.c.cū M.¶Secundò no.formam citationis Papæ,quę fuit,vt partes comparerent coram eo.& tn̄ miserunt procuratorem.& sufficit rō; quia non cogitur quis personaliter comparere, ēt si inferior à Papa ita citaret sine cā. In Papa secus.quod dic, vt no.in c.1.j̄.de iudi.li.6.&c.¶Tertiò no.ꝙ procuratores cōparuerunt cum instrumentis de rato.& sic fecerunt fidem ante oīa de mandato:aliàs non debuissent admitti,ēt cum cautione de rato.quod dic, vt plenè le.& not.in l.1.C.de procura.& ad iudicis officium hoc spectat curare, videlicet ꝙ iudicium fundetur cum personis legitimis, vt dixi.s̄.de iudi.c.cā q̄ vertitur.& quod no.in c.1.de elec.li.6.¶Quartò no.ordinem ꝓcedendi in causis,cuius peruersio non semp reddit iudicium nullum:sed qn̄q;,vt dixi.s̄.de iudic.c.exhibita.† vtrū
4 aūt ista assertio,quam hic Papa facit de ꝓcessu,probet, si aliter de eo nō apparet.dic,ꝙ sic in Papa. inferioris aūt assertio non probaret, nisi quatenus &c.vt l.qm̄ falsam. de proba. ¶Quintò no.ꝙ q̄dā interrogationes, & r̄nsiones ꝓcedūt lit. cōte.de quibus in gl.& plenius in Spe. de interrogationibus, q̄ fiunt in iudicio.§.1.in ver.sed nunquid.tangit,vtrū istæ interrogationes ꝓcedant ēt libellum.dicit ibi, ꝙ sic. & vide qđ no.Cy.in l.1.C.de cōfe.in 1.q.& l.1.de inter.act.¶Sextò no.
5 †ꝙ ꝓcurator iurat de calūnia. qō ita demū ꝓcedit in procuratore priuati,si habet spāle mandatum, vt.j̄.e. c.fi.li.6.¶In ꝓcuratore p̄lati siue epī non sufficeret gn̄ale.qu od est verū in c.œconomis, & sindicis habētibus administrationem à lege. vt 5.q.3. §.fi. secus in procuratore ad vnam, vel duas causas. Iste.n. vr̄ æquiparari procuratori priuati, vt.s̄.eo.c.in pertractandis.¶Oppono,& vr̄, ꝙ principales deberēt iurare de calumnia,non ꝓcurator tn̄.vt.s̄.c.1.in Aut.principales.C.eod. ti.¶Sol. dicit Io. An.ꝙ isti ꝓcuratores tenebāt locū sindico-
6 rum:†nā ius canonicum oēs administratores appellat procuratores.1.q.3.c.Saluator.& ꝙ isti essent sindici, patet ex persona constituentium; qa ab vniuersitate, & collegio.vn̄ dicit Inn.ꝙ non curat de noīe:sed de modo constitutionis,& conditione constituentis. ¶Si.n.ab vniuersitate,quocunq; nomine vocet,sindicus est.si à non dn̄o, & cum decreto,actor est.
7 dicit tn̄ no.dignum,† ꝙ epi,& alij prælati,& si dn̄i nō sint.de dona.ca.2.tn̄ per se constituunt ꝓcuratorem, & sine decreto superioris.quod non est in aliis sentiendum.de ꝓcura.c.petitio.ver.doli.¶Secundò op.& videtur, ꝙ istud non sit verum
a indistinctè,videlicet ꝙ p̄lati possint constituere procuratorē ante lit.conte.ipsi.n.censentur procuratores,& quandoq; tutores,vt no.in d.c.2.de dona.¶Sed tutor, & procurator ante lit.conte.non possunt alios procuratores constituere,vt l.neque tutores.C.de procu.cuius contrarium dr̄ in isto c. ¶Sol. aliud in tutore, & procuratore, vt in contrariis.aliud in p̄latis ecclesiarum, vt in isto c.Isti.n.hn̄t magis liberam administrationem,q̄ illi.qa sunt perpetui,& faciūt fructus suos:possunt quandoq; donare.quod in illis secus est.& ita no.in c.fi. 5.q.3.vbi bona gl.& Cy.in l.neq; tuto.præal.& ibi in sequenti tangit de collegio,& vniuersitate: q̄ possunt constituere ꝓcuratorem,nec exigitur decretum superioris.quia ip̄m colle-
8 gium dn̄s est,& persona repręsentata.†Idem,qđ dixi in prælatis,ꝙ ante li.conte.procuratores constituunt. idem dicatur in patre quò ad bona filij.qa habet administrationem à lege, & vsumfr.vt no.Cy.in l.1.C.de bo.ma.& vide qđ dixi.s̄.e.c. in pertractādis.& c.Imperator.¶ Tertiò op.ecclesia Rauen. hic erat actrix,& cōe Fauen.reus:ergo debuit conueniri corā iudice seculari.c.si clericus laicum.de fo. compe. hic aūt fuit illud cōe conuentum coram Papa.ergo malè.Sol.veritas est, ꝙ ista ciuitas, & tota Romandiola est de temporali iurisdictione Ecclesiæ:sicut recognouit Rodulphus rex Romanorū secundùm Bona.de quo vide in spe.de rescri.ca. pn̄ta.§.rōne causæ vr̄.Item qđ est obtētum ab Imperatore,secundùm Io. An.¶Quartò op.dr̄ hic,ꝙ erat qō super villa, & rebus aliis. & sic inuit,ꝙ quæcunq; fuissent illa alia,debuissent præstari. ¶Sed contra.quia super sp̄ualibus non præstatur.s̄.c. literas. Sol. expone rebus aliis.s.similibus expressis,vt.s̄. de rescri.c.
9 sedes.¶Quærit gl.†nunquid procu.à quo petitur iuramentū calumniæ:si dubitat, possit petere terminum ad deliberādū: vr̄,ꝙ non;quia illud est iuramentum credulitatis. & ideò aut statim credit:aut non credit dn̄m fouere iustam causam. & hoc tenet glo. ¶In contrarium facit. quia illud iuramentum credulitatis ita præiudicat:sicut iuramentum veritatis,vt notatur de iureiur.ca. ex literis.in gl.& iō Accur.tenet,ꝙ possit r̄ndere dubio.& habere debeat tp̄s ad deliberandū.& ita no. in l.2.§.1.in gl.antepē.C.eo.¶Et idem ibi Cy.in 8.q.ea rōne videlicet,ꝙ idem importat hæc credulitas: quod importat veritas. Iō sicut in iuramento veritatis deliberatione opus est: ita in isto. quia vbi eadē ratio,ibi idē ius l.illud.ad leg. Aqui.
10 de hoc in Spe.e.ti.in fi.& plenius de positionibus.§.sextò videtur nunquid.cum tribus sequen. ¶Secundò quęrit glo.†si excommunicatus fuerit cōuentus in iudicio: an iurabit de calūnia?arguit,ꝙ non iuret.& postea cōcludit,ꝙ iurare debeat. quia postquā à iure sibi reseruat defensio, vt c.intelleximus. de iudic. videntur sibi omnia reseruata: quæ ad substantiam iudicij

iudicij requiruntur, vt c. prætor. & de offic. delega. ¶ Et infert illa ratio, quòd minor, & pupillus in quibus possunt esse in iudicio, præstent hoc iuramentũ, de quo in Spec. eo. tit. §. restat. ver. sed cũ pupillus. & ver. sed nũquid minor. & quid de Iudeo. ibi videas in ver. sed nunquid Iudeus. dixi. s̃. eo. c. 1.

ADDITIO.

a ¶ Prælati. Prælati appellatione quid veniat. vide Cardi. in cle. non alię. eũdem in cle. 2. §. ab olim. de sepul. & in §. fi. eadem cle.

SVMMAE.

1 *Episcopus per alium agens causam propriam, per illum iurat de calũnia. si ipse agat per se, iurat propositis, sed non tactis euangelijs. & num. 2.*

2 *Episcopo datur optio, an velit causam propriam ducere per se: vel per procuratorem.*

4 *Actor recusans iurare de calumnia, cadit ab instituta actione.*

5 *Iura habent quandoque aliquem pro confesso.*

6 *Procurator in causa spirituali an possit præstare iuramẽtũ veritatis.*

7 *Iuramentum de veritate quando dicatur.*

8 *Testimonium de credulitate an valeat.*

9 *Dictum testis de credulitate: si talis credulitas est proxima, & coniuncta sensui, valet.*

10 *Probatio per testes in filiatione referenda est potius ad credulitatem rationibus extrinsecis corroborandam: quàm ad veritatem.*

11 *Pœna statuta contra eum, qui recusauit iurare: an infligatur ipso iure: an per sententiam. Et hoc inuestigare est vtile. nu. 12. Et an super hoc debeat ferri sententia. nu. 13.*

14 *Iudex si non vult ferre sententiam contra recusantem iusiurandum, quid iuris.*

15 *Exceptio criminis, quæ tendit ad extinctionem rei familiaris: potest opponi contra petentem beneficium, dato quòd super illo crimine non fuit quis condemnatus.*

16 *Recusans respondere libello: vel positionibus: vel litẽ contestari: vel venire ad iudicium, an habeatur pro confesso. & nu. 17.*

17 *Interrogatio quotuplex sit.*

18 *Emptor si conuenitur rei vendicatione, & recusat iurare in causa de calumnia (quia scit rem pertinere ad actorem) an poterit agere de euictione: vel quod sit remedium.*

19 *Vouens non iurare, an excusetur à iuramento calumniæ.*

1 CVm in causa. † Episcopus p aliũ agens causam propriam: per illum iurat de calumnia: si per se agat, ipse iurat propositis, sed nõ tactis euangeliis. secundò ponit pœnam nõ iurantis. & sunt duæ partes. secũda ibi [pœna.] ¶ Primò no. ꝙ tex. loquitur de cã pecuniaria. q. d. ꝙ secus sit in cã spũali, in qua non iurabatur, sm̃ hæc iura. s̃. c. literas. hodie secus, vt dixi ibi. & quod in criminalibus dictũ est hic.
2 ¶ Secundò no. † ꝙ datur optio epõ, vtrùm cãm propriã velit ducere p se ipsum: an per procuratorẽ, vt c. 1. de iudi. li. 6.
3 & l. 1. §. vsus. de procur. ¶ Tertiò no. † ꝙ eps, qui per aliũ litigat in iudicio, non cogitur p seipsum iurare de calũ nia. qd̃ est spãle in eo. In aliis ergo, quantuncunq; constituãt procuratorẽ, dñt præstare, vt s̃. c. 1. & c. cẽtũ. ¶ Quartò no. ꝙ epus si eligit litigare per se ipsum, ipse iurare cogitur: ergo nõ poterit isto casu alii delegare. & sic nõ habebit locũ qd̃ dr̃. s̃. c. 1. ¶ Quintò no. qualiter iurat eps. ponũtur em̃ sibi euangelia in cõspectu: sed ipse nõ tangit. qd̃ vtrũ semp verũ sit. vide gl. magnã in cle. 1. §. porro. de hæreti. & in c. vt circa. de electi. lib. 6. Ideo aũt requiritur pñtia euangeliorũ. quia terrorẽ inducit. & suffragiũ veritati impẽdit, vt l. rẽ nõ nouã. C. de iu-
4 di. ¶ Sextò no. pœnã non iurantis; † quia actor recusans cadit ab instituta actione, & reus nõ debet haberi pro cõfesso. cõtumacia igit̃ i iurãdo punit̃ in amissione causæ. & est casus valde spãlis. regulariter em̃ cõtumacia nõ sic punit̃: sed aliter cõtra eũ ꝓcedit̃, vt l. ꝑperãdũ. §. & si quidẽ. cũ se. C. de iudi.
5 ¶ Et no. † ꝙ iura hñt qñq; aliquẽ ꝑ cõfesso. & vocatur ficta cõfessio. quę vtrũ producat illũ effectũ, quẽ ꝓducit vera confessio, infra subdam. ¶ Oppono, & videtur, ꝙ eps non possit esse in iudicio per seipsum. sed indistinctè cogatur constituere procuratorẽ, ne sua pñtia sit terribilis aduersario, vt l. fi. C. de procurato. ¶ So. aliud secundùm leges, vt ibi. aliud secundùm canones, vt hic. certè ẽt secundùm canones videtur, ꝙ per alium debeat litigare. 5. q. 3. c. fi. Sol. dicit Io. An. expone
6 ibi verbũ: [debet] ꝓ põt. ¶ Quæro post Io. An. † vtrũ ꝓcurator in cã spũali possit pstare iuramẽtũ veritatis. sicut põt præstare iuramẽtũ calũniæ, vt hic patet: videt̃, ꝙ non possit. & sit rõ, quare magis iuramentũ calũniæ. quia est credulitatis. & quilibet põt credere de suo, & alieno facto. sed in iuramẽto veritatis non excusat̃: nisi adsit veritas, q̃ nõ põt haberi de facto alieno, vt l. Marcellus. ff. re. amo. & s̃. de rescrip. c. ab excõmunicato. cõtra prædicta tñ videt̃. l. quæ dicit, ꝙ tales ꝓcuratores, & administratores pñt iurare. ff. de ĩ litẽ iurã. l. videamus. in prin. ¶ Sed dic, ꝙ admittunt̃ volũtarii, vt ibi, nõ inuiti, vt prædixi. Ratio secundùm Host. quare volũtarii admittũt̃, est. quia non est verisimile: ꝙ hoc onus in se reciperẽt: nisi de veritate certificati essent, ar. de ꝓcura. c. in nostra. ¶ Sed op. & videtur, ꝙ nõ debeãt iurare. quia eorũ cõfessio nõ piudicat dño, vt l. centũ. §. sed an ipsos. ff. de cõfes. ¶ So. intellige de ꝓcuratore: qui habet speciale mãdatũ: vel liberã administrationẽ: vel cõstitutus sit in rẽ suã. ff. de iureiurã. l. iusiurandũ, qd̃ ad pecunias. ff. de ꝓcura. l. ꝓcurator, cui. & l. se. Et hoc verũ secundùm Inn. in iuramẽto litis decisorio: vel de veritate. ¶ Si autem sit iuramẽtũ, qd̃ solũ notabilitatẽ respiciat, vel affectionem (vt est iusiurandum in litẽ.) illud à prædictis non præstat̃, nisi in casu d. l. videamus. in prin. vsq; ad. §. de serie. ¶ Iste videt̃ effectus gl. inquantũ hic ponit Io. An. Bar. tñ circa istã materiam, alias qõnẽ, clarius, & perfectius loquit̃. dicit em̃, cũ quæritur, iuramentũ veritatis possit præstari à ꝓcuratore, distingue. ¶ Nã aut procurator, & aduersarius hoc volunt. & tunc si quidẽ iuramentum præstat̃ ad vtilitatẽ absẽtis. & potest fieri: nec requiritur speciale mandatũ; cũ possit præstari à defensore, vt. ff. de iureiuran. ¶ Aut vult tale iuramentum præstari ad dñi præiudicium. & tunc similiter põt, si habet speciale mãdatũ: vel vniuersorum bonorum cum libera: vel in rẽ suam. l. iusiurandum qd̃ ex cõfessione. in fin. de iuiur. confessio em̃ talis ꝓcuratoris præiudicat dño, nisi ꝓbet̃ contrarium, vt l. centum. §. sed an ipsos. de confes. præiudicabit autẽ dño iuramentum de veritate: sicut confessio sine iuramento. & hoc vbi aduersarius sit contentus stare iuramẽto alterius procuratoris. ¶ Sed si vult, ꝙ dominus rñdeat: tũc cogetur dominus iurare, & respondere per se, vt l. quoties. §. prætor. ff. de noxa. & C. de iureiur. l. generaliter. §. fi. & qd̃ no. de iureiuran. l. ad personas. in secũda glo. fateor tñ hoc casu, ꝙ si dñs constitueret procuratorem ad iurandum dicere veritatem in animã ipsius domini: & mitteret eũ instructũ ad iurandum super cã, vel certo casu: ꝙ tunc dominus cogeretur iurare personaliter, quia isto casu dominus videtur iurare, & dicere per eum, tanq̃ per organum, vt l. qui aũt. in fine. cum l. se. de consti. pec. & l. pater ex prouincia. de manu. vin. & expressum de testi. c. pñtium. lib. 6. & ibi forma talis iuramenti percipitur. & hoc, qd̃ dixi de procuratore constituto specialiter ad sic iurandum: ꝙ tunc dominus non cogitur personaliter accedere ad iurandum, est verum in ciuilibus: in criminalibus secus, in quibus ex aspectu percipi debet veritas, qua trepidatione, qua constantia quis loquitur, vt l. de minore. §. tormenta. de quæstio. ¶ Idem dico in teste. qui debet coram iudice cõparere. nec posset iurare: nec deponere per nuncium tali modo constitutum eadem ratione. ff. de testib. l. 3. §. diuus. & hæc procedunt in iuramento veritatis. ¶ In iuramẽto affectionis dic, vt. s̃. & ista not. Bart. in l. qui bona. §. si alieno. de damno infecto. in tertia quæstione. ¶ Secundò quæro iuxta prædicta, † quãdo dicit̃ iuramẽtũ de veritate. a dicit notabiliter Inn. ꝙ iuramentũ de veritate dicitur nõ tãtũ de his, quę qs vidit. sed & de his: quæ indubitãter nouit. ac si dicat sm̃ Io. An. ꝙ ita possum bona cõsciẽtia cõfite-

fiteri,quæ indubitanter noui:vel quæ firmiter credo: ſicut il-
la quæ vidi:nõ.n. vidi Chriſtũ crucifigi.& tamẽ firmiter cre
do. Item non vidi Conſtantinum:Iulianum: Iuſtinianũ Im
peratores.tñ ipſos bñ noui.ad hoc facit,qđ dicitur. Aut quia
ſpes eſt certa exſpectatio futuræ beatitudinis.nõ põt eſſe cer
titudo ſcientiæ,ſed credulitas.ſic eſt in iuramento de verita-
te dicenda;quia iurans põt aſſerere illa vera eſſe, de quibus
non dubitatur: licẽt ea non viderit.et lex dicit factum ſciri:
& indubitatum eſſe,qđ cõi auditu percipitur ab antiquis, vt
l.in ſumma.§.itẽ Labeo.ff.de aqua plu.arcen.& vide in ſpec.
de proba.§.1.ver. & no. ꝙ applicatur. ut in illa quæſtione,
8 qñ quis,vel procurator iurat de veritate. ¶† Quid in teſti-
bus.dicit Ioan.An.ꝙ non tñ iurãt de veritate:quantũ de eis,
q̃ in eorũ pñtia facta ſunt.C.de teſti.l.teſtiũ.¶Sed ꝙ per hoc
dictum intelligat, ꝙ teſtis non poſſit deponere deprædicta
indubitata credulitate,cum inducitur ad probandum illa an
tiqua geſta,malẽ loquitur.nam teſtis debet deponere ſuper
altero ex quinq; ſenſibus corporis, ꝑut ſuper altero ex ip
ſis ſenſibus in teſtem producitur. vt not.in c. cum cauſã.ĵ.
9 de teſti.plus dico,ꝙ † qñq; valet dictum teſtis de credulita-
te:ſi talis credulitas eſt proxima,& coniuncta ſenſui. puta ꝓ
ductus eſt ad probandum copulam:dicit, ꝙ credit interue-
niſſe:quia vidit hominẽ ſupra mulierem, & nudũ cum nuda.
& hoc ita credit:ſed non ſcit pro certo,ſi rem intrinſecã pere
gerunt:ſed ex hac extrinſeca viſione deponẽs,credit firmiter
copulã interceſſiſſe carnalem.certẽ iſtud teſtimonium credu
litatis ita proximum,coniunctum ſenſui,plenẽ probat, vt in
10 c.præterea.de teſti.¶† Idem in filatiõe, cuius probatio p te-
ſtes potius referenda eſt ad credulitatem rõnibus extrinſe-
cis corroborandam:q̃ ad veritatem,vt l.Lucius.de. condi.&
demõ.& hoc no.Cy.in.l.teſt.ñ.in 5.q.C.de teſti.& Bar.in di-
11 cto.§.idẽ Labeo. ¶Venio ad.§.pœna.vbi quærit glo. † vtrũ
pœna hic ſtatuta cõtra eum, qui recuſauit iurare,ſcit ipſo iu
re:an per ſñiam.dicit, ꝙ per ſñiam,non ipſo iure. & iſtã opi.
.ſ.ꝙ per ſñiam,quidam tenent. Alii ſecundũm Hoſt. dicunt,
ꝙ permittitur ipſo iure,& per ſñiam.¶Nã & ipo iure cadit
ab actione (qđ per ſñiam iudicis declaratur.) qui reũ abſol
uit.reus ipſo iure habetur pro confeſſo. & in petitione, ſiue
probatione alia per iudicem condemnatur,vt in legibus,vn-
de ſumptus fuit iſte.§.quas allegat glo.& ſecundũm hoc di-
cit Hoſtien.intelligendum,qđ no.in ſumma.e.titu.§.fi.¶Nã
dicit Io.An.ex cuius apparet verbis,ꝙ debet ſequi ſñia poſt
pœnam,etiam ipo iure inflictam, ar.c. cum ſecũdũm leges.
12 de hæreti.li.6.† Inueſtigare autẽ vtrũ.ſ.ipſo iure:an per ſñiã
intelligat pœna,eſt vtile.quia ſi ipſo iure,tranſiret cõtra hæ
redes recuſantes.ſecus verõ ſi per ſñiam veniret imponenda.
de quo dic vt l.1.C.de priua.delic. per Bar. facit qđ dixi.ſ.
de foro compe.c.ſi diligenti &c.¶Sed iuxta prædicta incidẽ
13 ter q̃ro.†.vtrũm ſuper hoc debeat ferri ſententia, ſiue inter
locutio particularis:puta pronunciat haberi talẽ debere pro
cõfeſſo.an verõ expectabit ſñia diffinitiua ſuper tota cã:vt l.
talem recuſãtẽ condẽnet,ac ſi eſſet verẽ cõfeſſus.Bazia.ꝙ iu
dex dẽt ſuper hoc pronunciare expreſsẽ.dicit tñ non eſſe ne
ceſſe,ꝙ iudex pronũciet ipſum haberi pro confeſſo, vel cõ-
uicto.ſed ſufficit,ꝙ iudex pronunciet ipm contumacẽ in nõ
rñdẽdo:vel nõ in iurando.& hoc eſt,qđ dicit tex.ꝙ iudex de
bet de crimine pronunciare,pẽna non iuris ptãti reſeruata,
vt l.1.§.1.ff.ad Turpil.& ita no. Bar. in l.eius qui debitorẽ.ff.
de iure fi.vbi dicit,ꝙ illa ficta confeſſio non pĩudicat in aliis
cauſis,vt l.2.§.1.de iure fi.qđ perpetuõ tene menti. ¶Vlteri
us quæro ad idem.†quid iuris ſi iudex nolit ferre ſñiam con
tra recuſantem iuſiurandũ.& ita pereat inſtantia iudicij:nun
14 quid habebit aliquẽ actũ ille, qui cõtendebat cũ recuſante?
¶Item ſi adhuc incipiebat de nouo agere qui recuſauit,nun
quid poterit reus contra eum excipere? tunc debet cadere ã
lite.ergo non debet audiri agens. ¶Quidam dicunt, ꝙ non
põt agere vel excipere.quia iſta pœna veniebat imponenda
iudicis officio:qđ extinctũ eſt, pempta iſtãtia principaliter,
vt l.terminato.C.de fruc.& li.expẽ.Iudex tñ tenebit,vt l.ſãc
mus.C.de iudi.& Inſti.de obli.quæ ex quaſi delic.na.in prin-
¶Iſta rõ non videtur ꝓcedere de iure canonico,quo iure nũ
quã pit inſtantia,vt dixi in c. venerabilis.ſ.de iudi. ¶Alij di
cunt,ꝙ ſicut,in his,q̃ fiũt extra iudiciũ(ſi pẽna venit ifligẽda
per ſñiam) põt principaliter peti, ꝙ infligat(puta pœna pri-
uationis illorũ:qui cõtra formã cõcilii elegerũt.ſ.de elec.c.
quia Papa.vt ibi no.)ita etiã in iudiciis peti poterit principa-
liter,vt cadat ã lite,ſecundũm Io.An.poſt Inno.¶Ego idem
ſentio.& dico,ꝙ qñ pẽna venit ꝑ ſñiam infligenda,ſi ille,cõ-
tra quem agi põt(vt talẽ pẽnã patiat)ꝓueniat in agendo,po-
terit per exceptionẽ repelli.pone exemplũ in illo:qui incidit
in conſtitutionẽ l.ſi quis in tantã.C.vnde vi.¶Nã ante ſñiam
ſup tali priuatione(ſi ſpoliator agat cõtra ſpoliatũ reſtitutũ)
põt cõtra eũ excipi de violẽtia, quã remiſit. qđ tenet Bar. de
cã poſ. & propriẽ.c.paſtoralis. in gl.pen.in fine. Et idem ibi
15 Hoſti.Nã † exceptio criminis, quæ tendit ad extinctionem
rei familiaris, põt opponi contra petentẽ beneficiũ,dato, ꝙ
ſuper illo crimine non fuerit quis condẽnatus,vt no.Inno.de
exceſ.præla.c.inter dilectos.in prin.ad hoc optimẽ.l.Papinia
nus.§.ſi filius.ff.de inoffi. teſt.circa hoc dicit Cy.ꝙ ante latã
ſñiam ſuper priuatiõe põt ille,qui iurare recuſauit, euitare
pœnã,poſtea iurando. & ſic purgare morã, ſi ius aduerſarii
non ſit factũ deterius. Ita no. in dicta l.2.§.ꝙ ſi actor.C.eo.
tit.ibi etiã quærit vtrũm poterit appellare ã ſñia.nequaq̃ vi
detur;quia iſta eſt pœna iuris:ã qua non appellat,vt l. ſi qua
pẽna.de verbo.ſigni.¶Item ꝓdeſſet appellatio.cũ iudex ap-
pellationis,facta ſibi fide,ꝙ iurare recuſauit: tenet ſentẽtiã
cõfirmare.fruſtra igitur ſpectat tps:cuius nihil operatur euẽ
tus,vt l.aliqñ.ad Velleia.cõtrariũ tenuit ipſe ibi in.3.q. Idẽ
Spec.eo.tit.§.fi.in prin.¶Non obſt.ꝙ indiſtinctẽ debeat iu-
dex appellationis ſñiam confirmare.quia hoc non eſt verum
in caſu,quo ille doceat ſe habuiſſe iuſtam cãm recuſandi,ꝓ-
pter priuilegium,qđ habebat,vel ã iure,vel ã principe,ne iu
rare teneat.& hoc tenet glo.in dicto..§.ꝙ ſi actor.¶Sed vtrũ
ſicut verã cõfeſſionẽ in cã appellationis poſſit reuocare ꝓ
bãdo errorẽ:ita poſſit iſtã fictã,fortẽ ſic: ne ſit maioris effi-
caciæ iſta ficta cõfeſſio:q̃ vera,& expreſſa,ar.l.q. ad certũ.ff.
loca.facit qđ not. in l.creditor.§.iuſſus.ff.de app. ¶Quæro
ẽt.qa lex loquit in eo, q. recuſat iurare de calumnia.qa habe
16 ri debet ꝓ cõfeſſo.†qd dices de illo,q. recuſat rñdere libel-
lo,vel poſitionibus:vel recuſat litẽ cõteſtari, vel venire ad iu
17 diciũ:an habeat ꝓ cõfeſſo?dic,† ꝙ quædã ſũt interrogatio-
nes,quæ fiunt ad litis ꝑparationẽ: quædã ad litis cõteſtatio-
nẽ:quædã poſt litẽ:quædã ad veritatis idagationẽ.In primis,
q̃ fiũt ad iudicii ꝑparationẽ, cõtumax habet ꝓ cõfeſſo.ff.
de interro.ac.l.de ætate.§.q. tacuit.niſi fortẽ ꝓbet cõtrariũ,
vt l.ſi filius.ea.l.1.eo.ti. & ibi p Iac.Bu. ¶In ſecũdis verõ, q̃
fiũt ad litis cõteſtationẽ(puta cõtumax nõ vult litẽ cõteſta-
ri:)& nõ habet ꝓ cõfeſſo,vt not.in Auth. q ſemel.C.qũo, &
qñ iudex.¶In aliis verõ,quæ fiũt poſt litis cõteſta. ad veri-
tatis indagationẽ,cõtumax habet ꝓ cõfeſſo, tribus cõcurrẽ
tibus.ſ.ꝙ ſint ſibi lectæ:ꝙ ſit iuſſus,& monitus:& ꝙ nõ habe
at iuſtã cã nõ rñdẽdi, vt in c.2.de cõfeſ.lib.6. ¶Et aduerte
qa iſte tex.& ſimiles(q. dicũt aliquẽ haberi ꝓ cõfeſſo.)debẽt
ĩtelligi ĩ caſu,ꝙ talis cõfeſſio ſibi noceret.ſi aũt ſibi ꝓdeſſet,
vt in actio.l.aql.tũc habet ꝓ negãte.no.Cy.ĩ d.§.qđ ſi actor.
& Ia.An.in dicto.c.2. ¶Et de pdicta qõne qñ quis recuſat
reſpondere poſitionibus,plenẽ no.Cy.in dicto.§.ꝙ ſi actor.
18 ¶Vltimõ quæro.pone, ꝙ †emptor cõuenit rei vẽdi.recuſat
iurare ĩ cã de calũnia. qa ſcit rẽ ptinere ad actorẽ:& ſic pdit
cauſã.an poterit agere de euictione:vel qđ ſit remediũ,ne ip
ſe cõtra cõſcientiã iuret.vel recurſum de euictione, non iu-
rãdo,nõ amittat. Spec.in dicto.§.fin.ver.quid ſi ẽptor.ponit
opi.& cõcludit,ꝙ debet denũciare vẽditori,ſi patet ſe mu-
nitũ aliqua exceptio. vel nõ.ff.de euict.l.ideoq;.ver.pe.facit
qđ

qđ no.in l.aq.§.cũ me absente.ff.de neg.ge.ibi ēt dicit spec. ꝙ in causa criminali habet locum pœna huius.§.vt qui iurare in tali causa recusauerit:habeatur pro confesso, vt l.si con
19 fes.ff.de custo.re.ibi etiam dicit,ꝙ† si quis ex voto teneretur ad non iurandum:tamen non excusabitur ab illo iuraměto: licet quidam contra, vt ibi no.Cyn.in d.§.ꝙ si actor. in 6.q.

ADDITIO.

a ¶Iuramentum de veritate.Quod an prestetur post litem contest.an verò post sententiam.Bart.in l.in actionibus.de in litem iuran.& Spec. de lit.contest.versi.quid si omissa.

De dilationibus.

SVMMAE.

1 *Dilatio quid sit.Et quotuplex sit.nu.2.*

QVIA post iuramentum de calumnia iudex præfigit partibus terminum ad probandum. Ideo de dilationibus concedendis,& moderandis per iudicem ponitur sub hac rub.quæ ita potuisset congruè collocari post titulum de libelli oblatione:sicut hic.¶Nam in libello oblato datur dilatio ad deliberandũ, velit cedere,vel contendere,vt in Auth.offeratur.C.de lit.contest. ponderauit tamen iurislator potius dilationes,quæ indulgentur ad indagationem veritatis causæ principalis, q̃ alias, quæ tendunt ad iudicii ordinationem.de quibus tamen prosequitur in illo titulo:non de illis, quæ tendunt ad veritatem indagandam.
1 ¶Primò quæro,quid est dilatio:†dic, ꝙ dilatio est facultas cuiusq; rei agendæ.j̃.tempus moratũ à iudice, vel à lege,vel à partibus.& sic est dilatio iudicialis,de qua per totum illum tit.in c.cum dilecti.de dolo,& contu.quædam legalis,de qua in c.j.de elec.lib.6. & c. cum sit Romana. & c. ex ratione.de appel.& c.potuit.de loca.quædam conuentionalis. de qua in l.magna.de contrahen. empt. & quædam arbitralis. de qua
2 in l.Celsus.ff.de arbit.¶Secundò quærit, † quot sunt species dilationum.dic,ꝙ multæ.nam quædam est dilatio citatoria. de qua.j̃.c.j.& c.fi.Quædam est deliberatoria,vt j̃.c. 2. & 3. & dicta Auth.offeratur.Quędã recusatoria, siue negatoria. vt illa,quæ indulgetur ad opponēdum dilatorias.j̃.de excep. c.pastoralis.Quædam probatoria,de qua loquitur l.j.C. eo. Quædam est dilatio allegatoria,quæ sic dicitur; quia datur ad allegandum.qđ fieri debet.C.de iudi.l.iudicis. Quædam est dilatio expectatoria;quia datur ad expectandum. & hęc quandoq; datur præsenti,vt in Auth.de fideiuś.& C.vbi in rē act.l.2.& s̃. vt lite non contest. c.qm̃.§. qđ si super.qñq; absenti,vt in l.properandum.§.& si quidē.C.de iudic.& Auth. qui semel.C.quomodo, & qñ iudex. Quędã est dilatio iudicatoria, sic dicta;qa datur iudicatis,vt c.quò ad consultationem.de appel.& de re iudi.l.debitoribus. Quædam est dilatio appellatoria.Quędã appellationis persecutoria.vt Auth. hodie.C.de sen.& c.ex ratione. de appel.de prædictis omnibus, & natura ipsarũ Cy.prosequitur.in l.j.C.eo.de probatoria dicam.j̃.c.2.& de his,& aliis speciebus vide in Spec.eod. titu.§.j.quarum multas posuerat Host.in summa eod.tit. §.j.

SVMMAE.

1 *Terminus peremptorius nimis breuis præbet iustam causam appellandi.*
2 *Iudex non debet assignare terminum nimis breuem.*
3 *Citatio est de iuris ordine substantiali.*
4 *Defensio aduersus violentiam extraiudicialem,sicut permissa est vnicuiq; iure naturali:ita & aduersus violentiam iudicialem.*
5 *Citatio omnis,quæ per aliquod accidens secum affert notum impedimentum,non arctat citatum.*
6 *Iudex potest abbreuiare dilationes,vrgente necessitate.*
7 *Dilationes tres quando assignantur:an sit necesse apponere dilatoriã.*
8 *Iudex quando moderatur dilationem,debet hoc facere expressa causa,quæ sit vera,& iusta.Et an possit omnes dilationes iure moderatas abbreuiare.nume.9.*

DIlecti. Si detur terminus nimis breuis peremptorius(vbi non subest necessitas)licitè appellatur.& sunt duæ partes appellationis.prosecutio,& ipsius commissio.¶Secunda ibi[qa ve-
1 rò.]¶Primò no.ꝙ nimis breuis terminus peremptorius prębet iustam causam appellandi.Requiritur ergo vtrumq;, scilicet ꝙ sit nimis breuis: & ꝙ sit peremptorius. sola ergo peremptorii assignatio prima vice facta non sufficit ad appellandum.similiter econuerso dic.s.si terminus fuit multũ breuis, sed non peremptorius, curia non daret literas.ita dicit
2 Io.An.¶Secundò not.†ꝙ non debet iudex assignare breuē. In nimia enim celeritate præsumitur error, & deceptio. de restit.in integ.c.tam ex literis. & de celeritate quandoq; laudanda,qñq; vituperãda,vide iura allegata in c.fi.de elec.li.6.
3 ¶ Tertiò collige,†ꝙ citatio a est de iuris ordine.qđ intellige
a substantiali.circa qđ aduertendum,ꝙ in citatione considerãtur duo.s.effectus, intentus,& ad ipsum perueniendi modus. effectus intentus est scientia citati, & facultas deferendi.& hoc non videtur posse omitti,quando interueniat verè,
4 vel interpretatiuè. ¶†Sicut.n.iure naturæ vnicuiq; pmissa ē defensio aduersus violentiam extraiudicialem, vt ff. de insti. & iu.l.vt vim.& l.scientiam.§.qui cum aliter.ad l.Aquil. Sic & aduersus violentiam iudicialem,vt ff.de iniur.l. nec iurantibus.de resti.spo.c.conquerente. verùm quia omnis licitus modus defendendi debet commensurari modo offendendi, qui intenditur,vt l.j.& ibi no.C.vnde vi.Idcirco in iudicialibus licet iure naturæ cuilibet se defendere iudicialiter: nõ iniuriis, & opprobriis.vt l.qsqs.C.de postu.Sed qa defensio sine scientia esse non potest:necessaria est omnino scientia vera,vel interpretatiua.& cum princeps hoc non præcedente iudicat, subtrahit homini defensionē iure naturæ concessam.qđ nõ potest facere princeps,vt Insti.de iure na.gen. & ci.§.sed naturalia. Modus autem inducendi hanc scientiã verè, vel interpretatiuè,est citatio.& ideò cũ inchoatur modus offendendi.i. per quem quis post offendi, statim datur possibilitas defendendi per citationem.& hoc est,qđ tex. dicit[omnium autem actionum instituēdarum principium ab eadem parte edicti proficiscitur, quam prætor edixit.]ff. de in ius vo.l.j.& Insti.de pœ.te.li.§.vlt.¶ Ex quibus infero,
5 †ꝙ omnis citatio,quæ per aliquod accidens (maximè ipsius citati)notum secum affert impedimentum, citatum non arctat.qa non potest parere effectum,propter quem est inducta.s.facultas defensionis.& ideò pro nõ facto habetur oĩno, arg.ff.qđ cuiusq; vni.no.l.j.§.& si quidem.C.de cura.fu.l.fin. §.si autem testium.& est expressum.ff.qđ vi aut clã.l. aut qui aliter.§.j.¶Illa sunt verba Oldr.consi.101.facit cle. pastoralis.de sen.& re iud.de cuius facto Oldr.plenè ibi loquitur.
6 ¶Quartò no.†ꝙ vrgente necessitate, potest iudex abbreuiare dilationes.puta vsq; ad mensem est commissa causa decidenda:debebit iudex dilationes ita abbreuiare:ꝙ terminum instantiæ non excedant,no.in c.de causis.s̃.de offi.dele.& c. fi.de iudi.& per Io.An.post Inn.j̃.de testi.vltra tertiam in 3. 4.& 5.q.vbi oĩno vide.¶Quintò no. ꝙ prius hic Papa mandat inquiri de nunciis appellationis,q̃ mandet reuocari attētata per iudicem à quo.qđ est verum,cum appellatur ab interlocutoria.secus si à diffinitiua,vt no.j̃.de testi.c. ex parte Adæ.& de iureiur.c.veniens. ¶Oppono.dicitur hic, ꝙ appellauerunt.quia timebant grauari.& sic à futuro grauamine.& per consequens appellatio nulla,vt j̃.de appel.c. vt debitus.hic verò Papa illam appellationem recipit.ergo malè. ¶So. hic erant iam grauati in assignatione breuis termini. & ista ratione appellatum fuit.qa etiam in futurum grauari

7 timebant. facit qđ no. de appel. c. consuluit. ¶ Quæro † quando assignant tres dilationes: an sit necesse apponere perẽpt. dicit, ꝙ non. de quo. 5. q. 2. in summa. & in Spe. de cita. §. viso. ver. sic ergo. ¶ Quantũ ergo spatium debeat continere vnaqueq; dilatio, dicit ꝙ. 30. dies. in Auth. de litig. §. omnem. col la. 8. vtrùm etiam iudex possit illas tres dilationes in vna citatione cumulare. sub distinctione dicit, ꝙ sic, vt ĩ. de testi. c. 2.
8 & in Spec. de cita. §. 2. ¶ Et no. hic vnam glo. † ꝙ quando iudex moderatur dilationem: debet hoc facere, expressa causa, quæ sit vera, & iusta: nec alterum solum sufficeret, secundùm
9 Host. ¶ † Et vtrùm iudex possit omnes dilationes à iure moderatas abbreuiare, vel prorogare. vide Bar. in l. 2. ff. de re iudi. & Dy. in c. indultum. de re. iur. lib. 6. &c.

ADDITIO.

a ¶ Citatio est. adde Bal. in l. cum fratrem. ad fi. C. de his, quæ vt indig.

SUMMAE.

1 *Induciæ deliberatoriæ denegantur reo, quando per literas citatorias potest plenissimè instrui. & nu. 7.*
2 *Deliberare potest quis ex tenore.*
3 *Iudex delegatus Papæ an possit citare per edicta: vel per nuncium. & an delegatus inferiorum.*
4 *Tenor rescripti quandoq; mittitur in citatione: quandoq; tenor libelli.*
5 *Libellus an sit necesse, ꝙ mittatur cum citatorio.*
6 *Citatio debet emanare à iudice.*
8 *Induciæ citatoriæ non requirunt causæ cognitionem: nec etiam deliberatoriæ.*
9 *Asserens se delegatum, si citat Titium per literas, vt compareat coram eo: an teneatur comparere: & an valeat eius processus contra Titium.*
10 *Delegatus debet inserere in citatione tenorem suæ delegationis.*
11 *Citatus ab ordinario an debeat comparere.*
12 *Ordinarius in suo territorio, & incolis eius, & in alijs generalem, & liberam habet administrationem.*
13 *Exemptus si citatur ab ordinario: an teneatur comparere, & allegare priuilegium suum.*
14 *Subditus omni respectu citatus ab ordinario tenetur semper cõparere: & ex quibus causis citatio sit nulla.*
15 *Iudex secularis in citatione clerici exprimere debet causam, sup qua fundetur eius iurisdictio.*
16 *Procedi qualiter debeat contra absentem legitimè citatum non comparentem.*
17 *Contumax postea veniens ad quos actus admittatur.*
18 *Induciæ deliberatoriæ an possint dari in criminali illi, qui plenè potuit instrui.*
19 *Libellus quare debeat offerri in iudicio. Et qualiter die feriata, numer. 21.*
20 *Dilatio non debet dari sine causæ cognitione. Et quare detur vna in causa ciuili. & plures in causa criminali. nu. 24.*
22 *Dilationes, quæ dãtur ad probãdum, an sint limitatæ. Et quot debeat iudex dare in causa ad probandum. nu. 23.*
25 *Lex quare in ciuili concessit plures dilationes reo, q̃ actori: sicut concessit in criminali. & nu. 26.*
27 *Causæ cognitio an requiratur in prima, secũda, & alijs dilationibus. Et qualiter hic accipiatur causa ciuilis, & causa criminalis. numero 31.*
28 *Iudex si dedit secundam, & tertiam dilationem sine causæ cognitione. an valeat.*
29 *Verbum, potest, iunctum cum negatiua necessitatem importat.*
30 *Dilatio, ꝙ non detur nisi vna in causa ciuili, quomodo intelligatur.*
32 *Pecuniaria causa dicitur tribus modis.*
33 *Capitalis causa sumitur tribus modis.*
34 *Pœna pecuniaria, quæ descendit ex crimine, an connumeretur inter causas criminales: an inter pecuniarias.*
35 *Crimina priuata an accedant magis ad naturam causæ pecuniariæ: an capitalis.*
36 *Actor si habuit duas dilationes: & reus similiter, qui non petit tertiam. an poterit actor in illa tertia dilatione probare de iure suo.*
37 *Reus si videt actorem velle vti beneficio tertiæ dilationis, & ei renũciat: vt si actor non vtatur, an possit inuito actore.*
38 *Dilatio vna in causa ciuili an erit communis actori, & reo.*
39 *Citatus, vt veniret ad respondendum libello, & ad omnes actus successiuè vsq; ad sententiam: comparuit, & respondit libello: an sit citandus ad alios actus subsequentes.*
40 *Impedimentum in personam qualiter probetur.*

1 PRæterea. † Induciæ deliberatoriæ denegãtur reo. quia per literas citatorias plenè potuisset instrui. communis diuisio. secunda ibi [q a igitur.] ¶ Primò no. de tenore rescripti in literis citatoriis inserendo: vel aliàs non valeret citatio, secundũ Io. qui hoc no. 3. q. 2. c. si episcopus. & Io. An. de illa materia plenè no. ĩ. de accusat. c. veniens. super fi. vltimæ gl. ¶ Secũdò
2 no, † ꝙ ex tenore potest quis quandoq; deliberare. Et est rõ. quia rescriptum continere debet quasi omnia, quæ libellus, vt s̃. de rescrip. c. super literis. cum ibi notatis. ¶ Tertiò no. ꝙ
3 iudex delegatus Papæ citat per literas: † vtrùm autem p edicta, vel per nuncium. & qđ de delegatis inferiorũ, vide plenè per Cy. in Auth. qui semel. C. quomodo, & quando iudex. ibi enim tractatur de citatione reali, vel verbali. & hæc verbalis est multiplex. quandoq; enim fit per edicta. qñq; per literas: vel per epistolam, vt hic. quandoq; per nũcium, de præscrip. 30. vel 40. an. l. sicut. & l. notissimi. & ĩ. de app. c. cum parati. qñq; per vocem præconis, vt dicta Auth. q semel. & C. de feriis. l. fi. qñq; per ipsum iudicem in sua persona citantem. de iudi. l. sancimus. in fi. & qđ no. in l. 3. C. qũo, & quando iudex.
4 ¶ Quartò no. † ꝙ in citatione quandoq; mittitur totus tenor
5 rescripti. qñq;, vt dicit gl. mittitur totus tenor libelli. † vtrùm autem sit necesse, ꝙ libellus mittatur cum citatorio, glo. hic, dum dicit, ꝙ hoc est ad cautelam, sentit, ꝙ non sit necessariũ. de quo plenè per Cyn. C. de litis contesta. Auth. offeratur.
6 ¶ Quintò not. † ꝙ citatio dẽt emanare à iudice. nã sine eius iussu non dẽt nuncius quem citare, vt l. neminem. C. de exhi.
7 re. & ibi per Cy. ¶ Sextò no. † ꝙ induciæ deliberatoriæ denegãtur ei, qui potuit per tenorẽ citationis instrui de detentione actoris. & qui certus est, amplius certificari non debet, vt ibi in fi. de act. empti. Nam superfluis non debemus vti, vt l.
8 stipulatio. §. diuus. ff. vt leg. no. ¶ Septimò no. Io. An. † ꝙ induciæ citatoriæ non requirunt causæ cognitionem. cum dentur parte absente, vt l. nec quicq̃. §. vbi decretum. de offi. præto. & idẽ de deliberatoriis, quę augeri possunt, & diminui, vt patet ex no. s̃. de procura. c. dilectus, præparatorię verò, & instructoriæ non dantur sine causę cognitione. 3. q. 3. c. spatiũ. §. à iudice. ¶ Octauò colligit etiam hic Io. An. ꝙ licet iudex delegatus non mittat rescriptum apostolicum bullatum citato. ex quo mittit tenorem, & non bullatum, comparere debet. de hoc. s̃. de offi. delega. c. cum in iure. ¶ Oppono ad fin. c. vbi dicitur, ꝙ postquam potuit per tenorem rescripti instrui, denegatis induciis deliberatoriis procedendum est in
a causa. Et sic innuit, ꝙ nõ sit alius libellus offerendus [a] in cã. ¶ Sed contra de Auth. offeratur. C. de litis contest. canonizata. 3. q. 3. & s̃. de lib. obl. c. j. Sol. nõ negat iste tex. libellum offerendum post comparitionem. ¶ Et ideo ad text. dum dicit [procedendum est potius.] &c. supple libello legitimè oblato, lit. contest. & præstito iur. ca. aliàs contradiceret c. fanè. s̃. titu. proxim. secundùm Io. An. ¶ Expeditis notabilibus, restat hic examinare apparatum vtilem Inn. & deinde gl. Inn. enim tractat, qñ quis teneatur citatus coram iudice comparere. & primò in delegato. secundò in ordinario. tertiò qualiter procedatur contra absentem legitimè citatum. quartò, quando, & ad quos actus contumax postea veniens admittatur. & sic expediam eius apparatum per quatuor principales quæstiones. Apparatum etiam gl. quæ tractat de induciis conce-

concedendis actori,& reo,vel etiam denegandis, expediam per 9.alias quæstiones.& sic erunt.13.¶Primò ergo quæro.
9 †quidam asserens se delegatum Papæ citat me per literas,vt compaream coram eo:an tenear comparere? an valeat eius processus contra me? ¶Ex dictis in hoc confusè relatis p Io.An.breuiter sic distingue.aut in rei veritate iste non erat delegatus(vt dicebat.)aut erat delegatus.primo casu non valet,qđ facit contra me absentem,& non cōparentem.nec mirum, qa non valet qđ faceret contra me præsentem,& tacentem:& si expressè pronunciaret se iudicem competētem. qa in eo taciturnitas,& etiam expressus consensus,& eius interlocutio non sufficiunt ad inducendā iurisdictionem,'vbi non est,vt l.priuatorum cōsensus.C.de iuris.om.iudi.& hoc tenet
10 Cy.in l.ex quacunq;.in 10.q.ff.si quis in ius vo.non ierit. † secundo casu quando erat in rei veritate delegatus.& substingue.aut transmittit tenorem suæ delegationis:& tenebit cōparere,vt hic,& dixi.s.in 8.notabili.aut non inseruit in citatione tenorem suæ delegationis.nec causam assignauit,quare supra eum habet iurisdictionem.& non tenetur comparere: nec pōt dici contumax,quantuncūq; ille esset delegatus. ff.si quis caut.l.si seruus.& l.quoties. & l.vlti.C. ne de sta.defunc.de quo.s.de officio deleg.c.prudentiam.in glo.2.Sed dices per talem assertionē citantis citatus potuit dubitare, an ipse esset iudex,vel non:ergo debuit in dubio comparere, vt ff.de iudi.l.si quis ex aliena.Sol.ibi ex parte iudicis affirmantis.sed habere iurisdictionem erat præsumptio; quia præerat iurisdictioni ordinariæ. pro qua generaliter psumitur in suo territorio.Sed in delegato cessat illa præsumptio:nisi ostēdat literas suæ iurisdictionis prima facie validas,quæ faciant præsumptionem pro eo.ff. de car.edic.l.3. §.causæ. & hæc vera, nisi esset delegatus ad vniuersitatem causarum, vt est delegatus missus in prouinciam.Isti enim sufficit, qđ publicè faciat fidem,etiam si singulis non det literas subdelegationis.ff. de inst.act.l.sed si pupillus.§.proscribere.¶Item in legato de latere.qđ dic,vt s.de offi.delega. c.cū in ius.& hoc de legato.
11 ¶†Secundò quæro de ordinario citante: an citatus semper debeat comparere. respondeo,distinguendo quatuor casus. nam quandoq; citat prorsus non subditum. qnq; exēptum. quandoq; suum subditum, habentem tamen beneficium declinandi forum:vt sunt scholares.quandoq; subditum omni respectu.i.sine beneficio declinandi.primo casu, quando citat prorsus nō subditum:tunc aut citat ipsum sine causa: aut expressa causa:quæ facit ipsum iudicem, fortè ratione contractus,vel delicti.si sine causa,non tenetur,vt l.extra territorium.de iuris.omnium iudi.& c.vt animarum. de consti.li.6. ¶Si autem citat expressa causa,quæ reddit ipsum iudicē: & tunc aut illa causa est vera:& tenet processus,etiam in absentia habitus, iuxta formam traditam in curia Romana. §.cōtrahentes.de foro compet.lib.6.¶Si autem illa causa nō est vera(puta sponte litigauit coram eo non errans:nec in facto nec in iure.)& valebit processus,& sententia contra eum, & & erit per suum ordinarium exequenda,vt patet ex no.s. de foro compe.c.postulasti.¶Si verò de hoc dubitatur, vtrùm litigauerit per errorem,vel ex certa scientia.Spec.in persona perita præsumit scientiam.In simplice pręsumit ignorantiā, vt ipse no.in tit.de compe.iudi.adi §.j.ver.sed nunquid præsumitur.Bar.idem sentit,nisi iudex pronunciasset se iudicem competentem:tunc enim illa sententia facit ius. nec postea posset dubitari,vel in dubium reuocari de errore, vel prorogatione termini.& hoc verum,vt dixi,cum ordinarius ex causa non vera processit contra præsentem: Si verò non subditus coram eo citatus ex causa,quæ reddit ipsum iudicem(licèt falsa)non comparuit.& sic in eius absentia iudex processit:an processus valeat, dubitatur.dic ergo, quòd aut citatio eum apprehendit in territorio iudicis:aut extra. primo casu quando in territorio iudicis apprehendit eum citatio:tunc si talis erat causa,in qua poterat li.non contesta.procedi,valebit processus,& sententia contra eum. Et pone in deposito, & excommunicato.& hoc propter fundamentum citationis factæ intra territorium,& ex iusta causa:licèt falsa in effectu. Si verò citatio non apprehēdit eum.ī.territorium.sed extra. & tunc aut non comparuit,aut comparuit,& deinde contumaciter recessit:aut non contumaciter,sed eius iudicium declinauerit:aut sponte litigauit. ¶Primo casu quando nullo modo comparuit:tunc non tenebit,scilicet contra eum, processus,vel mulcta,vt l.non videtur.ff.de iudiciis.¶Secūdo casu quando venit,& contumax recessit.& tunc tenebit processus,mulcta,& excommunicatio.licèt causa, propter quā ille ptendit se iudicem,nō sit vera.imputet enim sibi,ꝙ exceptionem non opposuit:de qua ipse idem iudex cognouisset: vtrū esset iudex,vel nō,vt s.de rescrip.c.super literis. & quod ibi p Io.An.in vlt.glo.ver.quærit Inn.Sed posses hic instare,& dicere.cum supra dictum sit,ꝙ si ille,qui procedit tanquā delegatus, cum non sit,etiam parte præsente, non valet. quare non dicimus ita in ordinario procedente contra non subditum ex causa falsa:ꝙ eius processus non teneat?Respōdet Inno.ꝙ iurisdictio delegata hēt limitatos,& certos fines, quos transgredi non valet.de rescrip.c.cum dilectus.de offic. dele
12 ga.c.P.g.¶†Sed ordinarius in suo territorio,& incolis eius, & in aliis generalē,& liberam habet administrationem.& iō qdqd,facit cōtra eos,quos in suo territorio inuenit,siue sint incolæ,siue extranei,totum tenet prima facie. Et est alia rō, secundùm Host.quia iurisdictio ordinaria est fauorabilis: delegata autem odiosa.de reg.iur.c.odia.lib.6. ¶Tertio casu quando comparuit,& eius iudicium declinauit ea ratione,ꝙ ibi nō contraxit, vel deliquit.(& sic nō est de eius iurisdictione.)tunc vtrùm iudex de illa exceptione cognoscere valeat. & si valet,cum concernat negocium principale:vtrùm reseruabit post lit.contest.vel ante.cum sit opposita ad declinandum forū?dic vt no.Cy.in d.l.ex quacunq; in 12.q:se.& seq. & ibi etiam per Bar.& plenè dixi in repetitione c. postulasti. de foro compe.in prima qōne.¶Quarto,& vltimo casu quādo spōte litigauit.& tunc valet processus, vt dixi s.& hoc de hoc primo membro principali,quādo ordinarius citat prorsus non subditum.¶Secundum principale membrum in or-
13 dinario est,†quando citat exemptum:tunc an teneatur comparere,& allegare priuilegium suum.& si non veniat, teneat processus contra eum.dicit Cy.ꝙ aut sunt ipso iure exempti. & immediatè subiecti alii iudici.& tunc si quidem hoc sit notorium:& non tenetur venire.nec tunc teneat processus. aut non sunt ipso iure exempti(vt viduæ,pupilli, & miserabiles psonæ,quæ non sunt ipso iure immunes: sed habent facultatē se subtrahēdi.) & isti debent venire, & proponere suum ius: aliàs tenet processus.& hoc est,qđ dicit lex,ꝙ legatus, q habet ius reuocandi domum, tenetur venire.quia ipso iure sibi hoc priuilegium non competit,vt l.si quis ex.in fi.ff. de iudi. pone etiam exemplum in scholari,qui habet tres iudices,Potestatem,episcopum, & rectorem,vt in Auth.habita.C. ne filius pro pa.Si enim citatus corā altero ex prædictis non cōparet,mulctari poterit,& procedi contra ipsum.& istud exēplū ponit Bar.in d.l.ex quacunq;.qui approbat,qđ prædictū est, & allegat Inn.de verb.signi.c.ex parte.& Bal.in d.l.generaliter.vbi infert ex pdictis.ꝙ processus iudicis secularis cōtra clericum non comparentem coram eo non tenet.qa clericus ipso iure exemptus est ab eius iurisdictione. super quo vide, qđ dixi.s.de foro compe.c.nullus.per illa fit declaratū etiam tertium membrum:qđ fit,cum ordinarius citat subdi-
14 tum:qui tamen poterat declinare forum.¶† Quartum membrum est, cum citat subditum omni respectu, qui nullo modo poterat declinare eius forum.tunc vtrùm semper debeat competere.dicēdum est regulariter,ꝙ sic.fallit, si citatio est nulla.qđ contingit ex multis causis.qđ no.3. q. 2. c.si qs ep̄s. vbi glo.magna.cuius effectum Inno.reassumpsit hic notabiliter.¶Ex cuius dictis ita distingue.Nam quandoq; citat subditum

ditum super causa, quæ non potest esse de eius iurisdictione. vt si iudex laicus citat subditum, ꝙ compareat responsurus super re spirituali: & non valet citatio, vt c. decernimus. de iudiciis. & de ordine cogni. c. tuam. ¶ Quandoq; citat eum super causa iurisdictionis suæ: & tunc aut in citatione exprimitur, per qđ potest cõpetere citato exceptio declinatoria fori. vt si citatur, ꝙ compareat responsurus militi alterius negocia procuranti: vel excommunicato: vel esset citatus de illis personis, quæ possunt iudicium declinare. de quibus in l. j. & 2. ff. de in ius voc. & non tenetur istis casibus comparere. ¶ Idem si citatur super re, de qua non potest esse. vt de Sole, & Luna. ff. de iudi. l. non quemadmodum. ¶ Idem si exprimat locum inhonestũ: vbi citat eum. ff. de arbi. l. si cum dies. §. si arbiter. ¶ Et generaliter dicit Inn. vbicunq; in citatione ponitur aliquod iniustum: vel inhonestum. vel si nõ sit turpe, vel iniustũ: est tamen tale, qđ exprimitur: ꝙ certum est, ꝙ contra eum, q agit, competit exceptio declinatoria iudicii, vt in prædictis exemplis. & si vocetur spoliatus, ꝙ veniat responsurus spoliatori in causa ciuili. de restitu. spo. c. frequens. lib. 6. ¶ Si verò in citatione non exprimatur talis causa: tunc aut notoriũ iudici, & aduersario competere except. reo. vt si citatur, ꝙ veniat ad locũ sibi notoriè non tutũ. & non valet citatio. vt cle. pastoralis. §. sanè. de sent. & re iudic. & s. vt lite non contest. c. accedens. j. & ibi tetigi. aut excep. reo competens nõ est notoria. & tunc, postquam nullum turpe exprimitur in citatione: nec subest causa, quare præsẽtiam iudicis adire non possit: tunc ire tenetur allegaturus iura, & priuilegium suum: & nisi iuerit, poterit mulctari: quis si iuisset, exceptione legitima potuisset se tueri. ff. si qs ius di. l. j. ¶ Sed cõtra supradicta posses instare, & dicere, ꝙ semper debeat comparere, etiam in prædictis casibus, quãdo in citatione aliquid exprimitur: per qđ pateat competere exceptionem declinatoriam. Nam
b vix vnquam poterit continere citatio aliquid iniustũ. qđ nõ possit excusationem, & dubitationem habere. vt verbi gratia citatus est dominus, respõsurus seruo suo: vel filius patri. certis enim ex causis potest esse inter eos iudicium, vt no. in l. lis nulla. & l. vix certis. ff. de iudi. ¶ Et idẽ est reperire in aliis exceptionibus propositis. ad hoc respondet notabiliter Inn. ꝙ ex quo illicitum est iniustum, posuit in citatione: nisi adiiciat causam, & excusationem illius iniusti. & prima facie ire non tenetur. ¶ Et per istud apparet verũ esse, qđ dixi supra in ordinario citante prorsus non subditum, non expressa causa: & in iudice laico citante clericum, ꝙ venire non tenetur. ¶ Nã licèt possint esse casus, in quibus possit esse dubium, an cognoscere possit. tamen quia talis casus est aduentitius, & sin-
13 in iure ciuili,quæ cõpetunt pro rebus sacris,publicis,& priuatis.de quibus gl.magna quædam hic enumerat.s.interdictũ vnde vi.aut clam.vti pos.vtrobique.quorũ bonorũ.quorũ lega.Saluianũ.de iti.actuq; pri.de lib.exiben. de tabu.exhib.quæ pro iuuenibus per exempla declaro, & primo &c. plura alia vide in Spe.hoc eo.tit.§.porro.& §.se.¶ Ista inter dicta in diuersis casibus competunt. & ideo de quolibet in Dig.& etiã Cod.sunt tituli speciales.ex quibus patenter ostẽditur, ꝙ diuersam hñt naturã.cõueniunt tñ oĩa interdicta in pluribus,vt plenè ꝑ gl.in l.incerti.C.de ĩterdictis.& l.in interdictis ff.de interd. titu. generali.de omnibus per exempla dicam in c.sæpe contingit.j̃.titu.j.& quia tex.& glo.prosequit de interdictis,quæ spectant ad rem familiarem. & hæc sunt aut adipiscendæ,aut restituendæ,aut recuperandæ possessionis,vt l.2.§. hoc autem.ff. de interdictis. Ideo omissis aliis, quæ competunt de diuinis, rebus, & publicis. de prædictis tribus prosequar, declarando, quando possunt concurrere,& qñ nõ,& alia,vt patebit j̃.¶ Primò ergo oppo. dicitur hic,ꝙ primò egit petitorio:& pendente dicto iudicio,potest possessorium adipiscendæ, & recuperandæ possessionis intentare.¶ Sed contra hoc opp.& videtur, ꝙ nunquam simul possunt ista duo iudicia ventilari, vt l. ordinarii. C. de rei ven.& l.incerti.de interdic.So. glo. quæ incipit. nouo tamen.& glo.renunciatio &c.sentiunt istud contrarium,& succinctè pertranseunt hic:sed plenius examinant.s̃.eo. c. 2. & j̃.c.proxi.¶ Referamus igitur breuiter motiua glo. & Doc. super illo articulo.Io.& Accur.dicunt,ꝙ nullum possessoriũ põt cũ petitorio intẽtari.& probãt primò,qa possessio est cã ꝓprietatis.& ꝑ acquisitionẽ possessionis deuenimus ad acqsitionẽ ꝓprietatis,vt l.1.ff.de acq.pos.& C.e.ti.l.ꝑ ꝓcuratorẽ. & l.traditionib.C.de pactis.ergo dẽt in ordine ꝓcedere,sicut causatum, siue effectum suum. ¶ Secundò ad idem facit ff. de reg.iur.l.nemo.§.quoties. vbi simul agi non potest pluribus actionibus ad idẽ cõpetentibus.Sed ita est hic: quia ad eandem rẽ agitur petitorio,& possessorio. ergo &c. ¶ Tertiò hoc expressè probant per alleg.l.ordinarii.& l.incerti.& l.si de vi.ff.de iudi.qbus expressè dicitur, ꝙ agendũ est prius de possessione.¶ Pet.de Bel. perti.vt refert Cy.in dicta l.ordinarii.tenet totũ contrarium, videlicet ꝙ omne possessoriũ possit cum petitorio intentari. probat hoc quatuor rationibus.& prima,quia competunt ad diuersa.nã aliud ẽ possessio,aliud proprietas.ff.vti possi.l.si duo.§. fi. & l.naturaliter, §.nihil commune.de acquiren.possess.ergo admittitur cõcursus,& non cogitur eligere, vt dicta l.nemo.§.quoties. & per hoc sit responsum ad rationem factam.s̃.in contrariũ.¶ Secundò hoc probant iura,quæ dicunt,ꝙ ista duo iudicia non debent diuidi:sed sub eodem iudice ventilari,vt l.nulli.C.de iudi.& s̃.eo.c.1.& 2.¶ Tertiò quando duo iudicia sic se habent:ꝙ sententia lata in vno non parit exceptionem rei iudicatæ in alio,ibi admittitur concursus,iuxta no. in l.fundi. & l.fundum.ff.de excep. Sed ita est in possessorio: vt sñia lata in eo non pariat exceptionem rei iudicatæ in petitorio, vt l.an eandem. §.fin.ff.de excep.rei iudi.ergo. &c.¶ Quartò quia sicut possessorium est ordinatum ad petitorium. Ita actio ad exhi. ad rei vend.sed actio ad exhib. potest simul cõcurrere cum rei ven.vt no.Cyn.in d.l.ordinarij. in 2. q. Et in hac opin.residet Pet. & Cyn.dicit eam veram, sicut euangelium.¶Tertiò est opi.Mart.distinguentis inter possessorium recuperandæ,& adipiscendę.& possessorium retinendæ.primo duo possessoria possunt intentari.Casus est in l.cum fundũ.§.fi.ff.de vi,vi.& arma. quæ loquitur in interdicto recuperandæ.& ff.quorum leg.l.1.§.qui autem.quæ loquitur in possessorio adipiscendæ:sed tertium, scilicet possessorium retinendę non potest simul intentari cum petitorio,& hoc ratione contrarietatis. Intentans enim dictum possessorium retinendę,fatetur se possidere, vt l.prima.ff. vti possi.sed agendo petitorio negat se possidere,vt c.examinata.s̃.de iudi.videtur ergo sic agẽdo vtroq; sibi cõtrarius: ideo repellendus, vt l.1.C.de furtis.& istã opinio.de concursu possessorii recuperandæ,& adipiscendæ approbat illa Decretalis,s. ꝙ concurrant cum petitorio:sed de possessorio retinendæ vtrũ cõcurrant.vel non,tex.nihil dicit. Mar.(vt dixi)tenet, ꝙ nõ.idẽ Accur.idẽ etiam hic Bar.in glo.magna.& s̃. c. 2. ¶ Et illam opi.sequuntur moderni in casu, quo volens agere petitorio possi-

possideat oĩ iure,scilicet ciuiliter, & naturaliter, & detineat: non enim reperitur persona illo casu,in quam actio dirigat. Sed si possideo ciuiliter,& naturaliter, & alius detineat:possibile est proponere interdictum retinendæ propter turbatione,quæ adhibetur in ciuili,vel naturali possessione: & nihilominus proponere iudicium petitoriũ ratione detentationis, quæ est penes alium,vt l.officium. ff.de rei ven. & l.venter.§. in bonis.ff.de priuile.credi. & tunc non sum mihi contrarius. ¶Sed si possideo ciuiliter tantũ, & alius naturaliter, nihil ꝓhibet interdictũ retinendæ proponi pro ciuili possessione turbata. & nihilominus petitorium ratione possessionis natura-
14 lis,quæ est penes alium. ¶†Diuersis ergo respectibus potest concurrere petitorium cum possessorio retinendæ, vt no.in l. naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquiren. pos. Et hoc etiã tenet hic Ioan.An.& Pau.de Leaza.qui subdit, quòd ponderata ratione huius duplicis possessionis, idem potuisset Papa respondere in interdicto de retinenda, quod in adipiscenda, & recuperanda.¶Sed contra hoc sic oppo.agendo rei vendica.pro naturali,quæ est penes alium,ipsam consequar, si pro me feratur sententia,vt.ĩ.c.proximo. & l.officium. de rei vendica.Item si obtinendo in interdicto vti pos. intentato ratione ciuilis possessionis penes me consistentis.Illam eam naturalem cõsequar:propter quam turbabatur mea ciuilis,vt no. in l.clam possidere.§.qui ad nundinas. ff.de acqui.pos.ad qđ c.Pisanis.ĩ.ti. proxi.Si ergo per vtrumq; iudicium idem consequor:videtur,quòd non debeant ambo concurrere;sed debeam alterum eligere,vt l.nemo ex his.§. quoties.ff. de regu. iur.¶So.vt no.Bar.in d.§.nihil.in examinatione 5.lectu.¶Secundò contra prædicta oppo.& videtur, quòd indistinctè ille,qui egit petitorio,possit intentare possessorium retinendæ possessionis.vt est vti pos. vt l. naturaliter.§. nihil commune. ff.de acquir.pos.vbi tex.dicit,quòd non prohibetur agere interdicto vti pos.qui cæpit rem ven. ¶So.glo.magna circa medium format istud contrarium, & soluit duobus modis. primò,quòd ibi ille,qui egit petitorio, ignorabat se possidere: sed postea melius informatus egit interdicto vti pos. Secunda solutio est,quòd ibi renunciauit in petitorio prius moto. Ideò põt postea intentare possessoriũ retinendæ.¶Examinemus ergo breuiter,quomodo possit esse verus primus intellectus.& dico eum esse verum: quia quando ignorat se possidere,non videtur possessioni renunciare : licèt intentet petitorium,vt no.in l.si duo.ff.vti pos.Si autem sciret:an tunc intentando petitorium videatur renunciare possessioni. dicit Bar. quòd sic, quando possidet per seipsum. nam si simplex nunciatio noui operis operať amissionẽ possessionis, vt l.de pu. §.meminisse.ff.de oper.no.nun. multò magis propositio petitorij.vbi videor dicere aduersarium possidere. Si verò possidet per seruum,vel colonum:tunc agendo rei ven.non perdit possessionem,quam solo animo non potest perdere:nisi alius ingrediatur.vt l.peregre.§.quibus.ff.de acqui.pos.Quomodo autem possit contingere,quòd quis ignoret se possidere.dic, quòd possidebat ꝑ aliũ.ff.pro suo.l.si. ¶Circa secundum in-
15 tellectum quæro. †quando actor expresse renunciat petitorio.vtrùm dominium (si quod habebat) quæratur reo ex tali renũciatione.videtur,quod sic,per l.postquam liti. et ibi not. C.de pac.¶In contrarium videtur casus. C. de transac.l.si ꝓ fundo.certum est enim,quòd per transactionem quis renunciat iudicio.per hoc tamen non transit ad reum dominiũ fundi penes eum relicti,vt no.C.de vsuca.pro emp.l. penul. facit ff.de excep.rei iudi.l.exceptio.& quod ibi no.& ita not.Bart. in dicto.§.nihil commune. in examinatione secundæ lecturæ illius.§.vbi quærit,quando sic renunciat expresse, vel tacitè. quod est, quando ratione contrarietatis ista duo iudicia non procedunt. quando verò procedunt,ita quòd non renunciať: sed suspenditur in euentum vtriusq; iudicij.& hoc ex eo;quia talis suspensio fit lege permittente: ideò pœnam nõ meretur: vt l.Graccus.de adulte. & ita tenet Cyn.in l.incerti. C. de interdic.& no.infra eo. c. cum olim. ¶Et per prædicta satis li-
16 quet:an possint petitorium, & possessorium concurrere.† Nã possessorium recuperandæ, & adipiscendæ possessionis con-
17 currunt sine dubio,vt in illo.c. † Sed possessorium retinendæ cum petitorio non concurrit simpliciter, sed cum quadã modificatione,vt vidistis supra in primo contrario. circa finem. ibi Mar.&c.¶Aduertendum tamen,quòd d.Bar. lucerna iuris,illam materiam de concursu petitorij, & possessorij prohibito, vel concesso,alto, & claro stilo prosequitur in dicto.§. nihil commune. vbi ponit septem modos, vbi potest contingere iste concursus. quos modos combinationes appellat. ¶Prima combinatio est, quando vnus & idem proponit primò petitorium:secundò possessorium. quod an possit,respõdit primò in possessorio adipiscendę.Nam aut sic se habet ad petitorium,quòd electione tollitur.& non potest proponere, vt l.fi.C.de codi.Aut sic se non habet. & tunc aut est conclusum in petitorio,aut non,vt in isto.c.contra quod tamen oppo.quòd sententia, quæ fertur in petitorio,obstabit in possessorio adipiscendæ. ergo non admittitur concursus, vt l.fundi.& l.fundum.de excep.rei iudi.¶Sol.dicit ipse. istud nõ est semper verum:sed ita demum, si reus probauerit se dominũ. sufficit ergo (ne concursus impediatur) sic se habere secundũ iudiciũ: vt non semper sententia lata in primo iudicio sibi obstet,vt ibi per eum.¶Secundò in possessorio recuperãdæ distingue duo membra,vt in isto.c. ¶Nam ante conclusionem potest; quia contra dictum agentem possessorio exceptio dominij non admittitur, vt no.supra eo.c.1. & l.si quis à se fundum. C.ad leg.Iul.de vi. post cõclusionem etiam potest in casu,quo iudici apparebit,vt in isto.c.¶Tertiò in possessorio retinendæ dicit,quòd aut secundo loco proponitur diuerso respectu.i.pro alia possessione, quàm deducta fuerit in priori iudicio.& potest,vt dixi supra in primo contrario.aut proponitur eodem respectu. i. respectu eiusdẽ possessionis, ꝓ qua ago petitorio in primo iudicio. & tunc aut intento possessorium retinendæ ratione possessionis quæsitum post intentatũ petitorium.& possum.Casus est in dicto. §.nihil commune.secundùm quartam lecturam.Aut ratione possessionis, quã me habuisse prætendo tempore intentati petitorij.& tunc aut ꝓtendo ignorantiam,vel prætendo per alium possidere.& possum:quia sic tunc possessio talis non perditur,intentando petitorium.Aut possidebam per me ipsum, & hoc sciebã.& tũc agere non possum possessorio retinendæ: quia intentando petitorium, primò videor renunciare possessioni, quam habebam,vt dixi supra in secunda opinione.Et hoc verum,quando reus conuentus secundo loco possessorio retinendæ fatetur me possidere.¶Si verò negat, non videor renunciare petitorio prius inito:quia ex assertione mea (scilicet quòd possideam) non potest niti, postquã ipsam negat.sicut dicit Spe. de positione negata in titulo de positio. §.8. fateť enim Bart. quòd hoc casu propter contrarietatem erit prius procedendum in possessorio,vt l.incerti.C.de interdic.& l.ordinarij.de rei.vẽd.¶Et hoc breuiter de prima combinatione, quæ fuit. si vnus,& idem post petitorium intentauit. Secundò possessorium adipiscendæ,& recuperandæ,vel retinendæ vtrùm possit.collige ex prædictis. ¶Secunda combinatio est, quando vnus & idem proponit primò possessorium: secundò petitorium.& sic econuerso ad primam.& distingue similiter: quia aut primum possessorium fuit adipiscendæ, aut recuperãdæ, aut retinendæ.¶Si fuit adipiscendæ.& concurrit cum eo petitorium postea intentatum: quia illa iudicia non tolluntur electione.nec sententia lata in primo parit exceptionem rei iudic.in secundo, vt l.an eadem.§.fi.ff.de exce.rei iudi. ¶Secundo casu.s.si fuit recuperandæ.& idem, quia petitorium secundo loco propositum cum eodem cõcurrit.Sed vtrùm cum beneficio huius.c.scilicet vt instante actore, suspendatur prosecutio possessorij prius intentata.not.in clemen.1.eo.ti. ¶Tertio casu si fuit retinendæ.& tũc aut diuerso respectu sine possessione,

sessione.& ꝓcedet vtrūq;.aut eo.& tunc aut petitorium scđo
loco ꝓpositum intentat respectu eiusdem possessionis, quam
dicit se pdidisse post intentatum possessoriū. aut dicit se per-
didisse eam ante. Primo casu, aut dicit se perdidisse ante litē
contestatam, aut post.si ante, videtur renunciatum possesso-
rio.si post,non videtur renunciatum: sed procedit vtrunq; iu
18 dicium.Ratio est, †quia interdictum vti pos. datur ei,qui lit.
contesta.tempore possidebat.Insti.de interdic.§. hodie.¶Se
cundo casu principali proponendo petitorium, videtur renū
ciare.& hoc pp contrarietatem, vt ibi per eum in tertia lectu
ra.¶Tertia combinatio est, qñ vnus simul, & semel ꝓponit
vtrunq; scilicet petitorium & possessorium.& tunc in posses-
sorio adipiscendæ,& recuperandæ admittitur cōcursus.¶In
possessorio retinendæ distingue eodem, vel diuerso respectu:
vt si eodem, non possit.si diuerso,possit.¶Quarta cōbinatio
est,qñ vnus primò petitorium. alius scđò petitorium intenta
uit.& hic distingue: quia aut scđo loco alius intentat possesso
rium recuperandæ,aut adipiscendæ, aut retinendæ possessio
nis. si recuperandæ. & tunc aut ratione spoliationis secutæ,
postquam conuentus fuerat petitorio. & procedit vtrunq; iu
dicium,vt l.si constiterit. C.fini.reg. aut rōne spoliationis fa-
ctæ,antequam contra eum petitorio foret actum.& tunc aut
agit possessorio respectu alterius possessionis,q̄ cōueniat.pu
ta conuenit petitorio:quia ciuiliter possidet, vel detinet,ipse
agit possessorio recuperandæ:quia dicit se spoliatum, saltem
naturali.& procedit vtrunq; iudicium,sm̄ Bar.qđ dictum nō
perfectè capio: quia spoliatus non possidet, vel detinet vllo
modo. qūo ergo conuentus fuerit petitorio, si ante erat spo-
liatus,nō video:nisi dicas,ꝙ spoliator fuerit ꝓtestatus, ꝙ nō
19 intendebat eum priuare ciuili, sed naturali tm̄. † Regulatur
n.protestatio sm̄ animum ꝓtestantis,vt no.Bar.in l.non solū.
§.fi.de ope.noui nū.ad finem materiæ protestationis. ¶Si ve
rò eodem respectu eiusdem possessionis, qua conuentus fuit
petitorio,agit possessorio recuperandæ.& tunc aut ante li.cō
testa. super petitorio: aut post. primo casu procedetur super
possessorio,ēt si fuisset confessus se possidere: quia licet pœni
tere.ff.de rei.ven.l.si is,qui se obtulit.¶Scđo casu quando ꝓ
ponitur post lit.contesta.super petitorio: & tunc aut confes-
sus fuit se possidere. & non potest agere possessorio recupe-
randæ: quia esset sibi contrarius, dicendo modo se spoliatū,
cum prius dixerit se possidere.ergo repellendus,vt l.1.C.de
furtis. ¶Aut non dixit se possidere (quia non fuit de hoc in-
terrogatus.)& tunc poterit proponere possessorium recupe-
randæ:nec per hoc supersedebitur in petitorio.¶Nā illa ex-
ceptio.ꝙ prius cognoscatur de causa spoliationis, est dilato-
ria,vt no.Inno.in c.cum dilectus.de ordi.cogni. ¶Et quis sit
effectus istius iudicij, quando quis conuenitur petitorio,
& non possidet:nec fuit interrogatus hæres. no.ff. de excep.
rei iudica.l.si à te. §.1.& hæc dicta sint,cum post intentatum
petitorium ab vno proponitur possessorium recuperādæ ab
alio. ¶Quandoq; proponitur possessorium adipiscendæ. &
tunc aut ista iudicia proponuntur diuersis respectibus. & nō
est dubium, quòd procedunt: aut eodem respectu. & tunc
aut reus illud proponit ante litem contestatam.& in solo pos
sessorio procedetur. Ideò quia intentando possessorium adi
piscendæ negat se possidere.ergo &c. vt l. fina. ff.de rei ven-
dica.Aut reus illud proponit post litem contestatam.& tunc
aut conuentus primò petitorio confessus fuit se possidere:
20 aut non, vt dixi in præcedenti membro. ¶†Restat videre,
quando proponitur interdictum retinendæ. & tunc aut pro-
ponitur diuersis respectibus:aut procedit vtrunq; iudicium.
pone exemplum. Reus conuentus rei vendicatione turba-
tur ab actore in possessione,qua conuenitur. Constat enim
posse agere interdicto vti possidetis. contra talem turbato
rem,non prætendentem se possidere,vt l.si duo.§.item videa
mus. ff. vti possidetis. Aut agit reus respectu eiusdem pos-
sessionis, pro qua conuenitur (quia actor eam se asserit pos-
sidere ante litem motam super possessorio. & proceditur in
solo possessorio secundo loco proposito: quia actor hoc ca-
su videtur petitorio renunciare propter contrarietatem. aut
se asserit possidere post litem contestatam super petitorio.
& procedit vtrunque iudicium. ¶ Quinta combinatio est,
quando vnus proponit primò possessorium: alius secundò
petitorium.& sic econuerso ad præcedentem. quo casu dic,
quòd aut possessorium primò propositum fuit recuperādæ.
& tunc aut petitorium secundò propositum proponitur per
modum agendi.& non pōt:qa ille intentando primò posses-
sorium negauit se possidere: ergo nō quæritur petitorio,vt l.
fi.de rei ven.¶Item qa causa spoliationis est priuilegiata: vt
primò de ea cognoscat, vt c.fi.s. de ord.cog. aut proponitur
in modū excipiendi.& tunc aut agens spoliatione in hoc cō-
sensit,aut nō.primo casu admittitur. secundo repellitur in c.
1.j.ti.1. ¶Si verò possessorium primò intentatum est adipi-
scendæ.& tunc aut diuerso respectu: & potest. aut eodem:&
non potest.quia agens primò possessorio negat se possidere,
ergo &c.vt dicta l. fina. nisi fortè conueniretur ratione pos-
sessionis primò quæsitæ. ¶Si verò fuit propositum primo
loco possessorium retinendæ.tunc aut diuerso respectu:& ꝓ-
cedat vtrunque iudicium.aut eodem: & tunc prius cognosce
tur de possessione.non enim simul concurrunt ratione con-
trarietatis,& ratione ordinis. & sic potest intelligi. l.incerti.
hoc tamen casu cognitio super possessorio facilis erit. nam
ille, qui secundò proponit petitorium :videtur renunciare
possessioni,quam primò asserebat se habere. Ideo iudex il-
lum,qui possessorio agit, pronunciabit in possessione potio-
rem:nisi possideat vi,clam,vel precario.¶Sexta combinatio
est, quando simul & eodem tempore vnus proponit petito-
rium,& alius possessorium.illo casu (quodcunq; sit possesso-
rium) semper debet de eo primò cognosci. Ita tenet gloss.
C.de interdict. l. incerti. quod verum putat Barto.in quoli-
bet interdicto. & primò probat in interdicto recuperandæ.
quo si vnus proponit petitorium, & alius possessorium inten
tat,hic est contrarietas:cum vnus asserit alium possidere agē
do petitorio.& ille negat agendo possessorio. vnde impedia-
tur concursus ratio contrarietatis, & etiam ratione ordi-
nis.quia spoliationis causa est primò tractāda, vt l.si deniq;.
ff.de iudiciis. Eadem ratio contrarietatis, & ordinis subest
in interdicto adipiscendæ. ¶Item in interdicto retinendæ,
prout agitur.quia aduersarius se possidere contendit, subest
ratio contrarietatis, & ordinis, nisi diuersis respectibus, vt
sæpius dictum est.¶Septima,& vltima combinatio est, quan
do vterque proponit petitorium, & possessorium.& quilibet
asserit se possessorem, & dominum: tunc secundùm omnes
& ratione contrarietatis, & ratione ordinis iudiciarij debet
præcedere possessorium.ff. vti possidetis.l.1.§. hoc autem.&
ff. de iudiciis.l. inter legatos. Et per illas septem combina-
tiones apparet illā materiā perfectius declaratā, quæ est sub
tilis, & obscura per multos tramites deriuata, vt vidistis.
¶ Et vnum post Barto.non omittas,quòd in omnibus com-
binationibus prædictis si possessorium, quod proponitur,
habet causam dominij: non concurret cum petitorio, ob-
stante illa secunda: quòd sententia lata in vno, parit excep-
tionem rei iudicatæ in alio.ff.de interdict. l. 2. §. quidam.
¶ Et prædicta locum habent solùm cum quæritur: an pos-
sint simul in iudicio cumulari, siue deduci ab eodem, vel di-
uersis. ¶ In casibus verò, in quibus supra declaratum est
posse ꝓponi,quis erit exitus vtriusq;? Cy. plenè distinguit in
d.l.incerti.& Ioan.And. etiam in isto. c. sic distinguit.aut li-
quet de vtroq;, aut de altero tantùm. ¶Si de vtroq; liquet,
aut pro vna parte tantùm: aut de vno pro vna:de altero pro
altera. si de vtraq; liquet pro eadem parte.si pro reo, planū
est;qa super vtroq; absoluit, siue liqueat;quia ꝓbauit de iure
suo:siue quia non ꝓbauit actor.s.c.2.in fi. ¶Si pro actore li
quet; vt qa vendicans possessorio ēt agens ꝓbauit ūtrūq;. &

iudex pñũciabit super vtroq;.quia de qua re,&c.s.c.proxi. ¶Et si dicas pro nihilo pronunciabit super possessorio, ex quo super petitorio pronunciat, cũ in executione possessio sequatur proprietatem.j.c.pxi.de publi.l. penul. & vlti.Respõdeo illud verũ quò ad officium restituendæ possessionis: sed valet ad expensas, quas debet victus victori. de pœnis. calũ.ff.de rei vendi.l.vterq;. & quò ad fructus,qui in possessorio recuperandæ debentur tpe deiectionis,habita ratione recipiẽdorũ.j.ti.1.c.grauis.de vi & ui ar.l.1.§.ex die qui respectu petitorii non venirent, vt dicto.c.grauis. ¶Si verò de vtroq;liquet,sed diuisim pro altero tñ. subdistingue.aut liquet de petitorio pro actore:de possessorio pro reo: aut ecõuerso.primo casu in petitorio pro actore,in possessorio pro reo pronunciabit iudex.& per hoc pcipiet rẽ actori restitui; ex quo sua est,vt.d.l.pe.& vl. de publi. sed pter expẽsas ẽt super possessorio pronunciabit iudex, vt d. l.vtiq;. Et idẽ de casu conuerso,in quo pronunciabit in petitorio pro reo:in possessorio pro actore propter expeñ. & propter fructus,vt not.s.c.proxi.&.j. de testi.c.significauerunt.in glos.fi. ¶Et si quæras:an tunc possessio restituatur actori.refert:quia aut liquet de pprietate pro reo (quia non probauit actor) aut quia reus probauit dñium.& hoc secundo casu pronunciabitur pro reo:nec tenebitur possessionem actori tunc restituere.quia dolo facit &c.de reg.iu.li.6. primo casu licèt pro eo pronuncietur in petitorio:per id tñ nil consequitur nisi quia eãdem cõdẽnationem expensarum in petitorio.& scitur per id,quis teneatur ad expensas,vt dicta.l.vtiq;.¶Secũdo principali membro quando liquet de altero tñ, aut possessorio tantùm. & tunc aut pro actore. quo casu iudex condẽnabit reum,& præcipiet actori restitui rem. & pendebit instantia petitorii. de quo si non constat, tenebitur actor ad expẽsas reo,vt sæpius dictum est.aut de possessorio constat pro reo: & pro eo pronunciabitur.& pendebit petitorium, vt pdictũ est.¶Si verò liquet tñ de petitorio.si pro actore iudex pronunciabit rem suam esse:adhuc de possessorio cognoscetur, propter expensas,vt dictum est per,l.vtiq;.præallega. ¶Si verò de petitorio liquet pro reo;tunc aut liquet,quia actor nõ probauit.& parum proderit:nisi quia absoluetur,& sentẽtia conseruabit sibi retentionem. Insti. de interdi.§.cõmodũ. aut liquet pro reo:quia onus probationis assumẽs probauit dñium:& pronunciabitur pro eo. & erit effectus: quia licèt postea de possessione constet pro actore, nõ restituetur sibi possessio,sed remanebit penes reum.ff.de rei ven.l. is qui. & de pub.l.penul.& vlt.Ita distinguit Ioã.An.hic.& Cy. in d.l. incerti.¶Tertiò principaliter oppo.& videt, ꝙ mota qõne petitorii,nullo mõ possit agi possessorio ad eandem: quia cã proprietatis absorbet causam possessionis.& ea finita, finit totum,vt.s.c.cum ecclesia.& c. cum super. & c. cũ dilectus. & no.ff.de inter.l.2.§.quædam.¶Si ergo sententia lata in petitorio parit præiudicium in possessorio, non debet admitti

21 ille concursus,vt l.fundi.&l.fundnm.de excep.¶† Sed vt plenè liqueat ista materia.vtrùm sententia absolutoria lata in petitorio pariat exceptionem rei iudi. in possessorio. sic distingue.aut possessorium,qd secundò proponitur,habet causam proprietatis,aut non.primo casu sñia lata in petitorio parit exceptionem rei iudicatæ in possessorio, vt.d.§.quædã; & qd ibi no.¶Secundo casu.aut post latam sñiam in petitorio proponitur interdictum recuperandæ:aut interdictũ retinendæ:aut interdictũ adipiscendæ. Primo casu non ob.exceptio rei iudicatæ,quia spoliatus debet ante oĩa restitui, vt no.Dy.in c.qui ad agendum.de reg.iur.lib.6.¶Secundo casu qñ proponitur interdictum retinendæ:tunc aut cõstat de iusta possessione eius,qui interdictum intentat.& sibi obstat exceptio dñii,nõ rei iudi.vt d.§.nihil cõe. secundùm primã lec.& no.in l.si de eo. ff. de acqui.pos.aut non perfectè constat,sed probationes vtriusq; sunt pares.& tunc agentem faceret succumbere sententia super petitorio lata vt no.Cy.in l.vnica.C.vti pos.in penul.q. ¶Tertio casu qñ intentatur interdictũ adipiscẽdæ:tunc aut reus fuit absolutus; quia actor non probauit.aut ꝙ erat dñs.Primo casu nõ parit exceptionẽ rei iudi.nã nihil habet cõe &c.Secũdo casu aut de sñia docet incontinenti,& de dñio.& obstat exceptio:aut nõ. & tũc

22 non obstat.vt not.in l. si de vi.ff.de iudi.¶† Quid econuerso vtrũ absolutoria lata in possessorio pariat excep.rei iudi. in petitorio.videtur ꝙ nõ. de excep.rei iudi.in l.& an eadẽ.§.fi. Tu dic.aut possessorium habet causam dñii: & tũc absolutoria lata super eo parit exceptionẽ rei iudi.in petitorio, vt dicta l.2.§.quædam.de interdic. Aut nõ habet causam dñij. & tunc secus,vt dicto.§.fin.& per illa sit expedita gl. quæ incipit.ergo si aliquis.&c.Et prædicta locũ habent,cũ quæritur, vtrũ ab eodem.¶Quartò principaliter oppo.ille tex.innuit ꝙ debeat supersederi in iudicio petitorio primitus instituto,& procedi solùm super possessorio.contra de Auth. qui semel.C.qũo & qñ iudex.vbi cogitur semper prosequi,qui semel actionẽ proposuit.Præterea probare possessionẽ nõ videtur huic prodesse,nisi pbet proprietatẽ, & dñiũ, vt. s.eo.

23 c.cum ecclesia Sutrina. & c.cũ super.¶† Sol.quò ad primum Auth.qui semel. loquitur in contumace. & qñ ptrahit cãm in grauamẽ rei sine iusta causa,& citatus nõ venit: vel venit, & nil rõnabile proponit:sed differre intẽdit.hic loquitur,qñ differt ex causa à iure concessa. & in odium violenti,& in fauorẽ spoliati.vnde in eius læsionẽ retorqueri non debet,vt l. qd fauore.C.de legi.¶Ad secundum de.c.cum ecclesia.& c. cum super.dic,ꝙ locũ habent in rebus spiritualibus, & electionibus, in quibus requirit canonica institutio. de institu. c.3.istud.c.loquitur de rebus tpalibus,quę possunt sine titulo possideri.c.1.de præscrip.lib.6.vel hæc locum habẽt, vbi non constat dñium pertinere ad alium.ibi verò cõstat ad alium pertinere,vt in c.cum ecclesia. vel constat ad neutrũ pertinere,vt.c.cũ super.¶Sed circa hoc quærit Inno.vtrùm finito possessorio,pcedetur super petitorio sic suspenso.Rñdeo, ꝙ si contra agentem secundò possessorio pronunciatũ fuit. & non videtur dubium,ꝙ procedi debeat super petitorio instituto ab eodem prius:nec obstabit sibi exceptio rei iudi.vt l.& an eadẽ.§.fi.ff.de excep.rei.iudi.¶Si verò pro actore pnunciatũ fuit in possessorio,& possessio restituta.qd fiet de petitorio ab eodem instituto prius?meritò dubitatur, an sup dicta instantia procedendum sit, eo nolente: vel eo inuito ad instantiam spoliatoris.

ADDITIO.

a ¶In causis concludi.Conclusio tamen in cã non requiritur in causis summaris glo.in cle.de verb.sig.& ibi Cardi. Alex. consil. 65.vol.4. Bart. in extraua.ad reprimendam ver.figura.

SVMMAE.

1 *Causa proprietatis trahit ad se causam possessionis.*
2 *Spoliatus licèt non possit suum spoliatorem sua propria auctoritate expellere de re inuasa: tamen potest inquietare.*
3 *Sententia si lata est pro me in possessorio, à qua non est appellatum: & pro te in petitorio, à qua est appellatum: an appella. pend. fiet executio sñiæ latæ super possessorio. Simile vide nume. 4.*
4 *Iudex qualiter debeat pronunciare, cum ab eodem, vel diuersis petitorium, & possessorium intentantur.*

1 CVm dilectus filius. † Causa pprietatis ad se trahit causã possessionis in effectu. hoc dicit.¶Primò no.ꝙ petitorio, & possessorio agi põt simul,& semel.de quo articulo tetigi supra. c.1. an scilicet intentari possint ab eodem.& dixi, ꝙ sic, post Petrum. ¶Quandoq; enim eidem plures actiones competũt ad diuersa:& non cogitur actor eligere.sed petitorium,& possessoriũ sunt diuersa:quia aliud possessio:aliud proprietas,vt l.si duo.§.fina.ff. vti poside.& l.nemo.§. quoties.ff.de reg.iur. ¶Item cũ sententia lata sup vno nõ præiudicet in alio regulariter,vt dixi. s.c.pximo.& c. suborta.de re iudi.& c.dilectus. de cap.mo. & vide-

& videtur casus in l.nulli.C.de iudiciis.& ex hoc apparet, q cumulari possunt.¶Pro declaratione tex.quo,qualiter exemplificetur istud c.Rñdeo.dicunt quidam,cum vnus agit petitorio,alius interdicto vti pos.quia agens rei vendi. turbat ipsum in possessione.hoc enim casu, si constat de proprietate, pro actore nõ feretur sententia super interdicto vti possi. intentato contra eum.gl.o.hoc non approbat:quia contra eum, qui non prætẽdit se possidere (licèt turbet) nõ datur vti possi.Io.An.tenet contrarium.s. quòd interdictum datur contra eum,qui inquietat: licèt de possessione non contendat, vt infra de probati.c.licèt.ver.de hoc.& hoc tenet Bar.in l. 1.§.huius autem interdicti. ff. vti possi. allegat pro casu.l.si duo. §. si vicinus.ff.eo.titu.& hoc tenet hic gloss.in l.1.§.restituendæ. eo.ti.¶In quæstione tñ pposita dico,q quantuncunq; cõstet p vno de proprietate: tñ cõdemnabitur sup interdicto intentato contra eũ.vt.n.dixi.s.c.pxi. exceptio dñij,vel rei iudicatæ non excludit agentem interdicto vti posside. si constat de eius possessione pacifica, vt l.si de e.§.fi.& ibi p Bar.ff.de acq. poss.¶An aũt idem sit in interdicto recuperandæ, vt agẽs dicto interdicto condemnetur spoliatori, quem turbat in possessione.Dicũt quidam,q spoliatione pbata,non feretur sententia super interdicto vti possi.quod dic, vt no. Innocẽ.j.de
2 præscrip.c.veniens.& Bart.in l. 1.in fi.ff. vti possi. ibi tenet, † quòd licèt spoliatus non possit suum spoliatorem sua ppria auctoritate expellere de re inuasa, nisi incontinenti, vt l.3.§. eũ igitur.ff.de vi & vi ar. tñ inquietare semper poterit, vt ibi no.& l.1.C.vti pos.& in Specu.de peti.& pos.§.1.¶Alij exẽplificant istum text.cum vnus & idem agit petitorio,& possessorio recuperandæ, vt in glo.Host. dicit q potest exemplificari sine calumnia. quando vtraq; pars deducit in iudiciũ petitorium.& possessorium,vt in casu.c.cum ecclesia Sutrina. & c. cum super.supra eod. tunc enim propriè præualet proprietas,vt ibi.Et aduerte,secundùm Ioan.An.quòd quatuor sunt casus.¶Nam quandoq; vnus agit possessorio retinendæ. & reconuenitur petitorio,vel econuerso.&de hoc.j. titu.1.c. audita.quandoq; vnus agit possessorio recuperãdæ: & alius sibi refert quæstionem dominij.& potest de vtroq; cognosci, si spoliatus cognoscit.quod dic,vt.j.ti.1.c.1.Quandoq; vnus agit possessorio retinendæ ratione ciuilis possessionis, vel naturalis, quam habet,vt l. clam possidere.§. qui ad nundinas. ff.de acquiren. pos. Et sic quatuor modis cõcurrit petitoriũ, & possessorium,secundùm Io.An.¶Do. Bart. altius exordit istam materiam in l.naturaliter.§. nihil cõe. ff. de acqui.pos. vbi facit, seu ponit septem combinationes super illo concursu petitorij,& possessorij.Prima est,quando vnus & idem intentat primò petitorium: secundò possessorium ex interuallo. Secunda econuerso qñ vnus & idem primò possessorium: secundò ex interuallo petitorium. Tertia est, quando vnus simul, & eodem tempore proponit vtrũq;. Quarta est, qñ vnus primò petitoriũ : alius ex interuallo possessoriũ.Quinta est econuerso,qñ vnus primò possessorium:alius ex interuallo petitorium.Sexta est,qñ simul, & eodem tpe vnus primò possessorium:alius secundò petitorium. Septima est,qñ vterq; pponit petitoriũ,& possessorium ; qa quilibet se asserit possessorem,& dñm.& qualiter cõcurrant, vel non,illę cõbinationes. ibi vide plenissimè per eũdem. ¶Quærit hic Pe.
3 † sententia lata est pro me in possessorio:à qua non est appellatum:sed pro te in petitorio, à qua appellatum est:an appellatione pendente fiat executio sententiæ latæ super possessorio.vide in Spec.de excep.sen. §.1.ver. sed pone.de peti.& pos.§.1.ver.quid si is.¶Secundò quærit Hostien. † Egit Ti-
4 tius petitorio,& possessorio, & obtinuit in vtroq;.reus appellat à sententia proprietatis tm. & mãdata est executioni snia super possessorio: iudex appellationis confirmat sniam super proprietate latam.quæro quæ erit vtilitas huius sententię.cũ iam actor possessionẽ habeat.dic, quòd erit declaratio dominij pro actore,& cõdẽnatio expensarum, vt.ff.de rei vẽd. l.ex diuerso. non aũt tenet reus restituere rem,quã nõ tenet: neq; dolo desinit possidere, vt l.si aũt.§.1.& 2.ff.de rei vend.
5 ¶† Vltimò (vt plenè scias,cum ab eodẽ,vel à diuersis petitorium,& possessorium intentatur: qualiter super eis iudex pnũciare debeat) sic distingue,q interdum constat de petitorio, & possessorio pro actor. & iudex pnũciabit sup vtroq;; qa de qua re &c.s.e.c.cum super. ¶Et si dicas ad quid pderit snia super possessorio illo casu, cum possessionem pprietas ad se trahat,etiã sine snia?dic,q multum,propter expẽsas factas in possessorio.& ppter fructus,qui veniunt à tpe deiectionis.qui non venirent in petitorio,nisi post litem contest. vt ff.de vi,& vi.ar.l.1.§.ex die.&.j.ti. 1.c.grauis.¶Interdũ p reo de vtraq;. & tunc planum est ; qa super vtroq; absoluet, siue liqueat(quia probauit de iure suo) siue quia non pbauit actor.interdũ liquet de vtroq; diuisim; qa de vno pro vno : & de alio p alio.& tũc aut liquet de petitorio pro actore,de possessorio pro reo.& illo casu pronũciabit pro actore in petitorio:pro reo in possessorio. tamẽ illa possessio erit penes reũ, modicum duratura ; ex quo liquet de proprietate p actore: qa cogetur sibi restituere,vt in isto.c.& ff.de publi.l. pe.proderit tamen talis snia super possessorio lata propter expensas,vt l.vtiq; ff. de rei vendi. ¶Interdum liquet de pprietate p reo:de possessorio p actore pp expensas,vt.j.de testi.c.significauerunt.in gl.fina.Sed an illo casu restituere posset actori.dic,q non,si reus probauit se dñm,obstan.reg.dolo facis. j.de reg.iur.c.dolo.lib.6. ¶Si aũt reus vtroq; conuentus fuerit à petitorio absolutus;quia actor non probauit dñium,sed possessionem tm. & ideò quò ad petitorium nihil sibi proderit:nisi quò ad condemnationem expensarum,vt d.l.vtiq;.& l.ex sextãte.§.Latinus. ff.de exce.rei iudi. ¶Interdũ verò nõ liquet de vtroq; sed de altero tantùm. & tunc aut de possessorio, & pro actore.& pronunciabit pro eo super eo possessorio,suspenso petitorio:& tunc liquido.aut de possessorio pro reo: & p reo pnunciabitur, & pendebit iudicium, vt pdictũ est.¶Interdum liquet de petitorio.& tunc si p actore, pnũciabit ipsum dominum:& iubebit rẽ sibi restitui, vt l.pe.& vlti.ff.de publi.tñ licèt pnunciet suam esse: adhuc tñ de possessorio cognoscetur:& pnũciabitur, pp expensas, vt d.l.vtiq;. & ff.iudi.sol.l.seruus. ¶Si verò de petitorio liquet p reo (qa pbauit se dñm:)& ferẽt snia p reo.& erit intãtũ efficax: q si constet de possessorio p actore,nõ restituetur sibi possessio: sed remanebit penes reum,vt ff.de rei.ven.l.is q.& l.penulti. & vlt.ff.de publi.Illam distinctionem ponit Ioa.An. s.c.pxi. quæ melius hic cadit,cum tractet istud c.de pnunciatione,& executione sententiæ super possessorio,& petitorio:ad quem finem tendit prædicta distinctio.

SVMMAE.

1 *Succumbens in possessorio,potest agere de proprietate.*
2 *Quasi possessio sola collationis sufficit ad tuendum eum, de quo facta est prouisio,vel collatio.*
3 *Bina prouisio, quæ est continua prouisioni, quæ imminet facienda, sufficit ad quasi possessionem iuris prouidendi.*
4 *Dominus non potest recusare iudicem impetratum à procuratore.*
5 *Acta facta cum successore non prosunt actori.*
6 *Effectus clandestinæ,siue repentinæ cõfirmationis impeditur per exceptionis obiectum.*
7 *Confirmatio est sententia.*

CVm olim quæstio. ¶Sufficit ei,cui dignitas est collata, si probet: quòd conferens colla-
1 tionis tempore ius conferendi possederit.h.d.vel aliter.† Succumbens in possessorio, de proprietate potest agere. h.d.& sic facit ad titulũ. & primò decisè narrat processum. secũdà ibi[quoniam] reddit diffinitionis causam. soluit obstaculũ, & diffinit.tertiò protestatur, & causam subdit. ibi [reseruata.] ¶ Primò not. quòd ille, qui est in quasi possessione prouidendi, & conferendi, debet prouidere, & confer-re.

2 re. † Sola ergo quasi possessio collationis sufficit ad tuendũ eum, de quo facta est prouisio, vel collatio. concordat. c. consultationibus. j. de iure patrona. imò plus. quia si illi, qui est in quasi possessione refertur quæstio; & appellatur, ne ꝓuideat. non obstante tali appellatione, vel li. pendentia, poterit prouidere, vt in c. si. de sup. negli. plato. vbi per Io. And. &
3 de maio. & obedien. c. dilecti. in gl. sed quia. ¶ Secundò no. † ꝙ bina prouisio, quæ est continua prouisioni, quæ imminet facienda, sufficit ad quasi possessionem iuris prouidẽdi. in c. verò. cum ecclesia Sutrina. dicit de trina. quod dic, vt ibi in gl.
4 ex hoc vẽ. ¶ Tertiò no. † ꝙ nõ potest dñs recusare iudicẽ impetratum à procuratore. potest ergo ꝓcurator exceptiones dilatorias, & declinatorias omittere. an aũt ipsis renunciare, vel ẽt peremp. dic vt l. si fraudator. ff. de his, quæ in frau. cre-
5 dit. ¶ Quartò no. † ꝙ acta facta cum successore, non prosunt actori. sñia. n. hic lata pro archidiacono non prodest episcopo actori suo. de quo hic in gl. quę incipit. sic patet. ¶ Vltimò nota, ꝙ res inter alios acta, alij nõ præiudicat. ff. de re iudica tad. sæpe. & infra de senten. & re iudi. c. pen. ¶ Quæro pro declaratione literæ, quomodo ponatur casus in isto. c. dic, ꝙ isti canonici fuerunt admissi contra istum archidiaconum per modum exceptionis: vt ipsum repellerent à prædicta dignitate, petentes pronunciari ipsum ius non habere. econtra agebat, & petebat archidiaconus, ꝙ cogerentur eum habere, & tractare pro archidiacono. & ꝙ iudicaretur ad eum spectare archidiaconatum. & sic fuit conuentio, & recõuentio, sm̃ Io. An. Vel fortè erat quęstio: quia archidiaconus (licèt haberet prouisionem, & collationem episcopi de archidiaconatu) nõ tñ possessionẽ: sed ipsam petebat. & sibi vt archidiacono obediri. Illi autem canonici exceperunt de titulo inefficaci, & inualido, &c. ¶ Contra illud ergo opponitur, & uidetur, ꝙ archidiaconus non poterat dicta exceptione repelli. ¶ Constat
a n. quòd collatio, & prouisio facta de ipso per episcopum habuit vim collationis, & confirmationis.[a] ergo videtur, ꝙ post confirmationem non debuerit inquiri de eius efficacia: sed mandari canonicis, vt sibi, & archidiacono responderet. post confirmationem enim nec de peccato in electione habito, nec de vitio personæ potest contra cõfirmatũ obijci: quominus confirmatio sortiatur effectum. j. de ap. c. constitutis. eo. ti. 2. §. fi. præterea post cõfirmationẽ statim hẽt ius ministrãdi, vt. s. de ele. c. trãsmissa. ¶ Si ergo sibi, & canonicis obedientia, & possessio denegatur: vr̃ spoliatus. qui aliter, non constito de titulo, est restituendus, vt. s. c. cũ super. hoc aũt fuit cognitũ, & discussum de istis exceptionibus, & de efficacia tituli collationis. ergo malè. ¶ So. dic ad primũ. qñq; iste, qui opponit, habuit congruũ tẽpus ad se opponendũ, & nihil opposuit: & tunc post confirmationem veniens non auditur ad impediendũ effectum confirmationis per modum exceptionis; nisi restaret consecratio: quia tunc ẽt audiretur. & ita loquitur. c. cõstitutum. & c. cum dilectis. de elect. per modũ verò denunciationis, & accusationis audiretur illo casu, quantuncunque habuerit tp̃s ad opponendũ contra confirmationẽ. quod dic, vt. s. de elect. c. dudum. & in c. super his. de accusa. ¶ Quandoq; ille, qui se modò opponit, non habuit aliquod spacium ad opponendũ se ante confirmationẽ, vt in casu nostri. c. vbi ep̃us conferendo confirmat. & tunc licèt illo casu teneret confirmatio: tamen si aliquid obiicitur contra confirmationẽ, & electionẽ, vel etiam contra personã, seu diffamationẽ. in hoc casu effectus electionis, & confirmationis impeditur, quousq; qđ obijcitur, fuerit plenè cognitum, & discussum, vt hic & j. de accu. c. accedens. & 34. di. c. qui ep̃us. & in Aut. qũo opor. epi. §. j. [oportet enim cõfirmationis tp̃e.] &c. Ratio differentię apparet in prõptu: quia illo casu non est, qđ possit imputari istis volentibus se opponere, quando non fuit tempus medium inter confirmationem, & collationem. in ꝓcedenti verò secus est. facit quod legitur, & no. j. de re iu
6 dic. c. penult. † Clandestinæ enim, siue repentinæ confirmationis impeditur effectus per exceptionis obiectum, vt. j. de appel. c. vt nostrum. & c. vnico. vt eccle. benefi. & idem dicendũ, vbi accelerata est, vt in exceptione aduersarius suppleretur. j. de dolo & cõtu. c. cum olim D. de appella. c. oblatæ. ¶ Idẽ si facta fuit in absentia illorum, qui modò se opponunt, secũdùm quosdam. quod Inno. non admittit. Non obstat. c. accedens. de accusa. quia ibi non fuit causa admittendi eos ad excipiendũ absentia se opponentium, sed infamatio. põt ẽt aliter solui illud. c. ꝙ quando vnus eligit, & confirmat, & obijcitur, ꝙ ad eum non spectat electio, vel collatio. & opponi potest vt hic, & impeditur confirmationis effectus. secus quando vnus eligit, & alter confirmat: quia tunc per confirmationem nõ põt per obiectũ exceptionis impediri confirmationis effectus. j. de appella. c. constitutus. il. 2. §. fi. ¶ Ad. c. cum super. s. eo. dic, ꝙ ibi habuerat possessionẽ, & administrationem. Ideo si negatur sibi obedientia, debet ante omnia restitui, tanquam spoliatus: quia pro iuribus denegatis datur possessorium, quando aliquis semel illa iura possedit, vt in c. querelam. sup. de elect. Sed hic nunquam habuit dicta iura, vel fuit in possessione. ¶ Secundò contra istud opponitur, & videtur, ꝙ nullo modo debeant audiri per modum exceptionis post confirmationem, siue habuerunt tempus congruum ad se opponendum, siue non. Constat enim, ꝙ confirmatio est sententia: sed post sententiam, nisi quis appellet, non auditur per simplicem contradictionem. 2. quæstio. 6. cap. biduum. §. si aduersus. & l. ab eo. C. qũo & quando iudex. dic ergo. isti, postquam sciuerunt confirmationem, debuerunt appellare, non per viam exceptionis audiri. cuius contrarium hic dicitur. ¶ So. ibi loquitur in his, quæ fiunt in iudicio. sed prouisio, siue collatio, quæ habet vim confirmationis, nõ censetur actus iudicialis, sed extraiudicialis. Ideo non est necesse appellare, licèt voluntariè quis possit infra decem dies à tempore scientiæ. j. de ap. c. concertationi. lib. 6. & j. de his, quæ fi. à præla. c. cum in cunctis. & de ap. c. ad audientiam. ¶ Contra prædictam distinctionem (an habuerit tempus cõgruum ad opponendum, vel non) tertiò opponit Hosti. de c. post electionem. infra de concess. præben. vbi idem elegit, & confirmauit. sed non auditur nisi per viam accusationis, & denunciationis. Sed dic secundùm eum, ꝙ ibi fuit auditus per modum exceptionis; sed non probauit aliquod rationabile.

ADDITIO.

a ¶ Et confirmationis. vide Panor. in c. ne pro defectu. sup. de ele. in vltimo notabili.

SVMMAE.

1 *Petenti rem iure dominij non sufficit probare possessionem.*
2 *Subiectio ad hoc vt probetur, non sufficit probare certam solutionem certæ summæ. & nu. 4.*
3 *Obligatio aliqua si deducitur in iudicio incidenter, & non principaliter propter se, potest postea in alio iudicio principaliter deduci.*
5 *Consueuit aliquis soluere censum ecclesiæ ratione alicuius rei: si cessat in solutione per biennium, an res sit commissa.*
6 *Ecclesia si soluit censum ad biennium, & postea eximitur, extinguitur census.*

IN causa. Qui petit rem ex vna causa: si succumbat, poterit rem ex alia repetere. h. d.
1 vel aliter. † Qui petit rem iure dominij, non sufficit sibi probare possessionem. hoc dicit. & secundùm hunc modum summandi facit titu. communis diuisio. Secunda ibi
2 [ad hoc.] ¶ Primò not. † quòd ad probationem subiectionis non sufficit probare annuam solutionem certæ summæ. Ratio est; quia dicta solutio ex multis causis fieri potest, vt in gloss. 1. probatio ergo, quæ necessariò non concludit, non releuat probantem, vt infra de proba-

3 proba.c.in præsentia. ¶Secundò not. †q si aliqua obligatio deducitur in iudicio incidenter, & non principaliter pp se:potest postea illud idem in aliud iudicium principaliter deduci. & hoc est, quod dicit Inno.s. e.c.cum ecclesia. q deducta in sñia per modum causæ non producunt effectum suũ. ¶Ter-
4 tiò no.†q præstatio annua certæ summæ non ꝓbat subiectio nem:videbat̃ contrarium, qñ fiebat ab inferiore suo seniori, vt hic erat.Si.n.fieret à priuato alteri priuato, minus esset dubium, vt l.si certis annis.C.de pac.& in c.peruenit. j. de cen. vbi plenè de hoc.Et circa hoc vide,quod no.Hosti.in summa
5 de loca.sub.§.potuit.§.fi. ver. quid ergo.cũ se.vbi quærit†qd iuris de illo, qui cõsueuit soluere censum ecclesiæ ratione alicuius rei, & cessat in solutione per biennium: nunquid res sit cõmissa.dicit hic dominus Io.de Lig. q aut soluebat rõne dominij,& de hoc cõstat:& incidit in cõmissum.de loc. c.penul. & fi.vide in Spe.tit.de loca.§.nũc aliqua.ver.87.aut rõne eleemosynæ:& tunc si causa alimentorum relictum est; facta res est ecclesiæ.ff.de ali.le.l.3.aut testõr dicit[relinquo centũ super tali domo,]& non adiicit tempus.& vr̃ obligata, vt.ff.de le.1.l.quidam testõ.& l.Gaius.de annu.lega.aut dicit[in perpetuũ.]& tunc quilibet possessor tenetur, vt ff.de vsufruc. l. hactenus.& tunc vr̃ consensus ecclesiæ requirendus. de offic. archidia.c.ad hoc.& de his,quæ fi.à prꝺla. c.fi.aut nõ dicitur [in perpetuum:vel ad tempus.]& tunc præsumitur,q in perpetuum.ff.de annu.le.l.annua.in fi.Si verò nõ constat, quo sit relictum,& ecclesia habet maius dominiũ in ciuitate. & tunc p̃sumitur ratione dñij debitum, vt cap.omnis anima.de censi.Si verò nõ habet maius dominiũ,præsumitur ratione eleemosynæ relictum.& tunc non cadit in commissum; quia cõmissio odiosa.¶Et prædicta faciunt ad quæstionem,quæ nũc de facto pẽdet.Quidam longo tempore pro quadam domo, quam tenet,soluit annuatim quinq; solidos vni ecclesię: nec apparet ex qua causa. deinde cessauit soluere per biennium, & alteri domum non dedit. prælatus vult vendicare, tanquã incideret in commissum.nõ potest probare, q res sit ecclesię in emphiteusim,vel aliter concessa:sed probat simpliciter solutionem quinq; solidorum pluribus annis factam.quæritur, vtrùm ex cessatione, & alienatione res inciderit in commis-
6 sum?ex prædictis collige,quid iuris &c.¶Quartò no.† quòd si ecclesia ad iudicium soluat censum, & postea eximatur,extinguitur census. cum nunc nõ sit subiecta. & sic cessante causa, cessat effectus, vt in c.cum cessante.infra de ap.¶Quintò no.quòd ille,qui petit ex vna causa,& succumbit,potest petere ex alia.quod dic plenè p Bar.in reali, personali, & in rem scripta, vt not.ff.de exce.rei iudi.l. & an eadem.§.actiones.

De restitutione spoliatorũ.

DICTVM est.s.de cã possessionis. sed quia cã restitutiõis possessoria est.Ideo de illa subnectit.vel aliter. Viso qualiter possessio pdat̃ (qa pdita restituenda est.)ideo &c.habet̃ de materia.2.& 3.q.1.repetit in 6. & congruit supra de rescrip.c.cum dilecta.cum pluribus aliis hic allegatis in nouella.

SVMMAE.

1 *Petens restitutionem, si consentit, potest sibi quæstio de proprietate referri.*

2 *Res non debet restitui spoliato, si constat de dominio spoliatoris.*

3 *Dominus tenetur ex delictis colonorum, & familiarium, si delinquũt in ministerio eis commisso.*

4 *Querela sola sufficit ad restitutionem spoliati.*

5 *Excommunicatus conuentus in iudicio an possit opponere exceptionem excommunicationis.*

6 *Spoliatus si impetrat rescriptum, an poterit opponi contra eum excõmunicatio.*

1 LIcèt multum, †Si consentit is, qui restitutionẽ petit, potest sibi quæstio de proprietate referri.h. d. Non recipit congruam diuisionem.primò ponitur spoliati conquestio.secundò bimembris prouisio,ibi[quod si ita est.]¶Primò no. quòd spoliatus debet ante omnia restitui.concor.l. si quis ad
2 se fundũ.C.ad leg.Iul.de vi. ¶Secundò not.† quòd si constat de dominio spoliatoris, res non debet restitui spoliato.¶Opponitur.hic agebatur cõtra ecclesiam de spoliatione suorum hominum. Sed contra; quia dominus non tenetur ex delicto familiæ:nisi mandauerit, vel ratum habuerit, vt in c.cum ad sedem. infra eod. dic quòd standum est contrario.eo enim ipso,quòd res peruenit ad dominum, videtur de sua conscĩa delictum commissum.quod dic,vt.j.de testi.c. constitutis.gl.
3 tñ in l.ne quid.ff.de incen.rui.nau.vr̃ dicere, †q dñs teneatur ex delictis colonorum,& familiarium suorum. qđ est verum, si delinquunt in ministerio eis commisso.aliàs secus, vt l.1.§. familiæ.ff.de pub.ibi per Bar.& ibi in se.§.no.qualiter Ptãs teneatur ex delicto suorũ officiariorũ.& vide in d.l.ne quid.vbi Bar.multa ponit,q̃ hic domi. Ioan.de Lig.succinctè ꝑtransit. vbi.s.tractat.an villa, vel castrũ teneatur de delictis in suo districtu commissis.qđ dic, vt ibi p eum. ¶Secundò oppo.hic iste Euentius,qui conuenitur,ꝓbat dñiũ rei,quã posſidet.Sed contra,qa actore nõ ꝓbante,reus debet absolui,vt l. vltra.C. de rei vẽ.¶So.hoc opat̃ odium spoliationis: qa sue possessio ni vitiosæ non assistit ius cõe:qa in ꝓbatione possessio non releuat possessorẽ ab onere ꝓbandi, vt in l.ius eius. C.de ꝓba. ¶Tertiò opponit̃.iste cæcus narrauit se spoliatũ, nec petiit se restitui:ergo nõ est ꝓ eo ferenda sñia,vt l.vt fundus.ff.cõi di.
4 & in c.licèt Heli.de simo.¶†So.spãle est in spoliatione:vt solũmõ q̃rela sufficiat ad restõnem spo.vt no.Io. 1.q.4.c. qa p̃sulatus. & dixi.s. de litis cõtest.c.vno.& c. cum ecclesia Sutrina.s.ti.1.¶Quartò opponit̃.dr̃ hic,q Euentius diaconus fuit admissus noĩe ecclesiæ ad defensam.¶Sed contra.qa sine mãdato,vel sine satisdatione non debuit audiri.dico,q qlibet de ecclesia admittitur ꝓ rebus recuperandis.12.q.2.c.nõ liceat. de foro compe.c.si quis.& ẽt ex eo admittitur;qa est coniuncta persona.s.de rescrip.c.nõnulli. & hic tenet Pau. de Lea.in cle.1.de ꝓcur.examinatur hæc materia.j. de testibus c.olim.
5 ¶Quærit dñs Io.de Ligna. † nunquid excõicatus conuentus in iudicio posſit opponere exceptionem spoliationis.dicit, q sic cõtra spoliatorem, sed non cõtra tertium.j.eo.c.frequẽs.
3 *Excommunicatus post appellationem,licèt obediat excommunicatori,non per hoc renunciat appellationi,maximè si hoc protestetur.*
4 *Possessionem præteritam sufficit probari in interdicto vnde vi.*
5 *Quasi possessio iuris parochialis,quam quis habet in populo, qualiter perdatur.*
6 *Possessio rerum corporalium facilius perditur,quàm incorporalium.*
7 *Clericus simplex an possit acquirere quasi possessionem excommunicandi,& absoluendi.*

OLim inter se. Per excōicationem obseruatam aliquib. diobus non acquiritur in obseruantes iuris parochialis possessio.h.d.prima pars ponit factum,& processum.secū
1 da diffinit,ibi[nos attendentes.] ¶Primò not.†ꝙ in iuribus incorporalibus est dare quasi possessionem.quæ quasi possessio qualiter acquiratur, & qualiter perdatur, bene tangitur hic per Inno.& s.eod.c.in literis.vbi plenius. ¶Secundò no.
2 †ꝙ per patientiam modici tpis nō acquiratur quasi possessio rei incorporalis:licèt alibi dicat l. ꝙ patientia hr̄ loco traditionis,& loco possessionis,vt l.quoties.ff.de serui.Sed ibi loqtur in actu vniformi:hic verò distormi,& non necessariò inferente animum patientis ad quasi possessionem quærendam, vt dixi in simili.s.eod.c.ex parte. ¶Et colligunt per hoc Ab.
3 Innoc.Host.& Pe. † quòd licèt excommunicatus post appellationem obediat excommunicatori:non renunciat appellationi,& maximè,si hoc protestetur.¶Tertiò no.tex.ibi[vel
4 prius etiam habuisset.] &c. †ꝙ in interdicto vnde vi sufficit probare possessionem præteritam.quo probato tēpore spoliationis ipsum spoliatus præsumitur habuisse. remittit Ioan. And.ad no.supra c.cum ad sedē.in 3.gloss. ¶Oppo. eoipso, quòd subditi huius abbatis paruerunt sententiæ episcopi: videntur ipsum abbatem possessione priuare, quam in seipsis ipsius

ipsius abbatis nomine possidebãt, vt ff. de acqui. pos. l. possideri. §. q si seruus. So. verum est, quòd colonus, vel alius nomine meo possidens (si alteri tradat possessionem, vel expellitur) me priuat, vt ibi. sed isti parochiani non possidebant ius parochiale. sed abbas possidebat in eos. vnde factum ipsorum nõ possit abbatem possessione priuare. & licèt ipsi nõ possent sibi præiudicare, alteri, quàm abbati, in obediẽtiam exhibendo: abbati tamẽ ignoranti non præiudicaret factum ipsorum. vnde si episcopus hic egisset contra populum, obtinuisset. abbas tamen posset appellare, sm̃ Host. ¶ Quærit er
5 go hic Inn. † qualiter quasi possessio iuris parochialis (quã quis habet in certo populo) perdatur. dicit Inno. quòd quãdoque neque possessor dicti iuris, nec subditi parent sententiis excommunicationum, vel alius illis acquirere intendentis. & tunc nunquam ille talis quærit quasi possessionem, excommunicando, vel sententiando: sed tãtummodo labia sua mouet. nam etiam, si per vias aliquas paruisset populus: non esset quæsita quasi poss. hic. multò minus, si nunquam paruit. ¶ Quandoque verò populus paret, siue obtemperat sententijs illius acquirere intendentis. & tunc subdistingue. nam aut episcopus scit alium episcopum populum suum excommunicare: absoluere: & sibi à subditis obediri, & patiatur: (quia fortè non audet punire obedientes illi.) & perdit possessionem, quia est meticulosus, & pusillanimus. ideò possessionem deseruisse videtur, & in alium transtulisse. ff. si ser. ven. l. si forte. §. 1. & l. si ego. §. 1. ff. de publi. ¶ Quandoq; episcopus, qui est in quasi possessione, nõ patitur, quòd subditi illi tali obediant (quia punit ipsos spiritualiter, excommunicando, & temporaliter bona ipsorum occupado: vel ipsos mulctando, vel capiendo, siue aliter procedendo) & tunc per obedientiam alteri exhibitam non priuatur quasi possessione. talis enim non videtur habere animum perdẽdi possessionem, quæ sine animo non perditur, vt l. licèt. de acquir. pos. ¶ Hic posses instare, & dicere. non videtur illud dictum verum, quòd semper sic possit propria auctoritate resistere. sicut enim de re corporali si quis spoliatur, non licet recuperare, nisi incontinenti, vt l. 3. §. cum igitur. ff. de vi, & vi ar. Ita à simili videtur, quòd istos subditos alteri obedientes possint incontineti punire, & mulctare, & non ex interuallo. ¶ Solu. dicit subtiliter Inn. q aliud in rebus incorporalib. & aliud in
6 reb. corporalib: † possessionẽ enim rei corporalis perdit qs quantuncunque pugnet: excommunicet vel procedat. sed incorporalia tenacius inhærent ossibus, & difficilius perduntur. ex quo sequitur, quòd facilius retinentur. ff. pro soc. l. 3. & quod ibi not. & ff. de pecul. l. quod ergo. & de transla. c. inter corporalia. Item cũ prolatio sententiæ nõ sit actus agẽs in corpus per tactum, magis conuenit retentioni incorporalium, quæ non subiacent tactui, quàm corporalium, quæ tangi possunt, vt Insti. de rebus corporalibus. in princ. & l. quarundam. ff. de acqu pos. ¶ Secundò quæro. pone, quòd episcopus faciendo subditos alteri obedire per modum prædictum perdit possessionẽ: sed tamen postea excommunicat, & alia spiritualia exercet. & similiter ille, qui quæsiuit. Quæritur ergo, cuius facta præualeãt. Inno. no. hic, & remittit ad
7 no. s̃. c. in literis. ¶ Tertiò quærit, † an simplex clericus, possit acquirere quasi possessionem excommunicandi, & absoluendi. & quòd non possit efficaciter, arguit, & finaliter concludit, quòd possit. s̃. de fo. compe. c. cum contingat. vbi est hoc expressum, secundùm Ioan. An. facit quod ipse no. j̃. de relig. do. c. cum dilectus. & hoc latius in nouella.

S V M M AE.

1 *Spoliatus restitutionem potest petere ab illo, qui rem scienter à spoliatore recepit.*
2 *Possessor defenditur in possessione, etiam si non probèt dominium.*
3 *Possessorio agere vtilius est, quàm petitorio.*
4 *Retinere, & inuadere rem alienam non multum differunt, quò ad periculum animæ.*
5 *Statutum puniens inuasorem, non includit detinentem rem inuasam.*
6 *Remedia introducta à iure ad recuperandum possessionem.*

1 SÆpe contingit † Spoliatus restitutionem petit ab illo, qui rem scienter à spoliatore recepit. hoc dicit. primò ponit factum corrigendum. scdò corrigit ibi. [vnde.] ¶ Primò no. prouisionem huius Decre. quæ videtur noua, cum scilicet quis recepit rem à spoliatore scienter. de iure enim ciuili iste, qui sic recepit, non tenetur interdicto, cum non spoliauerit: nec mandauerit spoliari: nec ratam habuit spoliationẽ. Non enim alij, quàm prædicti, tenentur. vt s̃. eod. c. cum ad sedẽ. & ff. de vi, & vi. ar. l. cum à te. de benignitate autem canonica prouidetur per hanc Decre. vt ille, qui scienter rem recepit à spoliatore, teneatur. ¶ Secundò not. quòd ma
2 gnum est commodum possessionis. † quia possessor in ea defenditur, etiam si non possit probare dominium, vt Insti. de interdic. §. commodum. ff. vti pos. l. 1. & l. seq. & l. si. C. de rei
3 ven. ¶ Tertiò no. † quòd vtilius est agere possessorio, quàm petitorio. quia facilius probatur possessio, quàm dominiũ: & hoc est consilium Iurisconsulti. vt semper actor videat, si potest, aliquo iudicio possessorio experiri, vt l. is, qui destinauit. ff. de rei ven. ¶ Quartò no. quòd ille, qui scienter rem recipit à ductore, tenetur iudicio possessorio, sicut spoliator. fa
4 cit. s̃. de iudi. c. quia. ¶ Quintò no. † quòd quò ad periculũ animæ non multum interest, seu differt retinere, an inuadere rem alienam. Et aduerte, quia tex. dicit, quò ad periculum animæ: secus fortè quò ad pœnam constitutionis. puta dicit constitutio. qui scienter consanguineam in vxorem duxerit, sit excommunicatus. si enim à principio ignorauit, & postea sciuerit, & cohabitauerit, non est excommunicatus, vt est gl. no. in c. 1. de affi. & consan. in cle. Vnde statutũ puniẽs inuasorem, non includit detinentẽ rẽ inuasam, vt l. quid ergo. in prin. ff. de his, qui no. infa. ¶ Oppo. & videtur, quòd ista
5 Dec. sit superflua. † multa enim remedia introducta sunt à iure ad recuperandum possessionem, & multæ quæstiones factæ, siue agatur contra illum, qui occupauit, siue contra illũ, ad quem res occupata peruenit. proditum est enim interdictum vnde vi. Item officium iudicis. Item condictio ex cau. reintegranda. 3. q. 1. Item actio quod metus causa. cõtra quẽlibet detentorem, vt in iuribus alle. in j. glo. Item condictio indebiti, vt l. indebiti. §. si nũmi. ff. de condi. inde. Item condictio ex multis le. C. vnde vi. l. si quis in tantam. l. meminerint. l. cum quærebatur. & l. si coloni. C. de agri. & censi. omnes enim istæ leges prouident veteri possessori, qui cecidit. in possessione ergo ista prouisio inanis, & superflua. ¶ Sol. quælibet constitutio prouidet in diuerso casu, & vna per alteram non est superflua. quod vt intelligas, ita dicas. ¶ Quandoque possessor spoliatur violenter. & est prouisum per interdictũ vnde vi. contra spoliatorẽ: contra mandantẽ: & contra ratũ habentẽ, vt s̃. e. c. cum ad se. & in toto titulo. ff. de vi, & vi ar. & per illum titu. tẽmeritas inuasoris videbatur modicum puniri. ad interdictum addita est pęna l. si quis in tantam. C. vnde vi. quæ acrius punit inuasorem. quod dic, vt ibi. contra alium autẽ, ad quẽ res inuasa peruenit, non erat prouisum per ius ciuile: imò contrarium dicebamus, per l̃. cum à te. ff. de vi & vi ar. Sed per ius canonicum prouidetur, vt hic. ¶ Quandoque quis non expellitur. sed p metum sua possessione priuatur. & habet locum actio quod metus ca. contra metum inferẽtẽ, & contra quẽlibet possessorẽ, vt l. si cum exceptione. §. aliquando. ff. quod me. cau. quandoq; quis priuatur sua possessione minus iustè p iudicẽ: & habet locum condictio l. meminerint. C. vñ vi. & c. conquerẽte. s̃. eod. habet ẽt locũ c. bonę. de app. quandoq; possessor non priuatur possessione vi, vel metu: sed sua spõte, qui in alterum transfert, & ex causa, quæ non subest. & habet locum l. indebiti. §. sed si nũmi. ff. de

ff.de condi.inde. & quod ibi not. ¶ Quandoque non trado possessionem taliter, quòd à me abdicem ipsam possessionẽ: sed locato, vel precario concedo, qui postea interuertit possessionem. & habet locum cõtra talem condictio l.nõ ab re. C.vnde vi.¶ Quandoq; quis no habet possessionem : sed dominium rei.& possessio est vacãs,& ab alio occupatur.& habet locum condictio l.cum quærebatur.C.vnde vi.¶ Quandoq; verò priuatur quis sua possessione : sed per factum inuasorum vsus & commoditas suæ possessionis minuitur : & habet locum cap.j̃.proxi. ¶ Quandoq; non habet quis possessionem,sed detentionẽ,& ab illo expellitur,vel furto subtrahitur : siue alio casu illa detentione priuatur: & habet locum quod leg.& not.in l.& ideo.§.Neratius.ff. de condi.fur. & l.manifestissimi. C. de fur.& l.non tantum. §. 1.ff.de peti. here.& vide quod not.Barto.in l. rem quæ nobis.ff.de acqui. possessio.¶ Quandoq; quis non priuatur possessione,sed turbatur:& tunc possessor habet interdictum vti possi.¶ Quandoq; non possidet : sed detinet, & turbatur.& habet locum edictum,ne vis fiat ei. ¶ Et prædicta,quæ dicta sunt de possessione recuperanda prædictis remediis,habent locũ, quãdo res peruenit ad alium cum vitio . Si autem sine vitio bona fide peruenit:tunc,dicit Innocen. quòd si vnus bona fide rem aliquã possidebat . & alius secundò occupet bona fide: si constiterit priorem possessorem iustè possessionem amisisse : dabitur ei actio contra secundum. & fiet sibi restitutio, etiam non probata spoliatione,vt l.si coloni. C.de agri.& cẽ. lib. 11.& in Auth.de mã.princ.§. quòd si delinquentes. & §. non permittas.colla . 3.& 3.quæstio. 1.cap.reintegranda.pro quo dicto facit,quod leg.& not.in l.inciuile.C.de fur. contra Inno.tamen fortiter facit l.siue autem.§. duobus.ff.de publicia.obstat etiam cap.cum venerabilis. in fi.infra de excep.& si dictum sit verũ, quòd probatio antiquæ possessionis, & veteris possessionis auocet possessionem à secundo possessore bonæ fidei:totus titulus de rei vendi.C. & ff.& omnia iura, quæ loquuntur de probatione dominij, essent frustra posita, si solùm sufficeret probatio possessionis antiquæ. & similiter remedium publicianæ introductum in subsidium rei vendi. esset frustratorium . dictum ergo suum posset intelligi in rebus ecclesiasticis,per d.cap. reintegranda. & dic per Ioan.3. quæstio. 1.in summa.& in d. cap. reintegranda. & cap.nullus episcoporum . per quæ iura videtur, quòd beneficium huius constitutionis non fuit multum necessarium: voluit tamẽ declarare concilium, quòd ius ciuile in contrarium non obstaret:cui fortè multi iudices ecclesiastici insistebant, secũdùm Hostien. ¶ Ex prædictis ergo patet , quòd pro recuperanda possessione ius canonicum, & ciuile multum variè prouiderunt.& in diuersis casibus,vt ex prædictis apparet:quos si aliquis vellet prosequi,& declarare.quælibet ex prædictis constitutionibus esset vna lectio, de quorũ natura hic tangit aliqualiter do.Ioã.de Ligna.non perfectè; quia esset nimis longum.vt dixi.

S V M M AE.

1 *Restitutio si mãdatur fieri sub certo modo , necesse est illi mõ parere.*
2 *Homines propter guerras grauiter affliguntur.*
3 *Excommunicatus debet absolui, si stat per illum, qui tenetur recipere,quominus recipiat.*
4 *Delegatus debet seruare formam mandati non solùm in facto , sed ẽt in modo.*
5 *Possessorium potest intentari pro pensionibus, & affictibus.*
6 *Casus,in quo non spoliatus restituitur.*
7 *Absolutio contra formam mandati est ipso iure nulla.*
8 *Restitutio debet esse eiusdem modi , & formæ , cuius erat ante spoliationem.*
9 *Possessio non potest dici libera , ex qua potest quis expelli pro libito tertij .*

1 PIsanis ac- † Si mandatur restitutionẽ fieri, & sub certo modo: necessariũ est non solùm in facto , sed in modo parere:aliter non valet , quod agitur.h. d. Et prima pars ponit querelam episcopi Lucani.Secunda expressè eam diffinit , ibi[por ro.[Host.dicit, quòd Decre.continet commissionem:& pro cessum iniustum:& appellationem: primi mandati interpre-
2 tationem:& iniusti processus retractationẽ. ¶ Primò not.† q̃ propter guerras homines grauiter affliguntur.vnde dicit lex, q̃ belli calamitas , hoc pacis lenitas sopiret , vt in l.vnica. in prin.de cadu.tol.Quare autem sunt bella.dic,vt le.& no.j̃.de re iudi.c.apostolicæ.lib.6.¶ Secundò not.formam mandati, cum sententia censuræ petitur relaxari . Si enim constat de offensa,debet ipsam præcedere satisfactio. Si autem de ipsa est dubium , debet ipsam præcedere iuratoria cautio . quod dic,vt in cap.per tuas.infra de senten.excommu.& in cap.ex
3 parte.de re iudi.¶ Tertiò not.† quòd si stat per illum,qui tenetur recipere , quominus recipiat quod sibi debetur : debet excõmunicatus absolui.facit in simili l.acceptam.C.de usur. & l.qui decem.ff. de solu. ¶ Quartò not. quòd ille , in cuius fauorem est lata sententia censuræ,potest se opponere, ne relaxetur.sic etiam iudex.vt infra de senten.excom.cap. vene-
4 rabilibus. lib. 6.&c. ¶ Quintò no.† quòd nõ solùm in facto, sed etiam in modo debet delegatus seruare formam mandati.omissio enim modi, & formæ vitiat dispositionem , vt hic. & l.q Romæ.§.Flauius Hermes.ff.de ver.ob.ita ẽt dicimus in interpretatione . quòd non sufficit facere mentionem facti: sed de mõ causæ,& facti.vt.s̃.de rescrip.c. dilectus filius ab-
5 bas.&.j̃.de sen.excõ.c.vniuersitatis.in fi.¶ Sextò no.† quòd pensionibus,& affictibus intentatur possessorium.est ergo in quasi possess.quia aliter non daretur.vt s̃.eo.c.ex parte. & cõcor.s̃.de elec.c.querelam.licèt Cyn.no.contrarium in l.si cer
6 tis annis.C.de pac.¶ Septimò not.† casum mirabilem. quòd ille, qui non est spoliatus, restituitur.non enim castris fuerat spoliatus episcopus.quia non possederat dicta castra: nec pẽsionibus;quia sibi soluebantur,vt prius.& tamen tex.condẽnat Pisanos ad relaxationem possessionis castrorum,ad episcopum non spectantium.quæ sit ratio.j̃.tangam. ¶ Octauò no.hic Abb.quòd licèt non valuerit processus iudicis. valuit tamen confessio facta coram illo . Nam ex illa confessione mouetur hic Papa.facere cle.& ibi dixi in c.cõstitutionẽ.in fi. de elect. & quod dixi supra de iudi. in cap. at si clerici. in 3.
7 quæstio.¶ Nonò no. † quòd absolutio contra formam mandati est ipso iure nulla:multò magis excommunicatio.& hoc est verum,si forma est præmissa ab homine: secus si à iure. Si enim omittatur forma à iure: nihilominus tenet excommunicatio,& absolutio.11.q.3.c.1.& 1.q.1.c.vt euidẽter.¶ De-
8 cimò no.† quòd restitutio debet esse eiusdẽ modi, & formæ, cuius erat ante spoliationem.vt si erat libera,libera fiat restitutio.si conditionata,eodem modo.concor.l.1.§. qui autem. ff.de vi & vi ar. ¶ Nunquid autem spoliator , vel qui tenetur restituere possessionem, aliqua ratione potest retinere ius, quod tertio competit(puta ius vsusfructus:seruitutis, vel vectigalis.)dic,vt no.in l.indebiti. §.fi.ff.de cõd.inde. vbi est gl.
9 singularis.¶ Vndecimò no. † quòd non põt dici libera possessio, ex qua potest quis expelli pro libito voluntatis tertij. paria sunt ergo aliquid esse in potentia,vel actu.& eadem ad effectum produci. quia inspicitur, quod euenire potest contra delinquẽtẽ,vt no.in l.diuortio. C.de nego.gestis.¶ Duodecimò no.quòd si quis mandatur restitui in eum statum, in quo erat tempore motæ litis(licèt non reperiatur ille spoliatus) si tamen reperitur restitutus in modo possidendi , restituendus est ad plenum &c. ¶ Tertiodecimò no. quòd si per turbationẽ, vel spoliationẽ possessoris læditur ille, qui habet aliquod ius in re:potest etiam ille talis agere: vt possess. illius relaxetur : licèt ergo expulso domino, non videatur expulsus vsufructuarius : vel alius fortè , q̃ habet vtile dominiũ:sic

nec

nec econtra, si hoc nō intendit ille, qui spoliat, vt no. in l. si qs in tantam. C. vnde vi. tamen propter coniunctionem, si expulsione vnius alterius possessio læditur, agere potest, vt hic. quod est valde not. ¶ Cadit enim circa eandem rem multiplex possessio diuersis respectibus, vt hic patet. & plenè no. Bar. in l. 3. §. ex cōtrario. ff. de acqui. pos. ¶ Si ergo vnius possessio diminuitur per molestationem, vel priuationem alterius, agere potest, vt hic. sicut, quando per naturalem iniustā turbatur ciuilis alterius possessio, agi potest, vt no. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acqui. pos. In quo autem consistat ista turbatio, seu molestatio in casu nostri c. declarant hic Doct. quia possidētibus Lucanis dicta castra, Lucanus liberius percipiebat dictas pensiones, & affictus, quàm modò possidentibus Pisanis. Item potuisset facilius compellere Lucanos, si turbassent eum, quàm modò Pisanos. Item propter guerram modò facit maiores sumptus, inmittendo nuncios armatos ad recolligendos affictus, quàm prius, dum Lucani possidebant. meritò ergo mandat Papa dicta castra relaxari. cum ex eorum occupatione læditur. & verosimiliter lædi potest ecclesia Lucana. ¶ Sed contra opponitur, & videtur, quòd possidentibus Lucanis, eodē modo potuisset priuari episcopus perceptione pensionis. & similiter erat in eorum potestate admittere, quando vellent. Item ex ista ratione sequitur, quòd Lucani propter prædictos affictus non potuissent prædicta castra vendere: vel in alium potentiorē transferre, contradicente ecclesia Lucana. & ista videtur iniqua, propter affictus, & pensionis perceptionem, ita proprietarium rei arctare. Ex ista enim ratione etiam contra iustos dominos posset ille, cui debetur pensio, vel affictus, petere relaxari, vt securius percipiat. ¶ So. dicit Inn. æqua videtur ista prouisio contra occupatores, & contra tyrannos. vt ipsis occupātibus ciuitates, & castra (vbi debetur pēsio, vel affictus) possit peti, vt debeant relaxare. Item etiam videtur æqua, vt dominus talium locorum non possit alienare in potentiorē, à quo non ita commodè, vt ab ipso, pensio percipi possit. ar. opti. j. de deci. c. in aliquib. vbi mandatur dominis: vt locent prædia, ex quibus debent decimas, personis, à quibus exigi valeāt. ¶ Et prædicta deducit Inn. in argumētū. ꝙ sicut nō est licitum noua ædificia ædificare ad æmulationem alterius vel iniuriam, vt ff. de ope. pu. l. opus. Ita nec est licitum vetera incastellare, vt C. de ædifi. priua. l. 3. & C. de fun. limitosis, pascuis, & paludibus. l. 1. 2. & 3. & de his, qui no. infa. l. athletæ. & idem in quocunque alio: quàm episcopo, ibidem reddi tus habēte: nec est actio popularis: sed agit quisquis pro euitanda diminutione sui patrimonij.

De dolo. & contumacia.

a Ontinuatur hæc rubrica a ad præcedentia hoc ordine. vidimus. s. de spoliatis, & eiectis aduersariorū potētia. videamus de fatigatis in iudicio dolo aduersariorum, & contumacia. hr̄ de materia. 3. q. 9. & 3. q. 5. & 5. q. 2. & 3. per totum. 11. q. 3. & repetitur in 6. & Cle. ¶ Et habet ista rubrica duas partes, prima tractat de dolo. de quo habetur in pluribus partib. huius volumi. alia tractat de contumacia. de qua similiter habetur in multis locis in isto lib. vt hic no. Io. An.

ADDITIO.

a ¶ Continuatur hæc rub. De cōtinuatione istius rub. pulchrè, & ad longū vide infra in repe. c. finem litibus. eo. ti.

SVMMAE.

1 *Dolus, vel potentia contumacis, si impedit missionem in possessionem, qualiter subueniendum est parti.*

2 *Iuris dispositione qui est in possessione, per lapsum temporis ipsam perdit: & acquiritur ei, cui debet fieri, traditio corporalis.*

3 *Oblatio cautionis impedit annualem præscriptionem.*

4 *Rigor iuris, & districtio in rebus, & personis ecclesiasticis non debet vsquequaque seruari.*

5 *Contumacia rei si non lædit iustitiam partis, parcitur contumaci quò ad præbendum sibi audientiam.*

6 *Constitutio l. si quis in tantam. C. vnde vi. an habeat locum de iure canonico.*

7 *Iudex ecclesiasticus an possit mulctare.*

AD hæc. Reus, qui mittendum in possessionem ad mādatum iudicis nō admisit, non mulctabitur de canonica æquitate, si. j. annum caueat stare iuri. h. d. communis diuisio. secunda ibi [ad quod.] ¶ Primò no. † ꝙ quandoque dolus, vel potētia contumacis impedit immissionē in possessionē. & tunc iura subueniunt: vt perinde habeatur, ac si nactus esset, vt est tex. no. in l. quamuis. ff. de bo. aut. iudic. pos. & j. eo. c. contingit. non enim delinquendo facit quis meliorem suam conditionem. nec debet esse melioris conditionis contumax, q̄ obediēs, vt in c. 1. de postu. & in d. c. contingit. j. eo. ¶ Secundò no. quòd † iuris dispōne ille, qui est in possessione, per lapsum temporis ipsam perdit, & acquiritur ei, cui debet fieri traditio corporalis. & est iste casus satis singularis contra cōmunes regulas, quæ volunt, quòd possessio sine actu corporeo non quæratur: & sine animo non perdatur, vt in l. licèt. C. de acqui. pos. & l. 3. §. in amittenda. ff. eo. titu. & hoc totum facit iuris dispositio in odium contumacis, & c. ¶ Tertiò no. † quòd oblatio cautionis impedit præscriptionem annualē. de quo. s. de of. or. c. pastoralis. ¶ Quartò no. † ꝙ rigor, & iuris districtio in rebus, & personis eccle. non debet vsquequaque obseruari. facit. s. de iudic. in c. dilecti. & hic in glo. pe. ¶ Quintò no. † ꝙ cū cōtumacia rei nō lędit iusticiam, parcitur contumaci quò ad præbendum sibi audientiā: siue mulctam. quantuncunq; enim ius partis non efficiatur deterius, admittitur purgatio contumaciæ, siue moræ, vt l. si post tres. ff. si quis cau. & l. fi. ff. si quis in ius vo. nō ie. ¶ Primò quæro. pone, quòd reus cōparuit, & meruit tenutam, reuocatur cautione oblata secundùm formā huius. c. deinde iterum se absentat. & in fine anni iterū venit, & cautionē offert: nunquid iterum possessionē recuperabit. potest dici, ꝙ non: imò secūdò adiudicabitur possessio actori, saluo iure proprietatis ipsi reo. vel saltē cessabit restitutio: donec causa incipiet habere legitimum progressum, ar. j. c. proxi. & c. finē litibus. de hoc in Spec. de secundo decreto. §. iā de effectu. in fi. & ibi in additionibus. facit Aut. qui semel. quomodo, & quando iudex.
6 ¶ Secundò quæritur, nunquid rigor illius constitutionis si quis in tantam. C. vn̄ vi. habeat locum de iure canonico. dicit glo. ꝙ sic, in rebus priuatorum. quod est verum: nisi fortè rē suam (quam occupat) per iudicē consequi non possit, secū dùm Io. qui hoc no. 1. dist. c. ius gētium. in fi. 1. glo. & hoc est verum, si violētia infertur à maiore. 25. an. Si autē infertur à minore: vel muliere. dic, vt in d. l. si quis in tantam. ¶ In rebus verò, vel ecclesiasticis personis, an habeat locum dictę constitutionis pœna. glo. hic videtur sentire, ꝙ non, & alle. in contrariū. 16. q. c. placuit. & vltima solummodo placet Phi. de quo dic, vt j. de succes. abintest. c. pe. in pe. gl. facit quod no. de or. cog. c. 2. in 3. gloss. & j. de reg. iur. c. delictū. lib. 6. & j. vt lite penden. c. eccle. il primo. super vlti. gl. ¶ Tertiò quæ
7 ro, † an iudex ecclesiasticus possit mulctare. tex. uidetur dicere, quòd non. Ioan. And. remittit ad no. j. de pœnis. c. licèt. & 93. distin. c. vl. & de differentijs inter pœnam, & mulctam vide in Spec. de sen. prola. §. 2. ver. est & quarta. & ver. seq. & de mulcta ponit Hosti. specialem reg. in summa de senten. & re iudi. & C. de modo mul. in fin. & l. 1. ff. si quis ius di. non obten.

Reus

SVMMAE.

1 *Reus condemnatur in expensis, quas propter eius contumaciam, vel dolosam exceptionem actorem fecisse constabit.*
2 *Missio in possessionem propter contumaciam habet locum etiam inter religiosos.*
3 *Iudex potest facere sequestrari rem, in quam propter contumaciam debet fieri missio.*
4 *Iudex potest aliam pœnam imponere cõtumaci circa rem ipsam, quæ petitur, quàm sit imposita à iure.*
5 *Secundæ literæ vt reuocent priores, quid in eis requiratur.*

1 EX literis. † Reus condemnatur ad expensas, quas propter eius contumaciam, vel dolosam exceptionem actorem fecisse cõstabit. h. d. vel aliter. Per secundas literas non facientes mentionem de primis primę literæ nõ reuocantur. & secundùm istum modum summandi nõ facit ad titulum. vel aliter. Propter contumaciã rei potest res, quæ petitur. sequestrari: sed in hoc est opi. Et ideo prima lectura est magis cõmunis. cõ-
2 munis diuisio. & secũda ibi [verùm.] ¶Primò no. ꝙ † immissio in possessionẽ propter contumaciam habet locum etiã
3 inter religiosos. ¶Secundò no. † ꝙ propter contumaciam potest iudex rem, in qua debet fieri missio, sequestrari facere. & tunc dicitur mitius agi ex eo, quòd per sequestrum nõ pditur possessio, si hoc est actum. de quo dic. s. de iudi. c. examinata. Vel dic, quòd istud, mitius, non concernit contumaces, sed concernit monachos, quasi magis faueatur eis sequestrando, quàm in possessionem mittendo. quia per sequestrationem canonici perdunt possessionem: nec recuperant, etiã infra annum, cautione oblata. secus est, si fieret missio: quia tunc recuperarent infra annum, comparendo, vt. s. vt lite nõ contesta. cap. quoniam frequenter. §. in aliis. & de isto sequestro dic plenè, vt in reg. locupletari. lib. 6. in mercu. ¶Tertiò
4 ex hoc etiam not. † quòd iudex potest aliam pœnam imponere contumaci circa rem ipsam, quæ petitur, quàm sit imposita à iure communi. Nam de iure communi contra cõtumacem est proditũ remedium missionis, vt in d. §. in aliis. & tamen iudex adhibet remedium sequestrationis, vt hic. & hoc facit ad no. per Innocen. in c. cum dilecto. j. de ver. significa.
5 ¶Quartò no. † quòd secundæ literæ (vt reuocent priores) requiritur, quòd de ipsis faciant expressam mentionem, nõ generaliter, & indiffinitè: quia speciale prius non tollitur per generale posterius, vt in c. pastoralis. s. de rescrip. & ex taciturnitate exprimendorum, vt nominum, & diœcesis, pręsumitur dolus. ¶Quintò no. quòd qui succumbit in causa, condemnatur in expensis. de quo. j. eod. c. finem litibus. ¶Oppo. hic. ꝙ petebatur ecclesia. quòd iudex potuisset mittere in possessionẽ propter contumaciam. Sed contra de c. eum qui. de eo qui mit. in pos. lib. 6. Sol. breuiter ibi loquitur, cum agitur de ecclesia in titulum: hic in proprietatem. ¶Secundò oppo. de c. per tuam. j. de simo. vbi durius agitur cum religiosis. ¶So. ibi cum agitur ratione criminis. hic ratione contumaciæ. facit quod no. s. de iudi. c. cum non ab homine. ¶Quæro post Ioan. de Ligna. nunquid missus potest infra annum petere, vt contumax cogatur comparere, & recuperare rem suam. Archi. quòd non. j. de eo, qui mit. in pos. lib. 6. c. 1. ¶Contrariũ tamen videtur, cum quilibet possit renũciare iuri suo. de reg. cap. ad apostolicam. ¶Secundò quæritur. iudex potest simul facere commissionem, & in expensis condemnare, per no. in cap. cum venisset. infra ti. 1. in secunda glo. Illa tamen litera non ob. quia nedum condemnat: imò etiam taxauerat, antequam constaret de eis: videtur ergo fieri posse, ex quò cõstat de contumacia. j. eod. c. cũ dilecti. alias quæstiones hic vide per eum.

SVMMAE.

1 *Actor si est contumax, reo instante, diffinitiua potest ferri sententia.*
2 *Citatus ad causam debet dimittere procuratorem.*
3 *Procurator debet citari, si principalis non reperitur.*
4 *Semel veniens ad iudicium: si postea non reperitur, præsumitur latitare.*

1 CAusam. † Si actor est contumax, reo instante, diffinitiua sñia ferri pòt. h. d. ¶In prima ponitur decisa rei petitio. In secũda ipsius papalis exauditio. secũda ibi [ceterum.] Primò not.
2 † quòd postquam quis citatus est ad causam, debet dimittere procuratorem. de quo dic vt l. 1. ff. de li. agno. & infra de eo, q
3 mit. in pos. c. fi. ¶Secundò not. † ꝙ debet procurator citari, si principalis non reperitur. ¶Tertiò no. quòd hic sufficit citatio ad domum. & per talẽ citationem potest procedi ad sen-
4 tentiam diffinitiuam, vt hic. & hoc est ideo, † quia semel fuit in iudicio. vnde si postea non reperitur, præsumitur latitare, vt no. Inno. in d. c. fina. de eo qui mit. in pos. ¶Si autem quis nunquam fuit in iudicio: an sufficiat ad domum, ad hoc vt possit cõtra eum procedi, tanquam contra contumacem. dic quòd sic in l. scire oportet. in §. oportet. ff. de excu. tu. vbi tex. dicit alternatiuè [ad faciẽ, vel ad domum.] ergo sufficit alterum, vt l. si hæredi plures. ff. de condi. insti. Sed in l. 4. §. ait ptor. ff. de dam. infec. dicit idem Dy. quòd ita demum sufficit citatio ad domum, si nõ potest haberi copia personæ. & hoc sentit glo. hic, & clarius Innocen. j. de eo, qui mit. in pos. c. fi. ¶Opponit glo. in c. infra prox. vbi demum post litis contest. fertur sententia diffinitiua: hic autem non fuit lis cõtest. & tamen proceditur ad diffinitiuam, quare malè. Sol. dic vt in gl. magna hic. & plenius in Spec. de contu. §. 2.

SVMMAE.

1 *Litis contestatio fit etiam per indirectam responsionem super re deducta in iudicium.*
2 *Appellans frustratoriè potest iterum citari ad malitiam conuincendam.*
3 *Sententia diffinitiua ferri potest post litem contestatam, si liquet de causa.*

PRout vobis. Si reus post lit. contest. est contumax: si aliàs liquet de causa, fertur diffinitiua sententia. si non liquet, actor in veram possessionem inducitur. h. d. communis diuisio. secunda ibi [ideoq;.] ¶Primò no. quòd contumax dicitur, etiam si postea comparet, & præstet iuratoriam cautionem. de qua in Aut. & qui iurat. C. de bo. auct. iudi. pos. & supra vt lite non contesta. c. quoniam frequenter. §. in aliis.
1 ¶Secundò no. hic Lau. † quòd per indirectam responsionem super re deducta in iudicium, sit lis contesta. & aduerte, qa hic videtur colligi, quòd per exceptionẽ præscriptionis obiectam fit litis contesta. cuius contrarium est veritas. de quo in c. 2. j. de lit. contesta. lib. 6. & hic per Innocen. Hosti. & Abb.
2 ¶Tertiò no. † quòd appellans frustratoriè iterum citatur ad malitiam conuincendam: non autem de necessitate, vt infra eo. c. 1. lib. 6. de quo in c. vnico. eod. titu. in cle. ¶Quartò not.
3 † quòd post lit. contesta. fertur diffinitiua sententia, si liquet de causa. de quo hic plenè in glo. magna. & plenius in Spe. in ti. de contuma. §. sequitur. cui adde quod habes. j. eod. c. veritatis. &c.

SVMMAE.

1 *Reus fundata intentione actoris, si peremptoriam obijcit: & acceptis induciis deficit in probando, punitur in expensis.*
2 *Intentio Papæ est lites dirimere: & laboribus releuare subiectos.*
3 *Temeritas, & calumnia coercetur in dãno expensarum, non solùm in be-*

in beneficialibus:sed etiam in temporalibus causis.
4 *Beneficia ecclesiastica non possunt diutius vacare sine magno dispendio.*
5 *Casus,in quo ante sententiam venit refectio expensarum.*
6 *Qui non potest parti ad interesse expensarum in causa ciuili satisfacere,punitur in corpus,arbitrio iudicantis.*
7 *Condemnationis expensarum causa quadruplex.*
8 *Refectio expensarum an veniat in quolibet iudicio. Et quo iure numer.10.*
9 *Succumbens in causa appellationis,an sit condēnandus semper in expensis.*
10 *Condemnatio expensarum quando sit fienda.*
11 *Expensæ,quæ veniant reficiendæ an vtiles,& necessariæ: an necessariæ tantùm.Et qualiter probentur nu.14.*
12 *Iuramentum calumniæ an excuset ab expensis.*
13 *Contumax an sit citandus ad videndum fieri condemnationem expensarum de eo.*
14 *Contumax in expensis condemnatus, an possit appellare.*

1 FInem litibus. †Si reus fundata intentione actoris peremptoriam obiicit.& acceptis induciis deficit in probando, punitur in expensis:igitur dolosus præsumitur.h.d.non recipit congruam diuisionem,quia premittit,intermittit, & submittit constitutionis causas: quas interserit. Vel potest diuidi in duas partes.In prima præmittit constitutionis causas generales.In secunda ibi[p̄nti.]ponit constitutionem, & duas speciales causas interserit.prima causa ibi[quia frequēter.]& hęc propriè respicit prohibitionem, & causam impulsiuam.secunda ibi[& hic saltem]ponit causam finalem.¶Pri-
2 mò no.†ꝙ intentio Papæ est lites dirimere, & laboribus releuare subiectos,vt ĩ.de offi.le.c.j.lib.6.¶Secūdò no.in ver.
3 præsertim.†ꝙ non solùm in beneficialibus:sed etiam in temporalib.causis temeritas,& calūnia coercet damno, & expēsis,vt ĩ.de pœn.c.calū.& hoc tenet Host.& Abb. vt in oībus causis hæc ꝓuisio locum habeat. & ad hoc inducunt gn̄ralitatem cāæ,de qua sequit ibi[qđ frequēter.]¶Tertiò no. †ꝙ
4 bn̄ficia ecclesiastica nō p̄nt diutius vacare sine magno dispēdio.concor.s̄.de ele.c.ne pro defectu.& c.cū inter vniuersas.
5 ¶Quartò no.†casum,in quo ante sn̄iam venit refectio expēsarū.cū scilicet fundata intētione actoris, exceptio opponit, & incontinenti non probat.vtrū ergo non cesset ista pœna, requirit,ꝙ actoris intentio sit fundata.& hoc cōstet. & ꝙ statim non sumat onus probandi,altero istorum deficiente: sufficit actori ꝓuisio iuris cōis.s.condemnatio in fine cāæ.¶Et aduerte ad tex.dū dicit[fundata intentione actoris.]&c. innuit.n.litera,ꝙ si quis opponit exceptionem dilatoriā. & succumbit:non habet locūm ista prouisio.Host.tn̄ sentit contrarium propter verbum,differendum,positum in tex.qđ cōcer-
6 nit dilatorias,& perēptorias.de quo.ĩ.dicā.¶Quintò not.† ꝙ in cā ciuili qui nō pōt satisfacere parti de interesse expēsarum,punitur in corpus arbitrio iudicantis.& hoc est regulare,si pœna venit applicanda fisco.Si aūt de interesse,qđ partem concernit,non potest debitor satisfacere:an debeat luere in corpus.dic vt ĩ. de solu. c.Odoardus.per Inn.¶Opponitur,& videtur,ꝙ refectio expeñ.debeat fieri in fine litis, vt
7 l.properandum.§.si autem alterutra.C.de iudi.¶ So. † quadruplex est causa condemnationis expensarum.Prima est ratione victoriæ.& in hoc distingue.aut vult quis consequi expeñ.totales:aut particulares factas super vno c. primo casu expectatur finis litis vt contrario. ¶ Secundo casu expectat finis litis illius c.vnde in qualibet emergēti victus victori est
a condemnandus in expensis,[a]vt not.Spec.in ti.de expeñ. §.si autem.ver.sed nunquid deficiens. licèt quid, contra tamen, hic format Iac.Bu.in l.sancimus.C.de iudi.& si hoc est omissum,potest suppleri in qualibet parte litis,durante eodem iudicio.vt no.Inno.in c.sæpe.ĩ.de app.tex. tamen ille ob. huic opinioni.hic enim ita demum fit condemnatio expen. super illa exceptione non probata,si est proposita post fundatam intentionem actoris,& incontinenti non probetur. vbi ergo hæc non concurrant:videtur,ꝙ condemnatio expen.fit tempore sententiæ differenda,vt dixi.s̄.secundùm Io.An.¶Secūda,ꝙ ratione retardati processus fiat condemnatio expensarum regulariter:videtur tex.in l.non ignorat. C.de fruc.& li. expen.¶Tertia causa est condemnationis expeñ.ratione temerariæ citationis(puta si est citatus non citandus)fortè qa æquiuocatum in nomine, vel citatio est æquiuoca. & debet in expensis condemnari ille,qui fecit quem temerariè citari,vt l. eū quē temere. ff.de iudi.& in c.fi.s̄.de rescri.¶Quarta causa est ratione contumaciæ,& ista cōtumacia semper in expensis punitur statim,cum in contumacia deprehenditur. nec ante super ea auditur,q̄ expensas restituat.& de istis loq̄tur l. sancimus.C.de iudi.¶Secundò opponitur, & videtur, ꝙ ista constitutio sit derisoria.si enim reus deficit in probando exceptionem oppositam post fundatam intentionē actoris,debet cōdemnari super debito iam probato,& sup omnibus expensis.vt d.l.properandum. §. si autē alterutra.frustra enim quærimus de condemnatione expensarū fienda super exceptione,& art.non probato.quia debet condēnari super illis,& omnibus expensis causæ.Sol.dic, ꝙ fortè,si in illa exceptione succūbat,ab alia non excluditur,vt l.nemo.ff.de except.& c. nullus pluribus.de re.iu.lib.6.potest esse etiam vtilis ista prouisio,vt de expēsis factis super exceptione nō probata fiat condemnatio expensarum de per se;quia quandoq; propter contumaciam ipsius actoris, vel aliam causam licèt in causa obtineat:tamen reus releuatur à condemnatione ex pen. ex iusta causa. ab istis autem non releuabitur, secundùm Ioan.And.quod not.¶ Tertiò oppo. Inno.dicitur hic, ꝙ post actoris intentionem fundatā,reus admittitur ad probandam exceptionē peremptoriā.contra quia si actoris intētio est fundata per testes,& publicatæ sunt attestationes: nō possunt testes vltra produci,vt in cle.1.de testi. ¶ Sol. intellige,ꝙ exceptio rei concernebat nouū articulum non dependens, vel antiquum. quod dic vt. ĩ. de testi.c.fraternitatis. ¶ Venio ad gl.magnam. & plenè prosequitur materiā expensarum,quæ fiunt in iudicijs.de illis .n. quę fiunt in rebus alienis bona,vel mala fide possessis.dic,vt s̄.ti.1.c. grauis. diuido ergo gl.in quinq; quæstiones principales. de quibus. ĩ. prosequar succinctè,& de alijs,vt patebit.ĩ. Prima ergo quæstio erit:an in iudicijs veniat generaliter refectio expensa. Secundò quo iure veniat reficiendæ. Tertiò quando illa cōdēnatio sit fienda. Quartò quæ expen.veniāt in condēnatione. Quintò an iuramentum calūniæ excuset de expensis.¶ Redeo ad primā.† an in quolibet iudicio veniat refectio expensarum.dico,ꝙ quoddam est iudicium criminale:quoddā ciuile.In iudicio criminali est op.si reus,vel actor succūbit:an debeat fieri condemnatio in expēsa.Ia.disputauit, ꝙ non.Bart. tenet contrarium in l.1.ff.ad Turpil.dicam.ĩ.c.proximo.vbi gl.de hoc.In iudicio autem ciuili regulariter victus victori cōdemnatur in expensis,vt in d.§. si aūt alterutrum. & hoc est verum,nisi habuerit iustam causam litigandi: puta conuētus ad debitum, quod descendit ex persona alterius, vel procuratoris.pōt enim probabiliter ignorare: vnde non condēnabitur in expensis,vt l.qui solidum.§.ēt.ff.de leg. 2.& l. si mulier.§.si rem.ff.de leg.3.hic tn̄ aduerte, quia si à principio habuit iustam causam litigandi: demū pendente iudicio est certificatus de veritate causæ,dēt desistere:aliàs ex tūc.s.postq̄ si
b bi constat de veritate,censetur improbè litigare: & condēnaretur ab illo tp̄e in expensis.vt l.si quis inficiatus[b].ff. deposi.
8 Itē istud est verū in cā principali. ¶† In cā verò appellationis,an sit istud verū indistinctè,q succūbit sit cōdēnandus in expensis. rn̄deo.si loquimur de eo,q succubuit in principali: nō vr̄ dubiū,ꝙ sic,si succūbat ex eisdē actis:secus si ex nouis actitatis.Si aūt ille, q succubuit in cā principali, obtinuit in appella-

appellationis cauſa.tunc videtur quædam compenſatio faciē
da hincinde, vt no.in l.generaliter. C.de reb.cred.de hac q̄-
ſtione dic,vt no.Bar.in l.fi.ff.de re iud.& p Io.An. de reg.iur.
c.ignorā.li.6.& per Hoſti.in ſumma. eo.ti. §.quomodo. ſub
§.cum autem.ver.quomodo igitur.& ver. ſed nunquid appel
latur.& in Spe.de expeñ. §.nunc videndum. ver.quid de ap-
10 pellato.& ver.ſeq.vbi no.quid iuris, ſi appellās pro parte. de
quo hic per Innoc.¶Secundò principaliter quæro† quo iure
veniat refectio expenſarum. reſpondeo, ꝙ quædam veniunt
ex contractu:quædam propter contumaciam:quædam rōne
victoriæ.iſtę vltimæ veniūt officio iudicis mercenario;nec du
rat ipſarum petitio poſt ſententiam latam in cauſa principa-
li,vel appellationis,vt l.terminato.C.de fruc.& lit.expen.& l.
omnem honorem. quando prouo. non eſt neceſ. & ſi iudex
non condemnauerit,de ſuo tenebitur reſarcire, vt d.§.ſi autē
alterutrum. quod intelligo verum, ſi fuerit petitum à parte:
aliàs iudex non tenetur impendere ſuum officium non peti-
tum,vt l.4.§.hoc autem iudicium.ff.de dam.infec.& ita tenet
Dyn.illæ autem,quæ veniunt ex contractu,debentur,& poſ-
ſunt peti,etiam poſt ſententiam quandocunq;, vt eſt glo.no.
in l.ſi mulier.§.ſi rem.ff.de le.3.Et idem fortè in his, quæ de-
bentur ratione contumaciæ.ff.ſi quis ius di. non ob. l.1.vbi
glo. dicit, quòd petuntur actione in factum.Contrarium ta-
11 men not.Cyn.in d.l.ſancimus.C.de iud.¶Tertiò quæro,† qñ
ſit fienda condemnatio expenſarum. rñ. quòd quædam ſunt
expenſæ, quæ fiunt ante litis conteſt. puta ſuper dilatoria, &
declinatoria. quædam ſunt, quæ fiunt ſuper peremptoria,pē
dente iudicio. quædā,q̄ ipſam cauſam principalem concer-
nunt: puta ad probādum id,quod petitur. de primis ſcilicet,
quæ fiūt ſuper exceptionibus dilatoriis: an in ipſis ſtatim qui
ſuccumbit,debeat condemnari:an reſeruari in fine cauſæ.gl.
hic dicit,quòd ſtatim,ſi conſtat euidenter de calumnia:aliàs
in fine cauſæ reſeruentur.¶Alij tenent indiſtinctè,quòd ſta-
tim,vt Lau.Tancr.Vin.Gui.Naſ.Inn.& Hoſt.& ſic ſeruat Cu
ria,vt no.Spe.in ti.de expen. §.iuſta.ver. ſed nūquid deficiēs.
& in §.poſtremò. ver.ex p̄miſsis.Secūdo caſu,qñ loqmur de
expenſis factis, pendente iudicio ſuper aliquo emergenti,vel
incidenti. dic vt dixi.ſ̃.aliqui enim tenēt,quòd ſtatim.alij,ꝙ
in fine reſeruentur, niſi in caſu ſpeciali huius conſtitutionis.
Tertio caſu de illis,quæ concernunt cauſam principalem,nō
eſt dubium,quòd in fine.vt in d.§ ſi autem alterutra.¶Quar
12 tò principaliter quæro † quæ expenſæ veniunt reficiendæ:an
vtiles,& neceſſariæ:an verò neceſſariæ tantùm.Spe.tangit in
ti.de expen.§.fi.& glo.hic &.j̃.de reſcrip.c.ſtatutum. §.acceſ
ſor.cum §.præcedenti.lib.6. licèt ibi de alijs expenſis loqua-
tur.Io.An.tenet hic,quòd vtiles,& neceſſariæ veniant:non au
tem vtiles non neceſſariæ. puta conduxi quatuor aduocatos
in cauſa,in qua vnus ſufficeret.& quid iuris,ſi habuit aduoca
tum gratis.dic in Spec.de expen.§.fin.ver.quid ſi victor. ver.
ſeq.Et qd iuris,ſi ipſe erat aduocatus:an debeat ſibi taxari ſa
larium:ſicut ſi alium conduxiſſet.dic vt l.ſi ſtipulatus es.ff.de
fideiuſſ.¶Hic etiam quæri poſſet,quid iuris,ſi quis non expē
dit:ſed propter id, quòd oportuit eū ire ad iudicium, paſſus
fuit damnū in propriis rebus, vel in itinere deprædatus, vel
cū ſit artifex,non eſt lucratus.dic per Cy.in l.ſancimus.C.de
13 iud.¶Quintò quæro† an iuramentū calūniæ excuſet ab ex-
penſis.ſicut probabilis ignorantia.glo.hic tenet, quòd excu-
ſet.niſi conſtet de euidenti calumnia. alij dicunt, quòd nō ex
cuſat.& hoc ſequitur hic Ioā.An.per Decre.calumniam.j̃.de
pœn.quæ dupliciter hoc probat, vt ibi per eum.& Gul.dicit
ſic Curiā ſeruare: niſi iuſſus Papæ, vel cauſa rationabilis mo
ueat in contrarium.ita dicit ipſe in prævalleg. §.Et dic de iſta
quæſtione per Bar.in l.1.ff.ad.Turpil.& in conſi.ſuo.quod in
14 cipit.Audruciolus.& per Bal.in Aut.generaliter.C.de epi. &
cler.¶Sextò quæro,† qualiter expenſæ probantur.dic,quòd
per iuramentum,taxatione iudicis præcedente.quod dic, vt
not.Inno.in c.fi.ſ̃.quod met.cau.Quid ſi dicitur in cōtractu,
quòd ſtetur dicto creditoris de expenſis,& intereſſe? dic in
Spe.in ti.de proba.§.fi.ver.quid ſi.& l.fi.ff.de p̄to.ſtip.p Bar.
15 plenè.¶Septimò quæritur† nunquid contumax debeat cita
ri ad videndum condemnationem fieri expen.de eo. Docto-
res dicunt,quòd non eſt neceſſaria alia citatio. quoniam hoc
eſt notorium iudici vt iudici, & parti, vt C.de teſt.l.nullum.
facit quod no.Inno.ſ̃.de procura.c.auditis.vnde ſtatim cum
quis non comparet in termino, etiam in prima citatione,po
teſt ſine alia citatione in expenſis condemnari, vt in c.quere
16 lam.ſ̃.de procur.& ibi not.¶Octauò circa hoc quæro, nun-
quid contumax in expenſis cōdemnatus poſſit appellare? vi
detur, quòd nō.quia contumax non appellat,l.properandū.
§.ſi autem.C.de iudi.dicit Cy.not.in d.l.ſancimus. quòd in-
terdum contumacia eſt cauſa pronūciationis, vt hic.quia ex
contumacia debentur expen.tunc ſi contumax,antequā con
demnetur,compareret, & in eum præſentem ferretur cōdē-
natio expenſarū:tunc bene poterit appellare.& idem in mul
cta,ſecundùm Pe.¶Sit ergo cautus, vt tempore condemna-
tionis ſe iudici repræſentet.Si autem non fuerit præſens tem-
pore ſententiæ,ſed taxationis.dic, quòd non poterit appella
re à condemnatione,ſed à taxatione,ſecundùm Pe.Non ob-
ſtat, quòd taxatio expenſarum ſit quædam executio condē-
nationis,à qua appellare non potuiſſet, vt ff.quod met.cauſ.
l.ſi cū exceptione.§.hæc autem actio. nam licèt ſit executio:
tamen ſi modus exceditur in taxando, admittitur appella-
tio,vt no.plenè Innocen.in c.fi.ſ̃.quod me.cau.¶Taxatio er
go propter exceſſum, non condemnatio propter iniuſtitiam
præbet iuſtam cauſam appellandi. de iſtis quęſtionibus quæ
rit.do.Bal.in d.l.ſancimus.an ſi iudex, qui inquiſiuit ex offi-
cio,& non probauit, teneatur ad expenſas. & an denuncia-
tor criminis, qui non probat.& an debeāt peti iſtæ expenſæ.
Et an in cauſa, in qua poteſt procedi contra abſentem, ve-
niat condemnatio expen.de iſta dic, vt in c.1.j̃.de elec.lib.6.
& in c.fi.j̃.eo.Et an iudex, qui non condēnauit in expen.pa
rtem,& propter hoc ſoluit de ſuo: an poſſit repetere à cōtu
mace.dic vt in Spec. de expen. §.nunc vidēdū. ver. illud aūt.

ADDITIONES.

a ¶Cōdemnandus in expen.Sed ſi poſtea victor vincatur in principali,teneatur expen.illi reſtituere.vide Bar.ff.de pig.acti.l.ſi pignore.cū Alberi, poſt Guli.

b ¶Si quis inficiatus.vide ibi pulchrè Bar.

SVMMAE.

1 *Dolus malus quid ſit.*
2 *Calliditas qualiter committatur.*
3 *Fallacia conſiſtit in ſuggeſtione falſitatis.*
4 *Mendacium quid dicatur.*
5 *Machinatio committitur in arte verborum.*
6 *Dolus bonus quid dicatur.*
7 *Auxilia quæ competant contra doloſum.*
8 *Contumacia quid dicatur.Et an ſit maleficium,ſiue delictum.*

Repetitio c. finem litibus.

DE dolo& cōtumacia.

Iſta rub.continuatur ad præcedentia in hunc modum. dictum eſt ſupra de ſpolia. & eiec. aduerſariorū potentia. videamus de fatiga. in aduerſariorū iudicio,dolo,& cōtumacia. vel aliter.Quia ſpoliatus qñq; dolo, & cōtumacia rei reſtitutionem conſequi non poteſt.ideò qualiter ſubueniatur, ponitur ſub hac rub.quæ repetitur ſatis vtiliter in 6. & cle. & cōueniunt multa iura huius volumi. quæ alleg.hic Io. And.ſuper iſta rubri.ſicut feci in rub.de cau. poſ. & proprieta. inſiſtendū eſt bene circa tria.Primò quid ſit dolus. Secundò qd ſit con-

1 fit cõtumacia.Tertiò vtilẽ q̃õnẽ ſubdam.¶Quæro igitur,q̃d
ſit dolus.dic,ꝙ dolus eſt calliditas:fallacia: machinatio ad
2 circunueniendũ aliquẽ adhibita,vt l.j.§.j.ff.e. †Calliditas cõ
mittitur in tacẽdo.vnde Salomon. Qui diſsimulat iniuriam,
callidiſsimus eſt.exemplum in rei venditore,qui non patefe-
cit ſeruitutem emptori ignoranti.vel dicit rem nullam debe-
re ſeruitutẽ:tñ ſi debetur,volo teneri.ff.de act.ẽpti.l.1.§.pen.
vel pone exemplũ.s̃.de reſcrip.c.ſuper literis.& per totũ tit.
3 de ædil.edic.†Fallacia conſiſtit in ſuggeſtione falſitatis.ff. de
fur.l.falſus.§.ſi quis mihi.vnde mendacium eſt falſa ſignifica
4 tio vocis cum intentione†fallendi.22.q.2.c.is aũt.& in Aut.
5 de inſtr.cau.& fi.in prin.†Machinatio cõmittitur in arte ver
borũ.pone exẽplũ.j̃.de ſpon.c.ex literis.& c.tua nos.& iſta
6 cõueniũt dolo malo.†Eſt & dolus bonus.de quo.22.q.2.c.
ne quis.& de conuer.coniuga.c.dudum.iſta ſunt exẽpla dñi
Pau.de Leaza.qui tangit iſta hic.Tu pone exemplũ de capto
à Gonuenſibus.qui finxit ſe contractum:vt ſic non duceretur
captiuus.vel pone in Salomone,q̃ finxit ſe velle diuidere pue
rũ.vel pone in illo,qui finxit ſe ſacerdotẽ,vt mortis periculũ
euitaret.de his,& alijs vide per gl.in d.l.j.§.j.ff.de dolo.exem
pla plura de prædictis quærere,eſſet potius laborioſum,quã
ſubtile,vt in ſimili dicit gl.in l.1.ff.ſo.ma.idẽ Pau.hic p modũ
7 ſummæ tangit de materia doli.¶Quæ auxilia competant cõ
tra doloſum.cui detur:contra quẽ:ad quid detur actio de do
lo:quando ceſſet,& qualis ſit.iſta proſequi,eſſet longa repe-
titio.& extra propoſitam materiã huius tit.in quo ſolùm tã-
gitur de dolo commiſſo circa iudicia, non circa contractus,
vel alias diſpoſitiones.de his igitur ſi vis plenè inſtrui,recur-
8 re ad ti.de dol.ff.eo.& C.¶†Secundò quæro, quid eſt contu
macia.dicit Pau.ꝙ contumacia eſt contra iudicẽ,vel prælatũ
cõmiſſa inobediẽtia.quæ qualiter deprehẽdatur,& quot ſint
9 eius ſpẽs.vide per Ho.in ſumma.de contuma.§.1.¶†Tertiò
quærò vtrùm contumacia ſit maleficium,ſiue delictum.hoc
vtile eſt ſcire.quia in multis partibus ſunt ſtatuta, ꝙ banniti
pro maleficijs poſsint impunè offendi.& ꝙ cõtumacia ſit ma
leficium,probatur.quia vbi dolus verſatur, & nõ eſt certum
nomen delicti:oritur crimen ſtellionatus.quod crimẽ eſt ma
leficiũ.& inter maleficia ponitur.vt.C.& ff.de cri.ſtel.¶Quã
do.n.ſub aliqua materia ponitur aliq̃d, ab illa denominatur,
vt.ff.de in diem adiec.l.in partes.& no.in l.fin.de cond.inde.
An autem ille,qui non obtemperat iudici,eſt in dolo.dic vt l.
non poteſt.ff.de reg.iu.& c.ſi quis contrauenerit.de maio.&
obedi.& ꝙ ſit delictum & maleficiũ,probatur.quia punitur,
vt l.contumacia.ff.de re iud.& l.j.ff.ſi quis ius di.non obtem.
imò quãdoq; punitur morte,vt d.c.ſi quis contrauenerit.&
l.omne delictum.ff.de re mili.ad hoc c.veritas. ibi [cum apo
ſtolo omnẽ inobedientiam vlciſci.]&c. denegatur contuma
ci quandoq; audientia,vt l.ſed ſi per prætorem.§.ſed ſi dum
decetero.qui.ex cau.ma.præterea arguendo ab alluſione vo
cabuli.quod q̃nque fit,vt c.ſi cupis.16.q.j.& l.2.§.appellata.
ff.ſi cer.pet.Maleficium eſt malefactũ.tñ malè facit,qui iudi-
ci non obtemperat,vt d.l.non poteſt.¶Econtra ꝙ non ſit de
lictum:quia non reperitur, ꝙ contumacia ſit delictum publi
cum,vel priuatum.enumeratur enim in ti.de pub.iudi.vſque
ad fi.& in ipſo tractatu de contumacia non habetur mẽtio:
ergo &c.vt l.obligationũ fere.§.placet.ff.de act.& obli.præte
quorundam, nõ creditur ſibi, in illorum prẹiudicium. poteſt enim homicidium, vel maleficium alterius ſuggeſtione cõmitti. vel hoc mandato: ratihabitione: & cõſilio. de quo. 50. diſtin. c. ſi quis viduam. & de homici. c. ſicut dignum. 1. q. 4. c. quia præſulatus. facit quod no. Bar. in l. ſi quis mihi bona.
2 ff. de acqui. hære. ¶ Secundò no. † quòd confeſſio delinquẽ-
tis contra alium non facit præſumptionem, nec indicium ad torturã. dũ tex. dixit [nulli cẽſẽdos pœnę] &c. qđ ĩtelligit Hoſti. verum contra non infamatum. quia non debet ſuper occultis interrogari. de accu. c. qualiter. & c. inquiſitionis. contra infamatum autem teſtificando facit præſumptionem. vel dic ſecundùm eundẽ. quòd interrogari poſſunt de alijs, quò ad iudicis inſtructionem: non quòd eis credatur. quod dic, vt no. Cy. in l. ſi. C. de accu. & vide. e. tit. l. nõ iõ minus. vbi de pœna mandantis maleficium. facit ad prædicta l. prius. ff. ad
3 S. lle. ¶ Tertiò no. † ꝙ in crimine læſę maieſtatis admittitur
ſocius contra ſocium. ¶ Idem in crimine ſimoniæ. vt ĩ. de teſtibus. c. 1. li. 6. & in crimine hæreſis. ĩ. de hæreti. c. in fauorẽ. lib. 6. Alios caſus vide in Spe. in tit. de accu. §. 1. ver. item repellitur. ¶ Quando autem quis vult alium à teſtificando repellere (quia dicit eum criminis participem) quomodo debeat excipere, ne videatur crimen confiteri. dic, vt no. in d. c. 1. & vid qđ no. de pœni. diſt. 1. c. nemini. p Archi. ¶ Quartò no. † quòd confeſſio delinquentis contra alium etiam infamatum non ſufficit ad condemnationem. Nam ſola infamia cum vno teſte idoneo non ſufficit, vt in c. veniens. 1. ĩ. de teſti. vbi eſt glo. ſingularis. ¶ Quintò colligitur hic. quòd ex dicto iſtius delinquentis oritur infamia contra alios. quod inducit purgationem. Ioan. intelligit, quòd aliunde, quàm ex dicto iſtius teſtis, ĩfàmia orta erat: vel ẽt ex dicto iſtius. Nã & dictum calumnioſum inducit purgationem. vt ĩ. de accu. c. veniens. facit c. ſignificaſti. ĩ. de adulte.

S V M M AE.

1 *Teſtis ſi confitetur in iudicio ſe criminoſum, poteſt ſine nouo proceſſu puniri pœna ordinaria.*
2 *Simonia committitur non ſolùm recipiendo pecuniam: ſed etiam recipiendo obligationem, ſiue promiſſionem pecuniæ.*
3 *Diffinitiua ſententia fertur contra confeſſum ſine aliquo proceſſu.*
4 *Confeſſio facta coram iudice inducit notorium.*
5 *Proxeneta, ſiue mediator ſimoniæ, ſi eſt clericus, deponitur ab officio, & beneficio.*
6 *Teſtis ſi punitur pœna extraordinaria: an tollatur pœna ordinaria per actionem illius extraordinariæ pœnæ.*
7 *Accuſatus, inquiſitus, vel denuncians. an cogatur reſpondere ſuper crimine iudici interroganti.*

CVm ſuper. Qui in iure confeſſus eſt ſe eſſe ſimoniacũ: ab officio, & beneficio deponitur. & præmittit depoſitionis
1 cauſam. ſecundò deponit, ibi [quoniam.] ¶ Primò no. † ꝙ
ſi teſtis confitetur ſe in iudicio criminoſum, poteſt ſine nouo proceſſu puniri pœna ordinaria. vt ĩ. dicam. ¶ Secundò
2 no. † ꝙ ſimonia committitur nõ ſolùm recipiendo pecuniã:
ſed etiam recipiendo obligationem, ſiue promiſſionem pecunię. promiſſio, & obligatio, & receptio sũt paria. & qui accuſationem habet, ipſam rem habere videtur, vt l. qui actionem. ff. de reg. iuris. & l. fina. C. ad leg. fal. & ff. de calum. l. 1.
3 & 2. ¶ Tertiò no. † ꝙ diffinitiua ſententia fertur contra cõ-
feſſum ſine aliquo proceſſu, magna ergo eſt vis cõfeſſionis,
4 ꝙ proceſſum non exigit. Ratio eſt, † quia talis confeſſio fa-
cta coram iudice inducit notorium. & notorium non requirit ordinem iudiciarium, vt in c. veſtra. de coha. cle. & muli. ¶ Quinimo ſi conſtat de delicto iudici ex proceſſu aliter, q̃ per directam confeſſionem, punit delinquentem, extraordinaria tamen pœna. vt l. nullum. C. de teſti. & non ſolùm ſi teſtis deprehenditur in delicto, iudicio pendente, punitur: ſed etiam pars, vt patet. ĩ. de iureiuran. lib. 6. c. ſi. & dixi. ĩ. de do
5 lo, & contu. c. veritatis. ¶ Quartò no. † quòd proxeneta, ſiue
mediator ſimoniæ, ſi eſt clericus, deponitur ab officio, & beneficio. concor. 1. q. 1. c. ſi quis epiſcopus. vbi de hoc. ¶ Et aduerte. quia Papa per confeſſionem iſtius non pronunciat contra litigatorem. qui ipſo medio dicitur commiſiſſe ſimoniam. ſed contra ipſum confitentem. ¶ In delictis ergo connexis, vnius confeſſio non prẹiudicat alij, vt ſ. c. proxi. nec etiam ſententia. vt hic in nouella. facit l. denunciaſſe. §. quid tamen. ff. de adul. & in c. ad petitionem. ĩ de accu. ¶ Opponit glo. magna contra iſtud. c. fortiter. & ſic. teſtis, qui deprehendit in delicto, non debet puniri pœna ordinaria. Itẽ nemo debet ſine accuſatore damnari, vt in iuribus alleg. in gl. propterea autem iſtum pœna ordinaria punit, & ſine accuſatore. quare malè. ¶ So. vt in ea. Iuno. dicit, ꝙ quandoque de delicto teſtis conſtat iudici per confeſſionem ipſius teſtis. quandoque per inſtrumenta, vel teſtes. primo caſu aut crimen, quod teſtis confitetur, tangit cauſam, de qua agitur; & punitur pœna ordinaria, vt hic. quandoque non tangit cauſam, de qua agitur, crimen confeſſatum: & non punitur ſine proceſſu de nouo fiendo, vt no. ſ. de elec. c. per inquiſitionẽ. Non ob. Dec. 1. de excep. vt ibi no. ¶ Secundo caſu crimen contra teſtem probatur in iudicio per inſtrumẽta, vel teſtes: & non punitur. cum de hoc non fuerit accuſatus: niſi forſan extra ordinẽ ex officio iudicis. 34. q. 3. c. ecce. dubito, an ſit verum, quòd puniatur extraordinaria, per c. cum dilectus. de ordi. cog. & l. Lucius. ff. de his, qui no. infa. quòd tamen pu
6 niatur facit d. l. nullum. ¶ Sed hic incidenter quæritur. † quã
do cõtingit teſtem puniri pœna extraordinaria; an tollatur pœna ordinaria per accuſationem illius extraordinariæ pœnæ. no. Cy. in d. l. nullum. facit. l. 2. C. de ſpor. Et adde quod no. in l. diuus. ff. de fal. vbi not. quòd ad hoc vt iudex poſſit punire delictum, quod deprehẽdit in teſtem, vel in partem: requiritur, quòd habeat iuriſdictionem ſuper delicto illo: aliàs debeat ipſum remittere ad maiorem iudicẽ, vt in Aut. de reſti. 8. colla. & quod not. Innoc. de pœnis. c. pen. & c. antepenul.

tepe.p quæ iura esset fortè dicēdū,ꝙ si Papa cām electionis delegaret,& appareret testis, qui diceret se fuisse mediatorē simoniæ(vt fecit iste,de quo in tex.)non possit ipsum deponere ab officio,& beneficio.vt hic facit Papa:licet Io.And.videatur sentire contrariū post Inn.
7 †¶Vtrū aūt accusatus,inquisitus,vel denunciatus cogatur respondere super crimine iudici interroganti:videtur,ꝙ non,per.c.non tibi dico.de peni.di.prima.dicit Inn. ꝙ quandoq; crimen deducitur altero ex prædictis modis, & directè.quandoq; deducitur per modum exceptionis:vt testis,vel accusator à testimonio, vel ab accusatione repellatur:& dubitatur,an interrogatus à iudice debeat respondere.primo casu,si laborat cōtra eum infamia:& cogitur.aut nulla laborat infamia:& non cogitur.Secundo casu,quando obijcitur,vt testi,vel vt accusatori: & non cogitur respondere,& est effectus gl.Inno.¶Tu verò de illo articulo , an cogatur reus respondere super positionibus criminosis.dic per Bar.in l.Marcellus.ff.re.amo.& l.alias.ff. de iureiuran.& per Inno.s.de elect. ca.dudum.

S V M M AE.

1 *Maritus potest agere nomine vxoris.*
2 *Confessio œconomi nocet ecclesiæ.*
3 *Error facti potest reuocari vsque ad finitum negotium.*
4 *Erronea confessio non nocet confitenti,etiam si constet de errore facti ante sententiam.& nu. 5.*
6 *Minor potest reuocare confessionem suam beneficio restitutionis.*
7 *Iudex in causa criminali,etiam post sententiam debet quærere de innocentia rei.*
8 *Iuris error,siue ignorantia an excuset.*
9 *Error facti an noceat.Et in casibus,in quibus nocet: an possit emendari.nu. 11.*
10 *Negotium dicitur finitum,non solùm per sententiam , sed etiam si in causa est conclusum.*
12 *Confessio ad hoc vt præiudicet,quot requirantur.*
13 *Confessio si facta est partim pro se, partim contra se:an debeat stari confessioni in totum:vel ei in tantum,quæ est contra se.*
14 *Confessio eorum,qui interueniunt in iudicio nomine alieno,an noceat.*
15 *Error an noceat ipso iure:vel ope exceptionis.*

EX parte. Confessio per errorem facta nō nocet, si ante finitum negotium de errore doceatur.h.d.Prima pars narrat factum.Secunda prouidet,iudicem instruendo.ibi:[cum igitur.] ¶Primò no.ꝙ
1 † maritus potest agere nomine vxoris.de quo.s.de procurato.c.constitutus.& C.de procu.l.maritus.¶Secundò
2 not.†ꝙ confessio œconomi nocet ecclesiæ.quid de confessione prælati,Capituli:& conuentus.dic vt no. j. de præscrip.c. fi.& per Cy.in l.vnica.in 16.q. C.e.tit. & ibi plenè quid iuris de confessione tutoris:curatoris:procuratoris:& alterius administratoris.de quo in l.certum.§.sed an ipsos.ff. de confess.
3 ¶Tertiò no.†ꝙ error facti potest reuocari vsque ad finitum negotium.& sic in causa appellationis,quia non potest dici finitum negotium,si pendet per appellationem.& hoc no.Spe. e.ti.§.fi.¶Vltimò collige ex illo text.duas regulas.prima est
4 †ꝙ si constet de errore facti ante sententiam, erronea confes
5 sio non nocet confitenti.secunda est,†ꝙ licet constet de errore post sententiam:nihilominus confessio non retractatur.
¶Contra primam ergo reg.opponitur.& vr̄,ꝙ error nō possit reuocari,nisi post triduum.vt l.1.C.de erro.aduo. hic aūt dicitur,ꝙ usque ad finitū negotiū.quare malè. ¶Solu.ibi in errore alterius.hic in proprio.quæ solutio non videtur bona. quia magis est tolerabilis error in persona aliena,quàm propria,vt.ff. pro suo.l.fina.dic ergo,ꝙ infra triduum postea,siue lata sententia.Ideo ad triduum illa facultas coarctatur.
¶Secundò opp.& videtur,ꝙ error nunquam possit retractari.vt.ff.de interro.ac.l.de ætate.§.pen. ¶Solu.aut error cadit in latā culpā:& nō pōt reuocari,vt ibi:aut nō cadit ī latā culpā:& tūc pōt reuocari,vt hic.vel ibi loquitur in adminiculatiuis,quæ non sunt magni præiudicij.hic in decisiuis,in quibus magnū præiudicium:iō plenius succurrēdū.¶Tertiò opp.de l.is cum quo.ff.e.ti.vbi cōfessio super homicidio præiudicat, nec pōt reuocari.So.spāle est ibi in actione l.aqui.& ita tenet ibi gl.¶Quartò oppo.& vr̄,ꝙ erranti nō succurratur de iure cōi.quia spāle est in muliere:ergo in contrarium est ius cōe, vt l.si mulier.ff. ad Vel.¶Sed speciale in muliere;quia expedit sibi probare errorem,quia sua cōfessio est intercessio.sed errore probato,quilibet admittitur de iure cōi. & ita loquitur hic.¶Venio ad secundā regulā.& opp.quintò.vr̄.n.ꝙ ēt post
6 sniam possit cōfessio reuocari,vt l.j.C.si aduer.rē iud.¶†So. minor pōt reuocare cōfessionem beneficio restitutionis : nō aūt maior.& ita loquitur hic. ¶Sextò cōtra istā solutionem opp.& videtur.ꝙ etiam maior possit suam cōfessionem post sniam reuocare, vt l.si.ff.e.vbi si fuit confessus legatū,vel fideicōmis.in testō relictum,& nō erat verū , mihi nō præiudicat dicta confessio:ēt si super ea fuit snia executa.So. spāle est in confessione emissa vigore vltimæ voluntatis,quæ postea non apparet.ar.C.de iureiur.l.fi.¶Septimò oppo.de l.1.§.si quis vltro.ff.de qō.vbi post sniam reuocatur confessio, si apparet erronea.Sol.ibi spāle in causa criminali: vbi iudex , etiā post sententiam,debet quærere de innocentia rei: nec sua confessio est hn̄da pro explorato facinore,si perire festinat,vt l.non tm̄.ff.de app.& l.si non defendantur.ff.de pœnis.& l. minus. §.cognitiurum.ff.de quæstio.¶Octauò opponitur de l. quasi tū.ff.quando actio de pecu.est ann.vbi si pater, credens filiū mortuum,egit de periculo intra annum, & iudex tanquā vltra annum absoluit reum:ꝙ si apparet postea filium viuere, non præiudicabit patri iterum agenti confessio prima,facta fide de morte.Sol.secundùm Bar.ibi dolo aduersarij fuit inductus ad sic confitendum.vnde faciliùs subuenitur sibi , vel ipso iure,vel restitutionis beneficio,vt l.seruo inuito. §. cum prætor.ff.ad Trebel.quod no.¶Nonò opp.de l.habebat. ff. de inst.So.vt no.Bal.in l.error.C.de iur.& facti ignō.ex cuius dictis dictas oppositiones sic succinctè collegi.¶Decimò opponitur de.l.admonendi.ff.de iureiuran.& l.diuus.ff. de re iudi.So.sm̄ Ioa.An. speciale est in dictis iuribus,& alijs hic per eum enumeratis.¶Venio ad qōnes.dicitur hic,ꝙ error facti
7 nō nocet.primò ergo†quid de errore iuris:vtrū iuris ignorātia,siue error excuset.distingue.nā interdum allegatur ignorantia ad delicti exclusionē:iterdū ad suæ rei retentionē : interdū ad alicuius rei acquisitionē.primo casu dic, ꝙ ignorantia iuris non nocet,vbi dolus exigitur in delinquēte, vt l.si qs id quod.§.dolus.ff.de iurisd.om.iudi.& ad Sillei.l.si quis in graui.§.si quis ignorans.& de adul.l.si adulterium cum incestu. §.1.ff.e.nec mirum,quia ignorantia facit dolum cessare, vt.ff. de peti.here.l.sed si lege.§. scire. Fallit propter clandestinationem : quæ inducit præsumptionem doli , vt . ff. de ritu nup.l.fi.& j. vt eccle. beneficia. cap. vno. ¶Item fallit propter suspectam falsitatem.vt in illo,qui sibi scribit errans, vt l.diuus.ff.de falsis.¶Item in delictis non excusat ignorantia supina,& simulata,vt.ff.de iuris,& fac.igno. aut allegatur ad suæ rei retentionē:tunc non nocet; quia agitur de dāno vitando,vt l.error.ff.de iuris & fac.igno.fallit in casibus no.ff.eod. tit. l. ignorantia. ¶Tertio casu quando allegatur iuris ignorantia ad alicuius rei acquisitionem . tunc refert.aut talis ignorantia est alteri damnosa, vt in vsucapione . & tunc iuris ignorantia non prodest,vt.ff.de vsucap.l. nunquam. aut non est cum alterius iniuria,siue damno.vt in hæreditate , & bonorum possessione.& tunc aut potuit consulere peritiores:& nocet.aut non potuit:& non nocet.vt l.bonorum.ff.de bono. pos.ti generali.& hæc distinctio hēt locū,cū allegatur error, siue ignorantia iuris.sed qa iterdū allegatur ignorātia,siue error facti vt in isto.c. &c. ideò principaliter scdō quæro. †an noceat error facti.So. aut allegatur ad delicti exclusionē : & tunc ignorātia excusat,vt l.pe.ff.de adul.& de fur.l. inter oēs

§.re-

§.recte.fallit,qñ est propositũ delinquendi, vt ff.de iniurijs.
l.eũ qui nocẽtẽ.§.si iniuria.& l.falsus.in fi.ff.de fur.& hoc est
verum,vbi possibile sit delinqui, & non aliàs, vt l. fin. ff. de
crimi.expila.hæredi.¶ Interdum allegatur ignorãtia ad eui
tandum contrahendam obligationem. & tunc ignorantia fa
cti non prodest,vt l.seruum Titij.ff.man.fallit, quando con-
tractus est nullus,vt l.qui rem.C.loca.¶ Interdum allegatur
ignorantia ad euitandam dominij translationem . & tunc si
error sit in persona : impeditur dominij translatio, vt ff. de
fur.l.si quis vxori.§.idem.& l.dedi.§.pe.de cõdi.ob causam.
¶ Item fallit fauore liberationis, vt l. eius qui in prouintia .
¶ Si autem error non versatur in persona, sed in causa:tunc
non impedit dominii translationem,quia non impedit con-
sensum,vt ff.de condi.inde.l.damus. ¶ Interdũ facti ignorã
tia allegatur ad vsucapionem : & tunc aut ad inducendã vsu
capionem : aut ad euitandam . primo casu prodest, vt ff. de
vsuca.l.Celsus.secundo non prodest,vt l.fi.C.de præscri.lon-
gi tempo.¶ Interdum facti ignorantia allegatur ad reuocã
dam confessionem.& tunc aut negotium non est finitũ:& nõ
10 prodest,vt hic.¶ † Et aduerte, quòd negotium dicitur fini-
tum non solùm per sententiã.sed etiam si est in causa conclu
sum.nam conclusio in causa est terminus disceptationis, vt
no.Io.Mo.& Io.An.in c.fi.j.de in inte.resti.lib.6.in nouella.
¶ Interdum allegatur ignorantia ad omissionem probatio-
nis.& similiter tunc non prodest ignorãtia facti,vt l.sub spẽ.
C.de re iudi. fallit in milite, & in quibusdam alijs personis,
vt l.1.C.de iur.& fac.igno. Et prædictà procedunt, quando
11 noceat ignorantia iuris,vel facti. ¶ † Tertiò quæro in casi-
bus, in quibus nocet:an possit emendari, & vsque ad quod
tempus.& primò an possit emendari ante sententiam.secun
dò an possit emẽdari post sentẽtiã.de quib.quæst.dic p Bal.
in l. error.C.de iuris & fac.igno. & ibi etiã quid iuris de er-
rore iudicis commisso in processu,vel sentẽtia,an possit emẽ
dari.de quo.j.de accu.c.qualiter,& quando.¶ Quartò quæ
12 ro post glo.† quot requirantur ad hoc, vt confessio præiudi
cet.Respondeo. requiruntur plura , quæ enumerat hic glos.
Requiritur enim inter cetera . ꝙ non pro se , sed contra se
13 confiteatur. cuius gratia incidenter quæro.† quid si partim
pro se?partim contra se fateatur:an debeat stare confessio-
ni in totum,vel ei tãtũ, quod est contra se:non autem,quod
est pro se?dic de ista quæst.vt no.Cyn.& Doc.in l.3.C.de do
na.ante nup.& per Bar.in l.Aurelius.ff.de lib.leg.Odo. dicit
stari confessioni contra se.de fide instru.c.cum Ioan. Inno.
super rub. dicit confessionem non nocere , vt puram.& non
est recipienda,nisi quatenus facta est. ¶ Item si purè inter-
rogatus,respõdeat sub conditione:non videtur respondere.
de ver. obli.l.1.§. si quis. Item si confitetur conditionaliter,
negat tñ purè:nõ tenetur in plus,quã confiteatur.de interro.
actio.l.de etate.§.1.Idem Archi.eod. titu.c.1.lib.6.quia cõ
tra se debet aduersarius recipere , quod pro se. 19. dist. c.1.
vbi de hoc.¶ Idem Pet.& Cyn. quando confitetur in vno ti.
secus in diuersis,& separatis,vt l.2.C.de dona.ante nup.dicit
etiam,quòd requiritur,quòd pars sit presens,in cuius fauo-
rem tendit confessio: aliàs non noceat confessio emissa par
te absente.de qua per Cy.in d.l.1.C.eo. Et adde , quod ipse
no.in Auth.sacramenta.C.si aduer. vẽ.in l.postquam liti. C.
de pac.glo.hic requirit præsentiam partis in cõfessione. Idẽ
Hosti.j.de fide instru.c.si cautio.¶ Sed contra.quod not. 1.
quæst.7.c.quoties.Item in iudicio quasi contrahitur.ff.de in
terrog.act.l.de ætate. §.si quis interrogatus. Sed in cõtractu
ista non requirũtur:sed inter absentes obligatio nascitur , in
teruenіente nuncio,vel epistola, vt l.consensu.de ac.& obli.
præterea iudex est publica persona, per quam quæritur ab-
senti.de vsur.c.quanquam.li.6.& l.non quasi. rem pupil. sal.
fore.ergo confessio facta coram eo,valet parte absente. Pet.
& Cy.in Auth.generaliter.C.de epi. & cle. distinguunt inter
contentiosam iurisdictionem,& voluntariam:vt primo casu
non valeat,nisi iudex faceret homicidium. quia tunc valeret
sententia,vt l.properandum.C.de iudi.Sed si confessio ema-
nat per modum voluntariæ iurisdictionis: & valet,& quæri-
tur absenti,vt l.1.§.exigere.de magist.conue.dicit Pau. ꝙ sa
tis æqua est illa opi.quòd in quolibet casu,quo potest proce
di parte absente, valeat confessio pro eo facta. vt sicut pro
eo,& contra eum valent acta:& sententia,vt d.l. properãdũ.
similiter & confessio.ad hoc.j.de ele.cap. 1.l.6.dicta enim
absentia pro præsentia reputatur,vt not. Innoc.in.cap.2.de
14 dila.¶ † Quid de confessione eorum,qui interueniunt in iu-
dicio nomine alieno : vt aduocati : curatores : procura-
tores : prælati , & simi. ¶ De errore aduo. dic , quòd aut
præsente clientulo,& tacente.& sibi nocet.vt propria, vt l. 1.
C.de erro.aduo.nisi reuocetur.j.triduum per partem,vel ad
uocatum.qđ potest,etiam errore nõ probato.post triduum
verò non potest,nisi errore probato.vt in Spe.e.tit.§. postre
mò.in prin.& est cõmunis opi.leg.in l. error. & l. fi. de erro.
aduo.De procur.post multas opi.dicit Pau. ꝙ aut habet spe
ciale mandatum ad confitendum.& nocet.vt l. qui seruum.
de inter.ac.ad fi.in rub. aut habet generale tantùm : & tunc
cõiũge procuratorẽ,tutorẽ,& curatorẽ.& distingue:aut con
fitetur per modum voluntariæ iurisdictionis:& non nocet.&
sic intelligitur l.certum.§.sed an ipsos. ff. de confes. aut per
modum contentiosę iurisdictionis . & hoc nocet.quia noce-
ret sñia,vt l.si se non obtulit.in prin.de re iudi. & c.suborta.
de re iudi.& hoc verũ: nisi dominus probet contrarium. rõ
differentiæ est,quia in voluntaria iurisdictione videtur dona
re:in contentiosa videtur bonam fidem agnoscere. & illa est
opi.Cyn.C.de confe.l.vnica.in 9.q.& ibi in 15. q. de confe.
c.prælati.vbi tenet,ꝙ si prelatus,& Capitulum faciunt.& nõ
nocet sola confessio prælati: aliàs noceret. ¶ Vlterius dicit
glo.ꝙ requiritur(vt confessio valeat) quòd emissa sit coram
suo iudice,& in iudicio.quæro quando dicatur facta in iudi-
cio.vtrùm quando iudex sedet pro tribunali: vel etiam , quã
do ambulat per viridarium,vel plateã? Cy.tangit illam quæ
sti.in d.l.vnica.de confes.& Pau. hic distinguit inter confes-
sionem,quæ fit ad præparationem iudicij . & illa fieri potest
quolibet loco.ff.de interrog.ac.l.voluit.§.vlti. aut de alia.&
nõ põt.¶ Quintò qro:an†error noceat ipso iure,vel ope re-
stitutionis.Ia.de Are.dicit,quòd ope restitutionis:cõtra quẽ
facit Dec.2.de in inte.resti.lib.6.de qua quæst.vide per Cyn.
in d.l.error. ¶ Et prædicta iura , quæ loquuntur de erronea
confessione,noceant, vel non , habent locum in confessione
expressa:sed in tacita , quæ resultat ex productione alicuius
instrumenti: vel ex dispositione iuris dicentis aliquem habe
ri pro confesso:an possit reuocari.dic vt j.de excep. in c. cũ
venerabilis.de censi.c.olim.& plenè de materia in dicta l.er-
ror.& per Barto.in l.2.ff.eod. titu. & in Spec. de confe. §. 2.
& §.3.versi. si autem. facit l.ornamentorum. ff. de auro , &
argen.leg.

SVMMAE.

1 *Traditio nunquam transfert dominium, nisi iusta causa præcedat.*
2 *Confessio,quæ fit de possessione,an noceat.*
3 *Indigentes pecunia faciliores sunt ad obligandum.*
4 *Confessio facta inter viuos ad liberandum,quid operetur. Et quid de facta in vltima voluntate.nu.5.*

EX parte. No.ꝙ confessio fit quandoq; in iudicio. quandoque extra iudicium.de confessione facta in iudicio nota hic.Sed de cõfessione facta ex̃ iudiciũ,ꝑiudicet,nec ne.sic distingue. cũ quis cõfitetur extra iudiciũ:aut confitetur super crimine: aut super proprietate:aut super possessione: aut super cõtractu.Si super crimine,dicunt quidam indistinctè,ꝙ non preiudicet. quia sicut nõ valet sentẽtia à nõ suo iudice lata:ita nec confessio.s de iudi.c.at si clerici. ¶ Sed tu distingue.aut propter

ptor talem cõfessionem orta est infamia contra cõfitentẽ. & eius opi.grauatur:& tũc debet puniri cõfitẽs, saltẽ aliqua extraordinaria pœna,ar.ꝭ.de exces.præla.c.quã fit.aut non est orta infamia:& tunc in nullo puniendus est, vt in dicta Dec. at si clerici.Si verò confitetur super proprietate(quia dicit rẽ propriam,quam tenet,& possidet vt suam) non esset talis cõfessio:nec præiudicat cõfitenti, si fit confessio ex falsa causa, vt quia dicit bona paterna fuisse matris,& econuerso. C. de
1 iur.& fac.igno.l.cum falsa.¶Et est ratio.†quia nunquam traditio trãsfert dominium,nisi iusta causa præcedat.vt emptio, & sim.ff.de acqui.re.do.l. nunquam. & quia non sufficit rem pro derelicto habuisse.nisi possessionem ipsius rei corporalẽ aliter apprehendat.ff.de acqui. pos.l. si quis.§.differentia. nam traditionibus,& nõ nudis pactis rerum dominia acqui
2 runtur.C.de pac.l.traditionibus. ¶ † Sequitur de confessione,quæ fit in possessione:ꝙ si aliquis confitetur se rem aliquã non possidere,talis confessio nocet. quia solo animo amittitur possessio.ff.de acqui.pos.l.possideri.§.in amittenda. ¶Si verò fiat sup cõtractu:aut cõfitetur quis inter viuos:aut in vltima volũtate.si inter viuos:aut ad obligandũ se alteri:aut ad obligandũ alterũ sibi.Si ad obligandũ alterum sibi,nõ ꝓdest talis confessio. vt si dicatur.talis dẽt mihi centũ.quia exẽplo perniciosum esset.C.de proba.l. exemplo. nã contra se quis confiteri potest:pro se verò,minimè.14.q.2.§.1.¶Si ad obligandum se alteri,aut non exprimit causam: & tunc talis confessio non nocet:nisi illa, pro quo facta est causa probetur.l. 1.de fi.instru.& ff.de proba.l.cum de indebito. §. vltimo aut exprimit cãm:& tunc distingue. qa aut exprimit causam mutui, vel dotis : aut q̃libet aliã cãm. si cãm mutui,nõ nocet ei: quo minus possit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ infra bienniũ.C.de non nu.pec. l. si ex cautione.& l.in contractibus.post biennium verò non potest.Insti.de litera. ob.per totum.¶Si exprimit causam dotis: si durat matrimonium minus biennio,põt opponere exceptionẽ non numeratæ dotis infra annũ à tpe dissolutionis matrimonij computandum.sed si vltra biennium,vsq; ad decẽ ann.à tpe soluti matrimonij,usque ad tres mẽses habebit exceptionẽ non numeratæ dotis tam ipse,quàm hæredes eius.¶Si autẽ duret plus 10.annis,non habet locũ hæc exceptio vltra.C.de do.cau.nõ nu.l.vltima.& Auth.ibi posita.Si verò aliã causa, quã mutui, vel dotis,exprimatur,incõtinẽti tenetur:vt si dicat.confiteor me tibi debere c.pro pretio talis equi,vt C. de non nu. pec.l. generaliter.& hoc est verum:intantum , ꝙ si in scriptis facta fuerit talis confessio cum aliqua scriptura, nequeat reprobari per testes,vt dicit Odof.Sed si sine scriptis facta est, põt ꝓbari p testes contrarium.¶Sed quæ est ratio diuersitatis, ꝙ
3 quis habet exceptionem in mutuo pecuniæ.ꝭ.biennium† qa omnes indigẽtes pecunia faciliores sunt ad se obligandũ: maximè quia creditores dicunt semper pecuniam præ manibus non habere.Item in dote,cum alicui placet aliqua mulier. vt cum ea contrahere possit,de facili confitetur sibi de dote satisfactum.vnde cum maiori parte in his casibus , qui se obligat,de facili prouisum est,hic scilicet.Nam ad ea quæ frequẽtius accidunt &c.ff.de legi.l.nam ad ea.& s̃.vt lite non contesta.c.quoniam. in prin. In alijs uerò casibus à prædictis non
4 ita de facili obligant se.Ideo secus in illis,&c.¶†Sequitur de cõfessione facta super contractu inter viuos ad liberandum. & ibi distinguitur.aut fit talis confessio ad liberandũ alium à se.aut se ab alio:& non ualet,ut dictum est ; quia per se facit. sed ad liberandum alium à se statim præiudicat confitenti in tribus casibus,contra quos non admittitur probatio in contrarium.primus est,si exactor pecuniæ tributorum,seu pedagiorum dicat sibi esse satisfactum de debito.C.de non num. pec.¶Secundus,cum confitetur procurator fisci sibi esse satisfactum de pecunia, siue de pretio aliquarum rerum. vt C. de quadri.præscri.l.3.§.vl.¶Tertius casus,cum mulier confitetur se pro intercessione pecuniam recepisse.C.ad Velleia. l.antiquæ.¶Et huiusmodi confessiones,quæ fiunt ad liberandum,ualent etiam sine causa : licèt secus sit in his, quæ fiunt ad obligandum.Et est ratio;quia promptiores sumus ad liberandum:quàm ad obligandum , iuxta regulam l. Arriani. ff.de ac.& ob.l.Arriani.& ꝭ.de proba.c.ex literis.¶Sequitur
5 †de confessione facta in ultima uoluntate. & hic distingue: aut fit ad obligandum:aut ad liberandum.Si ad obligandum alterum sibi:tunc non ualet,per iura prælle.C.de proba. l.exemplo.& 13.q.2.§.1.aut ad obligãdum se alteri. & tunc distingue,quia aut fit capaci:aut non capaci.si uerò capaci,nõ creditur ei.quia creditur facta in fraudem : nisi contrarium ostendatur.ff.de prob.l.qui testm̃.¶Si capaci.aut iurauit.s.testator confitens.& tunc creditur,ut ff.de leg.3.l.cum quis.§. codicillis.aut nõ iurat.quia dicit.sciant omnes, ꝙ ego debeo centum Titio: ualet saltem, ut legatum, non ut confessatum. ff.de le. 2.l.Lucius.§. quisquis.& hoc verum est , nisi fiat cum determinatione.quia dicit[ego debeo centum,sicut in instrumento inde confecto plenius continetur.] & tunc non ualet, nisi exhibeatur instrumentũ.C.de fal. causa adiec.le.l.2. ¶Si uerò fiat confessio in ultima uoluntate ad liberandum alium à se,ualet indistinctè.quia uidetur liberationem ei legasse.ff. de li.le.l.1.

De Probationibus.

DICTVM est supra de confessionibus:p quas pars ponens,vel asserens releuatur ab onere probandi. verùm quia vt plurimum partes non confitentur,sed negant.Ideò de probationibus,per quas negans conuincitur , est videndum.de materia habetur. 2. q. 1. & 3. q.9.6.q.vlti.24.q.3.c.de illicita.repetitur in Cle.conuenit rubricæ de elec.c.bonæ. versicu. quamuis. de renunciatio.ca.si hæc.cum alijs allegatis hic in nouella.¶Querit super rub.10. An.de una quæstione.scilicet,quæ est probatio.dic,vt hic per eum.deinde format duas oppo.recito vltimam, quæ est Bona.videtur enim ista rubrica malè situata , cum confessio sit species probationis,ut sup.de rest.spo.c.cum ad sedem.vnde debuit sequi genus.idest istam generalem rubricam. sicut sequuntur ipsam aliæ species probationum. vt de testi. de fide instrumen.& si.¶Sol.dicit Ioan.And.ꝙ confessio(propriè loquendo)non est probatio.sed probationis releuatio.hinc est, ꝙ mera negatiua probatur per cõfessionem.& tamen per rerum naturam nulla est eius probatio,vt in c.primo. infra de confes.li.6.coniuncta.l.actor qđ asseuerat.C.eo.ti.& hoc dictum est notabile.

SVMMAE.

1 *Reus actori sua propria instrumenta edere non tenetur.*
2 *Papa adeundus est,cum quis de Imperatore conqueritur.*
3 *Pacta inita inter dominum, & vasallum: per dominum sunt seruanda.*
4 *Actor ad suam intentionem fundandam non potest petere edi sibi instrumenta de domo rei.*
5 *Instrumenta communia quæ dicantur.*

1 EX epistolæ verbis Reus actori sua propria instrumenta edere non tenetur.hoc d.In prima petitio.in secunda eius repulsio,ibi[sed ad hoc.] ¶ Primò not.
2 † quòd cum quis de Imperatore conqueritur, debet adire Papam, qui est iudex ordinarius omnium.3.quæstio.9. cap. cuncta per mundum.& s̃.de iudi.c.nouit. ¶Secundò not.ibi [scriberẽ.] ꝙ propriè loquitur de se in singulari. hodie alto rescriptũ plumeretur falsum.ꝭ.de crimi.fal.c.q̃ graui. ¶ Ter
3 tiò no.† ꝙ pacta inita inter dñm, & subditum , per dñm sunt seruan-

seruanda.nec pōt dñs ipsa reuocare.& sic colligit ex illo tex. ꝙ successor in dignitate dēt seruare pacta inita cū ꝑdecessore,vt l.digna vox.C.de legi.ꝑ Cy.facit qd no. Bar.in l.oēs populi.ff.de iusti.& iure.& 2.q.6.c.admonēdi.nec multos subditos potest alteri dño subiicere, vt l.inuitus.ff.de fideicō.lib.

4 ¶Quartò †no.ꝙ actor ad suā intētionē fundandā nō pōt sibi petere edi instra de domo rei.& ista est materia,q̄ principaliter veniet hic examinãda.q̄ diuidit ĩ tres ptes.nā interdū petit exhibitio rõnū.de qbus dic, vt l.1.C.de edē. ¶Interdū petit exhibitio actorum.& de his plenè.C.e.ti.l.is apud quē. Interdū petitur exhibitio instrumentorū continentiū cōmodū illius,qui petit edi.& loquitur istud c.qñdoq; petitur editio instrumentorum continentium contrariū.& de istis cōibus hic in nouella.& in l.iustū.C.de edē.Inn.hic.Ergo isto vltimo mēbro, an teneatur quis edere instrumēta aduersario. sic distingue.aūt cōpetunt eidē tanq̄ cōia.& cogitur quis edere,vt l.non est nouū.& l.iustū.C.de eden.aut tanq̄ ꝓprium.& agitur rei ven.& actione ad exhiben.quibus actionibus cogitur quis restituere instra, q̄ sunt alterius,vt.ff.de tabu.exhi.ꝑ totum.aut non petuntur tanq̄ propria,sed tanq̄ ordinantia litigantes.& tunc aut actor petit edi sibi à reo ad suā intentionē fundandam.& non cogitur edere, nisi sit vsurarius.vt l.1.in fi.ff.de eden. ¶Aut reus petit ab actore ad suam exceptionem ꝓbandā.& tunc aut actor est vsurarius:& cogitur, sicut reus actori.aut non est vsurarius: & tūc aut talis exceptio nō excludit æquitatem petitionis actoris.puta opponitur actori,ꝙ est excōicatus:& petitur,ꝙ producat instrm excōicationis.qđ hēt penes se:& non tenetur edere.& idem in qualibet exceptione criminosa,vt l.2.§.damni.ff.de iu.fisc.aut est talis exceptio,quæ respicit æquitatem petitionis.& tunc aut nō est mera defensio: sed impugnatio.& nō cogitur edere actor reo.de qua materia dic ꝑ Doc. in l.fi.C.de edē. vbi verò an reus teneatur edere actori ad replicationem actoris probandam:vel suam intentionem coadiuuandam. dic vt ibi per dominum Bal.qui vltra alios loquitur valde eleganter. ¶Quærit Inno.si actor in libello suo facit mentionem de instrō debiti(puta dicit)ago contra te.quia teneris mihi in centum,vt patet in instrō manu talis notarij confecto: an reus possit petere editionem dicti instri,anteq̄ rñdeat libello. dicit ꝙ sic.nisi ĩ le nō haberet illud ad manus. quia tūc ꝓcedetur in cā, anteq̄ exhibeatur.de qua qōne dic in Spe. de instru.edi. §.nunc

5 dicamus.versi.quid si quis.¶Scdò q̄rit Inn.†q̄ dicātur instrumenta cōia. rñdet quò ad hunc tractatū nō dicantur cōia instrumenta, quę sunt grā vtriusq; confecta.quia sm̄ hoc,instra emptionis,& vēditionis, & cuiuslibet alterius cōtractus reciproci dicerentur instra cōia.dicuntur ergo cōia, q̄ cōiter obuenerunt beneficio testamenti, vel alio modo: vel rōne veri negotij.de quo quæritur.quia nūmularius,procurator generalis ad negotia:vel rōne personæ custodientis,quæ est publica,vt tabellio. & multis modis aliis dicuntur cōmunia.& hic vide per eum.

S V M M Æ.

1 *Actor, qui plenè probauit,non debet compelli iurare.*
2 *Consuetudo illaudabilis est reprobanda.*
3 *Plena probatio vnde resultet.*
4 *Consuetudo,quæ plenæ probationi addit necessariò iuramentum partis,non valet.*
5 *Consuetudo,quæ disponit, vt necessariò ad probationem requirantur tres testes,non valet.*
6 *In defectum plenæ probationis recurritur ad iuramentum.*

1 SIcut consuetudo †Actor,ꝙ plenè ꝓbauit, nō debet compelli iurare.hoc dicit.primò narrat consuetudinem, quā secundò improbat. secunda ibi [nos tamen.]

2 ¶Primò nota, coniuncta decis. †ꝙ sicut laudabilis consuetudo est tenenda:ita illaudabilis reprobanda.de quo sup.de cō

3 sue.c.fi.¶Secundò no.†ꝙ ex testibus, aut instrumentis resultat plena probatio.alios modos probādi dic vt sup. de resti.spo.c.cum ad sedem.Quando aūt istę probationes simul cōcurrunt super eodem vt confessio: testibus, vel instrumentis nihil validius.præcludit enim talis probatio viam appellationi,ēt in causa criminali.vt C. quorū app.non reci.l.obseruare.&.j̄.de app.c.Romana. §.si aūt post.li.6. vbi gl.notabilis.

4 ¶Tertiò no.†ꝙ non valet consuetudo,quæ plenæ probationi addit necessariò iuramentum partis.Ratio est sm̄ Io.And. quia iura superfluis non fauent:sed resistunt,vt l.stip.§.diuus ff.vt le.no.ca.¶Item quia est cōtra ius diuinum,sm̄ quod nō

5 iuratur,nisi ex causa.Et infert Io.An.per istum tex.†ꝙ nō valeat consuetudo,quæ disponit,vt necessariò ad probationem requirantur tres testes.& sm̄ hoc non posset consuetudo addere iuri cōi circa solemnitatem iuratoriam. quod non credo verum.Sicut.n.pōt consuetudo, & statutum minuere solēnitatem legalem circa probationes:ita pōt addere. qđ dic,vt not. Bart. in l.testamenti factio. ff. de testam. & in l.cunctos populos.C.de sum.trini.& qđ no. Spe.in ti.de instr.edi.§.cōpendiosè.ver.quid de consuetudine.per pactū verò bene fateor,ꝙ non possent contrahentes conuenire, vt solutio debiti non ꝓbetur,nisi per publicū instrm,vt no. Io.An.s̄.de for.compe.in c.si diligenti.super prima gl.ad fi.notāter ergo iste tex.plenæ ꝓbationi reꝓbat additionem iuramenti, quasi de augmento instrumentorū,vel testiū nō disponat cōsuetudo.

6 ¶Quartò no.†ꝙ in defectu plenæ probationis recurritur ad iuramentū.de qua materia dic,vt.j̄.de iureiur.& l.fi.& l.admonendi.ff.de iureiur.& C.e.ti.l.in bonæ fidei.

S V M M Æ.

1 *Discordia quando oritur super confinibus,oritur actio finium regūd. & quæ sit eius natura.*
2 *Actio finium regun.tollitur spatio.40.annorum.*
3 *Præbendarij in eadem ecclesia possunt agere inter se,si vnus occupat præbendam alterius.*
4 *Iudicio finium regun.quilibet censetur actor,& reus.*
5 *Probationes actoris,& rei si sunt pares:quid iuris.*
6 *Abbas.& quilibet alius prælatus habent administrationē legitimā.*

EX literis tuis. In cōi iudicio ꝓbant actor,& reus.& si pariter ꝓbant,reus absoluitur: ni fauorabilē cām foueat actor.h.d. cōis diuisio.scda ibi[ad qđ.] & hæc subdiuiditur.nā primò instruit iudicē, qd agendū,cū melius alter ꝓbat.scdò cū vterq; pariter ꝓbat.tertiò rōnem adducit ꝓ sua responsione.scda ibi[quid si ambarum.]tertia ibi[nam pos-

1 sessori.]¶Primò not.†ꝙ quandoq; oritur discordia de confinibus. quia dicitur alterum vicinorum vltra terminos occupasse.de quo.(s.cum est quæstio de terminis)prodita est specialis actio: quæ dicitur finium regun. de cuius natura dic,vt l.1.& 2.& l.in finalibus. ff.fi.reg. & de pœna euellentis terminos dic,vt l.1.& l.agraria.ff. de termino moto. ¶Secūdò no.

2 †quòd illa actio finium regundorum tollitur spatio 40. annorum inconcussè.de quo infra de præscri.c. quia iudicante.

3 per Hosti.& l.1.C.de anna.excep.¶Tertiò no.†quòd prębēdarij in eadē ecclesia possunt agere inter se, si vnus occupet de præben.alterius.quo iure autem agere possint.dic, vt in-

4 fra dicam. ¶Quartò not.†quòd in iudicio finium regund. quilibet censetur actor, & reus:vnde quilibet admittitur ad probandum de iure suo.quod dic, vt in l.in tribus.ff. de iudi. ¶In aliis verò iudiciis,vbi vnus est actor, & alter reus.actoris probationes prius sunt recipiendæ,iuxta not. in l.circa.ff.

5 de proba.¶Quintò no.†quid iuris, cū probationes actoris, & rei sunt per oia pares.fertur enim snīa,& tenet pro eo.fallit in causa liberali,& aliis numeratis in gl. Si autē actor plenè probauit: & reus exceptionē suam probauit taliter,quòd reddit dubiam intentionem actoris plenè probatam: an tūc reus condemnabitur, vel absoluetur.dic quòd absoluetur,vt j̄.de spon.duo.in rub.& exēplificā hic quod dixi per notata

ibi per Inn.& Host.¶Sextò no.ꝙ q̃ñdoq; possessori incumbit probatio,q̃ñ est præsumptio contra eum : vt si possidet, & sine titulo,possidere non potest.possessio enim talis nõ releuat possessorem ab onere probandi.vt in c.ad decimas. de resti.spo.lib.6.& c.contra morem.100.di.& quod no. Inno. in c.veniens.de verb.signi.& ĵ.eo.ti.de regu.iu.lib.6.¶ Oppo.hic Papa loquitur epo.& præsupponit, ꝙ eps possideret præbendam.& ꝙ potuerit agere.¶Sed contra de.c.cum nostris.de conces.præben.Sol.dic, ꝙ episcopus possidebat ex speciali indulgentia,vel ex consuetudine.& ideò agere põt. quia in consequentiam etiam actio reseruata videtur,vt l.legatum.ff.de pœn.& l.si victum.ff.de re iudi.¶Secundò op.& vr̃,ꝙ præbendarius nullo modo agere possit contra alium ꝑbẽdarium in eadem ecclesia.quicunq; enim eorũ possideat, ecclesia ipsa dr̃ possidere.cuius nomẽ possidetur,vt in c.cum venissent.s̃.de resti.spo.vnde in interdicto vnde vi vnus contra alium agere non potest:quia ecclesia non intelligitur spoliata tali inuasione.nec similiter potest agere rei ven.cum ꝓprietas rerum præben.sit ecclesiæ,non ipsius præbendarii. Item non potest intentari interdictum vti possidetis in casu nostri.c.cum diceret alium possidere,scilicet, qui inuasit. nõ videtur ergo,ꝙ possit procedere qđ dicit istud. c. quia nõ in terdicto vnde vi.non vti pos.nõ rei ven.agi.potest. ¶So.dicit Inno.ꝙ præbendarius agere potest pro iuribus spectantibus ad ꝑbendã suã,ẽt contra alios de ecclesia:vt contra canonicos,& ẽt contra extraneos nomine ecclesiæ.& ẽt nomine ꝓprio.postq̃.n.ecclesia diuisit bona per præbendas,quilibet ꝑbendarius põt dici procurator ecclesię pro iurib. spectãtib. ad præbendam.sicut cum inter plures tutores est diuisa administratio bonorum pupilli,vt l.inter tutores.ff.de admini. tu.& l.Titium,& Męuium.eo.ti.& l.j.& 2.C.de diui.tu. & bona est æquiparatio circa administrationem rerum pupillorum,& rerum ecclesiasticarum:quia prælatus æquiparat̃ tutori:& ecclesia pupillo,vt in c.j.s̃.de in inte.rest.& in c.2.ĵ.đ
6 dona.¶†Sicut ergo abbas,& q̃libet alius administrator põt agere ꝓ iurib.suæ dignitatis,& administrationis,vt s̃. de rescri.c.edoceri.& c.cum deputati.de iudi.Ita & ꝑbẽdarius. facit qđ no.in l.j.in fi.de oper.no.nun.& l.j.in fi. ff. vsufru. quemadmodum caueat.¶Et intellige, ꝙ cuncti habeant istã administrationem de consuetudine vel ex consuetudine:vel ab epo:vel alio ordinario.vñ habere dicunt legitimam administrationem.& rem in iudicio deducere pñt, vt ff.de pac.l.nã & nocere.& de iura.calũ.l.2.§.2.¶Tertiò opp.dr̃ hic,ꝙ nullus põt obiicere ꝑscriptionem longissimi tp̃is: nisi ille, q̃ possidet.contra de l.si quis emptionis.C.de ꝑscri.30.an.Sol. per modum exceptionis nullus potest, vt hic.per modum actionis(si cecidit à possesione)potest,vt in contrario. qđ dic, vt in Auth.nisi tricennalis.C.de bo.ma.per Cy.

S V M M AE.

1 *Testimonium matronarum in virginitate probanda præfertur assertioni viri.*

2 *Ius licèt præsumat mulierẽ cognitam à viro, si cum eo permansit: tamen contra dictam præsumptionem admittitur probatio in contrarium per aspectum.*

3 *Peritis in sua arte creditur.*

4 *Negatiua, quæ subiicitur aspectui,siue visui, est probabilis.*

1 PRoposuisti. †In virginitate probanda testimonium matronarum assertioni viri ꝑfertur.h. d.communis diuisio. secunda
2 ibi [videt.] ¶Primò no.ꝙ licèt ius præsumat mulierem cognitam à viro,si cum eo permansit,vt in c.si quis acceperit. 33.q.j.tamen contra dictam præsumptionem admittitur ꝓ
3 batio in contrarium per aspectum.¶† Secundò no. ꝙ creditur matronis.& regulariter omnibus, qui testificantur de peritia suę artis:vt medicis de medicina,& rusticis de agricultura.& sic de singulis.an autem isti debeant iurare. dic vt in l.iureiurã.C.de test.ff.de ven. inspi. l.j.& ĵ.de frigi.c.fraterni
4 tatis.super gl.2.per Io.An.¶†Tertiò no.ꝙ negatiua, q̃ subiicitur aspectui,siue visui,est probabilis:vt ꝙ talis sit cognita. facit qđ not.in l.de ætate.ff.de mino.in repe.¶Oppo.& videtur, quòd post contracta sponsalia de ꝑsenti non sit curandum de carnali copula subsecuta, vt ĵ. de spon.c.si inter. ¶Sol.fortè mulier nolebat ingredi religionem. quod posset ante carnalẽ copulam:sed non post, inuito viro,vt ĵ. de conuer.coniu.c.ex publico.vel contraxerat sponsalia de futuro, quę dicebat vir irrationabiliter confirmata per copulam subsecutam,vt ĵ.de spon.c.is qui fidem.mulier autem hoc negabat.& altero ex prędictis modis pone casum in hoc.c.

S V M M AE.

1 *Probatio testium præfertur instrumento.*

2 *Instrumentum factum de alienatione rei ecclesiasticæ,si sit seruata solemnitas,probat.*

3 *Fratres in casu Capituli censentur idonei testes.*

4 *Probatio per testes est validior, quàm per instrumenta.*

1 TErtio loco †Probatio testium præfert̃ instrumento.hoc dicit.primò ponitur quæstio.secũdò sol.ibi[sed quoniam.]
2 ¶Primò no.ꝙ statur instrumento,in quo de alienatione rei ecclesiasticæ fit mentio.& facit tale instrumentum fidem de tali alienatione.quę tunc valet:dum est seruata solẽnitas, de
3 qua in c.j.de rebus eccle.non alie.lib.6.& 12.q.j.c.j.¶† Secũdò no. ꝙ in casu Capituli fratres cẽsentur idonei testes,& ad testimonium admittuntur.concor.ĵ.ti.proxi.c.insuper. & ff. de rerum diui.c.in tantum.¶Tertiò no.hic tex.[insuper & si in actibus:non tamen reperitur talis iuratus.]&c. an si aliter non appareat de iuramẽto,præsumatur iuratus.dic vt l.post legatum.§.his.ff.de his,quæ vt indig.& l.sciẽdum.de ver. ob. per Bar.in l.Theopompus.ff.de dote præleg.& c.quoniã con
4 tra.ĵ.eo.¶†Quartò no.ꝙ ad reprobationem instrumenti recipiuntur testes.& validior est probatio per testes, quàm ꝑ instrumenta, vt hic.quandoq; econuerso.quandoq; ambulãt pari passu.de quo plenè in gl.& latius dicã post Inn.ĵ.de fide instru.§.restat. ver.sed quęro.& per Bar.in l.2.quemad.test, ap.vbi plenè an ꝑ testes descriptos in instrumẽto,vel ꝑ alios non descriptos reprobetur tenor instrumenti.qđ dic,vt in d. c.cum Ioannes.Et no.bene istam glos.magnam.similem habemus.4.q.3.Item in criminali.in prin.in ver. quid si testes. ad finem magnæ glos.facit l.in exercendis. & l. scripturæ. C. de fide instrumentorum.

S V M M AE.

1 *Vnicus testis admitti non debet contra dicta plurium testium. & numer.3.*

2 *Exceptio consanguinitatis impedit matrimonium vsq; ad quartum gradum.*

4 *Publicatis attestationibus,nõ sunt testes ad probandum contrarium admittendi.*

IVrauit. In causa matrimoniali publicatis attestationibus super eodem articulo, testes ꝓduci non possunt.h.d.secundùm gl.pro qua summatione
1 facit verbum,publicatis partibus.&c.vel aliter.Contra† dicta plurium testium vnicus testis admitti non debet.h.d. primò ponit quæstionem.secundò solutionem, ibi [respondemus.]¶†Primò no.ꝙ exceptio cõsanguinitatis vsq; ad quin
2 tum gradum impediebat matrimonium cõtrahendũ. hodie vsq; ad quartũ gradũ ista prohibitio est restricta,vt ĵ.de cõsangui.

3 sangui.& affini.c.nõ debet.¶†Scdò nota,ꝙ vnus testis nõ po
4 test reprobare dicta ipuirum testium.¶†Tertiò no.ꝙ publicatis attestationibus,non sunt testes ad probandum contrariũ admittendi.qđ est verũ,cũ agitur de matrimonio contrahendo:sed si de cõtracto dissoluendo,tunc loquuntur iura cõtraria alleg.in gl.s.ꝙ admitti debeant, attestationibus publicatis.& hanc solutionem ponit glo. & consignat rõnẽ diuersitatis:nullum.n.periculum est in coniunctione,sed in separatione magnum.ad hoc.ĩ.de testi.c.licèt ad parem. Io.An.reprobat istud dictum per.c.præterea.1.& 2.& per c. cũ in tua.ĩ.de spon.¶Solue ergo scdm Hosti. ꝙ spãle est in cã matrimonij pp animarũ piculũ. pp quod non transit illa snia in rẽ iudicatã.& auditur allegans turpitudinem suam post publicatas attestationes,& etiam post sententiam,secundùm Host.

S V M M Æ.

1 *Excommunicatus probatur quis per literas ordinarij: nisi contrariũ doceatur.*
2 *Excommunicatus non potest esse procurator in iudicio.*
3 *Tempus constitutionis est inspiciendum,quo quis fuit excõicatus.*
4 *Excommunicatio de præterito probat quem excommunicatum etiam de præsenti:nisi probet se absolutum.*
5 *Literis sigillatis an sit credendum.*
6 *Excommunicatus tempore constitutionis: sed absolutus tempore assumptionis,an habeat personam legitimam.*
7 *Excommunicatus an possit esse procurator rei.*
8 *Excommunicatus constitutus cum potestate substituendi: an poterit substituere:& valeat substitutio.*

1 POst cessionem †Per lrãs ordinarij ꝓbatur qs excõmunicatus:nisi contrariũ doceatur.h.d.& diuido Decre.in duas partes. in prima deciditur partium contẽtio. in secunda ponitur interlocutio,ibi[cum igitur.]in qua scda duo facit.præmittit motiuum interlocutionis. secundò interloquitur.ibi[ipsum tanquam.]Iterum in prima facit tria.ponit motiuum,vt dixi, in quo interserit ipsius efficaciã,ibi[q-bus.]quam statim determinat, ibi[donec.]¶Primò nota,ꝙ literis ordinarij prima facie est credendum. ¶Secundò not. ꝙ admittitur probatio in contrarium : quia huiusmodi eulogia interdum mala fide scribuntur,vt l.diuus.ff.de cust.reo.
2 ¶†Tertiò no.quòd excommunicatus non põt esse procurator in iudicio.& aduerte, quia tex.non dicit. fuit procurator
3 actoris,vel rei.de quo.ĩ.dicam.¶†Quartò no. ibi[dum officium procuratoris assumpsit.]&c. ꝙ tempus constitutionis inspicitur,quo fuit quis excõicatus: licèt postea ergo absoluatur,non reconualescit cõstitutio procuratoris, quæ à principio fuit nulla, ar.c.dudum. de elec.li.1.& de rescrip.c. si eo tempore.li.6.& ff.de lib.& posthu.l.si filius. ¶Et aduerte qa vr̃ iste tex.probare opi.Hostiẽ. de qua.s̃. de dolo & contu.c. veritatis.vbi tenet, quòd non valet contractus initus cum excommunicato.sed iste textus non facit.quia non loquitur de contractu extraiudiciali respectu finis:sed de illo, cuius essentia confertur in iudicio.quod est ꝓhibitum, vt in c.intellexi-
4 mus.s̃.de iudi.¶†Quintò not. ꝙ excõicatio de præterito ꝓbat quem excõicatum ẽt de præsenti: nisi ꝓbet se absolutũ. ¶Si ergo dico quem excõicatũ, & ꝓbo,ꝙ olim fuit excõicatus:præsumitur,ꝙ ẽt †hodie.circa quod vide quod no.Cy.in l.edita.C.de edẽ.& in c.proposuit.de cle.excõ.per Inn. ¶Venio ad apparatum Inno.& Io.An.satis longum,ordinando ꝑ
§. penul. vers. quid si quis. Bar. hic tenet, quòd sic: licèt alij cõ
tra. ¶ Sed prima verior. ille. n. qui ipsos astrinxit, non posset
excipere. quia contra ipsum daretur replicatio doli. arg. not.
in l. eleganter. ff. de dolo. & j. de adul. c. intelleximus. & text.
iste probat, quòd loquatur de receptione ipsorum super cau
sa principali: aliàs ad quid diceret de renunciatione, & publi
catione? vnum tamen verbum no. quod no. hic Inn. videlicet,
ꝙ quando iudex vidit notoriè personas testium minus ido
neas, vel indignas, põt ex officio repellere, arg. ff. de postu. l.
quos prohibet. & j. de excep. c. exceptionum. de quo dic, vt
dixi. s. eo. tit. c. super eo.

S V M M AE.

1 *Publicatio, vel renunciatio testium super vno capitulo non præiudi-
cat volenti producere testes in alio. & nu. 4.*
2 *Priuilegia impetrata lite pendente non tenent.*
3 *Lis quomodo dicatur pendere quò ad impediendam impetrationem.*
4 *Iudex debet terminare causam concordia, vel iustitia.*
5 *Clausulæ contra iura insertæ in priuilegio, & literis apostolicis red-
dunt ipsas de falsitate suspectas.*

Nota

7 *Notarius non debet apponere in instrumento clausulas non consuetas: nec consuetas omittere.*

8 *Producens literas apostolicas de falsitate suspectas remittendus est ad Papam.*

9 *Instrumentum licèt non sit validum ad probandum, punitur tamen producens.*

1 CAusam quæ. †Publicatio, vel renunciatio testium sup vno capitulo, non præiudicat volenti producere testes in alio. h. d. communis diuisio. secunda. ibi[iudicio.] ¶ Primò no. q hic erat publicatio facta. & tamē producebatur postea priuilegium. & sic post publicatas attestationes possunt produci instrumenta, & non testes super capitulis publicatis. j. ti. 2. c. dilectus.
2 ¶ Secūdò † no. q priuilegia impetrata lite pēdente non tenent. concor. s. vt lite penden. c. fi. ¶ † Tertiò, q
3 quò ad hoc (s. ad impediendam impetrationem) dicitur lis pendere per solam commissionem: alibi ponderatur præsentatio. j. de appel. c. super eo. alibi citatio. s. de offi. dele. c. gratum. alibi notitia aduersarii. de app. c. meminimus. & de alie. iudi. c. j. & in c. j. j. vt lite penden. in cle. faciunt no. per Inno. & Host. s. de testi. spo. c. ex conquestione. ¶ † Quartò not. q
4 renunciatio, & publicatio non obstant, quominus super nouis articulis possint testes produci. & innuit iste tex. q nec ēt instrumenta post publicationem liceat producere: sed non pbat. quia huic instrumento, siue priuilegio non præstitit impedimentum publicatio, vel renunciatio. sed litis pendentia, vt in d. c. fin. vt lite pen. & in Auth. in medio litis nō fi. sa. ius.
5 §. si verò. coll. 8. ¶ Quintò † no. q cōcordia, vel iustitia debet iudex causam terminare. Iudex enim ad concordiam laborare dēt. de quo. s. de trāf. c. vlt. & c. j. de mu. pe. & curare debet, ne partes veniant ad rixas, & ad arma. vt l. æquissimum. ff. de vsur. & dixi. s. de proba. c. in pūtia. ¶ Sextò no. in versi. quia
6 verò. † q clausulę insertæ ī priuilegio, & literis apostolicis cōtra iura reddunt ipsas de falsitate suspectas. hoc idem, si sunt
7 clausulæ non consuetæ, secundùm glo. quam bene no. † Et sicut clausulas non consuetas non debet notarius apponere in instrumento: ita nec consuetas omittere. quæ intelliguntur, etiam si non fuerint appositæ. facit qd̄ no. in l. fi. C. de fideicō. & in l. excepto. C. loca. & l. iubemus. in fi. C. de testa. vbi punit notarius pœna falsi, qui omittit solemnitatem in contractu. & tenetur ad interesse parti, vt l. fi. C. de mag. conuen. & ibi
8 vide Sali. ¶ Septimò no. † q qui producit literas apostolicas de falsitate suspectas, remittendus est ad Papam. concor. s. de
9 rescrip. c. 2. & collige ex hoc vnum, † q q̄q̄ instrumentū non sit validum ad probandum: tamen punitur producens. priuilegium enim impetratum lit. pen. non tenet, vt in d. c. fi. tamē si sit in eo commissa falsitas, est puniendus impetrans. & hoc verum, qū priuilegium, siue instrumentum habet sua substātialia, si vitiū est latens, & inuisibile (vt subreptionis: vel alterius nullitatis.) secus si appareat prima facie vitiosum (puta sine testibus, vel aliis solemnitatibus consuetis:) tūc enim pducens non tenebitur pœna falsi. qd̄ dic per Bar. vt l. si quis legatum. ff. de fal. vbi etiam quid iuris de teste, qui falsum deposuit (non tamen valet dictum suum; quia non iuratus, vel aliter est nullum.) an puniatur pœna falsi. dic, vt ibi per eum.

SVMMAE.

1 *Homicida non debet recipi in testem contra accusatum de homicidio.*

2 *Testi, vel producenti ipsum non potest opponi exceptio similis criminis.*

3 *Infectus simili morbo an repellatur in causa ciuili.*

1 PErsonas A testimonio repellitur laborans simili morbo. h. d. ¶ Primò no. † q contra accusatum de homicidio non debet homici-
2 da in testē recipi. ex quo collige, † q non licet testi, vel producenti ipsum replicare exceptionem similis criminis, vt colligitur ex isto. c. & no. j. eo. c. testimonium. licèt enim aliqs sit periurus, fur, & homicida: tamen de crimine intentato contra eum debet committi per bonos testes, vt l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. Quid ē ergo qd̄ dicitur. [Nil Iudeus Iudeo: vel harenarius harenario.] vt no. in l. j. C. de sum. trini. & l. in arena. C. de inoffi. testa. cogita. ¶ Querit Io. An. † vtrū
3 sicut hic dicitur in crimine: vt infectus morbo simili repellat. Ita sit in ciuili causa: vt habens causam omnino similem illi, contra quem in testimonium producitur, repellatur. no Gui. in Spe. eo. ti. §. j. ver. item q. & hic per Io. An. vbi tenet, q similitudo in genere quæstionis non repellit. vt si litigo de testō, pro altero litigante de alio testamento, potero testificari: secus si est similitudo in specie. vt si defendo consuetudinem, q̄ negatur, pro altero similiter defendente in alia causa, nō potero testificari super dicta consuetudine.

SVMMAE.

1 *Christianus contra Iudeum in testem admittitur.*

2 *Iudei habent liberam personam standi in iudicio: & retinent rerum dominia: iura & actiones: & testamenti factionem: sed non dignitates cum administratione.*

3 *Testibus qui vtitur pro se, cogitur recipere cōtra se similis, & eiusdē conditionis.*

4 *Iudeus contra Christianum non admittitur in testem.*

5 *Iudeus an possit excipere de crimine contra Christianum productum in testem contra eum.*

1 IVdei †Christianus contra Iudeum in testem admittitur. h. d. ponit dictū. addit pœnā, & subiungit causam pœnæ in anathemate. secūda ibi[cū eos.]
2 ¶ Primò no. q cum Iudeis potest esse iudicium † & sic habēt liberam personam standi in iudicio. & retinent rerum dominia: iura & actiones: & testī factionē: nō aūt dignitates cū administratione: sed tutelarū sunt capaces, vt plenè p Inn. j. de voto. c. qō super his. vbi plenè. facit l. spadonem. §. iam autē
3 & Iudei. ff. de excusa. tu. ¶ Secundò no. † q ille, qui vtitur testibus pro se, cogitur similes, & eiusdem conditionis recipere contra se, vt l. si quis testibus. C. de testi. ¶ Tertiò hic colli
4 gitur, † q Iudeus contra Christianum admittitur. qd̄ non est
2 verum: quia sunt infames infamia facti. a & sic à testimonio repelluntur. qd̄ tamen dic, vt in l. j. C. de summa trini. & l. Cassius. ff. de senato. ¶ Sed cōtra hoc oppo. & videtur, q sicut recipitur testimonium Christiani contra Iudeum: Ita versa vice testimonium Iudei debet recipi contra Christianum. & sic in iudiciis versef equalitas. C. de proxi. sacr. scri. l. in sacris. & l. fi. C. de fruc. & lit. expen. ¶ So. illa equalitas consideratur respectu principalium litigatorum, non testium: aliàs sequeretur, q testis bone famæ non posset testificari contra periurū: furem: vel homicidam. cum illi non possint contra eum. qd̄ est absurdum. Et istam oppo. & solutionem dat glo. j. eo. tit.
5 c. j. in clemē. ¶ Querit Ioan. An. † an Iudeus possit excipere de crimine contra Christianum productum in testem contra eum. distinguit Ioan. An. quòd aut id, de quo excipit, est peccatum vtraq; lege: & potest excipere. aut veteris testamēti tantùm: & non potest excipere. aut noui tantùm: & similiter tunc repellatur tātùm Chistianus à pœna sui erroris. quātūcunq; enim quis sit criminosus, vel patiens defectum, dēt cōuinci per testes idoneos regulariter. fallit in crimine simoniæ: lesę maiestatis: & hæresis. s. de confes. c. j. facit qd̄ dixi. s. eo. c. personas.

ADDITIO.

a Infames infamia facti. Item esse Iudeum est delictum, vt no. gl. in l. apud Iul. in fi. de le. j. & ibi Bar.

SVMMAE.

1 *Testimonium matris est suspectum: quando filia petit in virum aliquem maiorem se.*

Mater

2 *Mater naturaliter diligit incrementum, & honorem filiæ.*
3 *Mulier honoratur, si nubit digniori se.*
4 *Vir si non est magis idoneus, quàm mulier, nobilitate, potētia, vel honore: mater admittitur in testimonium pro filia.*
5 *Domesticus admittitur in testē pro domestico in causa, in qua est mistum commodum, & incommodum ipsius domestici.*

1 SVper eo, †Testimoniū matris est suspectū, vbi filia petit in virum aliquē maiorem se. h.d. secundò dicitur, quòd ad dictum solius matris matrimonium impeditur: sed contractum non dissoluitur. & sunt duæ partes. secunda ibi [super illa.] & in prima parte mater stabat pro matrimonio. in secunda contra. ¶Primò not. quòd hic quæsitum fuit in consultatione de testimonio matris, & alterius mulieris: & tamen de matris testimonio respondet, quasi de illa muliere certum sit, quòd possit. In causa enim matrimoniali prohibetur mulier testificari, nisi in testamentis, vel causis criminalibus quandoq;. vt ff. de testa. l. qui testō. §. mulier. & in c. forus. de ver. sig. ¶Scdò no.
2 †ꝙ verosimile est, matrem diligere incrementum, & honorē filiæ. & rōne huius præsumptæ affectionis à testimonio repel
3 litur. ¶Tertiò no. †ꝙ est mulieris incrementum honoris nubere digniori se. quia fœminę illustrantur radiis maritorum. & econuerso si homini inferioris ordinis maritētur, minuūt dignitatē suam, vt l. fęminę. & quod ibi no. ff. de sena. ¶Quar
4 tò hic colligitur † quòd vbi vir non est magis idoneus, quàm mulier, nobilitate, potentia, vel honore: mater admittitur in testimonium pro filia. Secundò est: quia deponere super matrimonio, non concernit merè commodum filiæ nuptæ: sed etiam hominis; quia quærit obligationē in altero, & se alteri obligat: ita ꝙ mater non dicitur tantùm testificari super eo, quod concernit commodum filiæ: sed etiam hominis: nisi esset excessus ex parte viri in altero istorum, de quibus in tex.
5 Et ex hoc collige vnum, †ꝙ persona domestica admittitur in testem pro domestico in causa, in qua est mistū commodū, & incommodum ipsius domestici: nec potest eius commodum ab incōmodo separari, vt in matrimonio. quod est nouum dictum, & fortè verum. ¶In aliis autē dispositionibus an pater, vel mater possint esse testes in causis filiorū. dic vt l. qui testō. ff. de testamentis. l. parentes. C. eo. ¶Quærit Ioan. An. quid si vir excedit in diuitiis, sed est ignobilis: filia autē excedit nobilitate, sed est pauperrima: an mater admittetur? relinquit hoc arbitrio iudicis, inspecta consuetudine regionis. de hoc in Spe. de testa: §. 1. in fi. primæ col. Et Hostiē. dicit, ꝙ multum ista consistunt in arbitrio iudicis. possent enim in casu huius c. esse tot circunstantiæ: ꝙ etiam, si vir esset potētia, diuitiis, & nobilitate superior, quàm mulier, iudicaretur pro matrimonio: nec esset suspectum matrimonium. puta quando nobilis multum diligebat plebeiam valde formosam, quam habere non poterat, nisi cum illa contraheret. & parētes aliter sint honesti. cessantibus ergo circunstantiis, inæqualitas facit testimonium suspectū: aliàs facile probaretur plebeiam esse desponsatam à rege: vel plebeium desponsasse reginam. Et idem dicit Hosti. de cōsanguineis. in summa huius ti. §. 2. ver. vt autem.

SVMMAE.

1 *Iudæus non potest probare, nisi per duos testes fideles, & honestos.*
2 *Quod non est licitum, nec concessum Christianis: multò minus Iudæis.*
3 *Vnius testimonio non creditur quò ad plenam probationem. fallit in casibus, ibi remissiuè.*
4 *Testes quales esse debeant.*
5 *Iudæorum causæ terminantur secundùm legem euangelicam.*
6 *Causæ, quæ requirunt plures testes, quàm duos.*

1 LIcèt, †Iudęus nihil potest ꝓbare minus, quàm per duos testes fideles, & honestos. quatuor facit. præmittit causam dicti. ponit dictum, ibi [mandamus.] quod probat auctoritate ibi [iuxta.] soluit ob
2 staculum, ibi [quia licèt.] ¶Primò no. † quod illud, quod nō est licitum, & concessum xpianis: multò minus Iudeis. & sumitur hoc ar. à maiori. similis est gl. & plenior. de elec. c. cum
3 in cunctis. ¶Secundò no. † quòd vnius testimonio non creditur quò ad plenam probationē. fallit in quibusdam casibus, de quibus in gl. fi. & 30. casus, in q̄bus creditur vni testi, enumerat Spe. e. ti. §. restāt de numero. ver. hoc tamen fallit. quo
4 rū. 13. no. hic Hosti. & Pe. 18. ¶Tertiò not. † quales debeant esse testes. quia probatæ vitę, & fidelis cōuersationis. ¶Quar
5 tò no. in ver. iuxta. † quòd causæ Iudęorum terminantur secūdùm legem euangelicam. de quo per Inno. in c. quod super
6 his. de voto. ¶Quintò not. † quòd quædam sunt causæ, quæ requirunt plures testes, quàm duos, quæ numerantur in glo. & plenè de reg. iur. c. pluralitas. lib. 6. & in Spe. vbi. s. Ex hoc collige, quòd quandoq; dictum Euangelij limitatur per constitutiones canonicas, & per ius ciuile. quod dic, vt. s. de consti. c. quæ in ecclesiarum. per Inno. & Doc.

ADDITIO.

a ¶Infames infamia facti. Item esse Iudeum est delictum, vt gl. in l. apud Iul. in fi. de le. 1. & ibi Bar.

SVMMAE.

1 *Testes non sunt idonei, quos actor de familia sua producit.*
2 *Probatio, quòd vxoris consanguineam prius aliquis cognouerit, admittitur contra matrimonium legitimè, & publicè contractum.*
3 *Affinitas contrahitur per illicitam copulam carnalem.*
4 *Domestici producentis repelluntur à testimonio in causa matrimoniali.*
5 *Familiares an repellantur à testimonio.*
6 *Familiaritas est quadruplex.*
7 *Testes domestici non faciunt etiam semiplenam probationem.*
8 *Testis qui non debuit examinari: examinatus non facit indicium, vel præsumptionem.*

1 IN literis. †Nō sunt idonei testes, quos actor de familia sua producit. h.d. communis diuisio. secunda ibi [respondemus.] ¶Primò no.
2 † quòd contra matrimonium legitimè, & publicè cōtractū, etiam post secutam diuturnam cohabitationem, admittitur probatio, quòd vxoris consanguineam cognouit prius: multò magis deberet admitti ꝓbatio de alio matrimonio prius contracto (licèt occultè) ad vltimum matrimonium dirimendum. Alibi dicit glo. Decre. quòd si matrimonium contractū publicè, & in facie ecclesiæ petitur separari ea ratione, quòd cum alia prius contraxit: nisi probet, quòd publicè, pronunciabitur pro primo matrimonio publicè contracto: non au
3 tem pro secundo. ¶Secundò no. † quòd per illicitam copulā carnalem contrahitur affinitas cum consanguineis eorum, q̄ se carnaliter miscuerunt: & est efficax ad matrimonium dirimendum. quod est verum, si præcessit dictum matrimoniū. secus autem, si secuta fuerit, vt in c. discretionem. & c. pe. & vl
4 ti. ȷ̄. de eo, qui cog. consan. vxo. suæ. ¶Tertiò no. † quòd in cā matrimoniali domestici producentis à testimonio repelluntur. & idem in omni causa, vt l. ēt. C. eod. Qui autem dicantur domestici, no. in l. præsenti. §. fi. C. de his, qui ad eccle. confu. & l. pe. de ver. signif. Quid autem si quis erat domesticus tpe contractus: non autem tpe testimonij, an possit testificari. & quid de agnato, cognato, coniuge, socio, vasallo, & aliis. vide
5 in Spe. de testi. §. 1. & per Bar. in l. 1. ff. de q̄stionibus. ¶† Cir
b ca familiares[b] verò an repellantur. dic latius, † quòd quadru
6 plex est familiaritas. ¶Quædā est subiectiua de iure, qua habemus ius imperandi. & ista repellit testem, secundùm no. in l. qui testō. §. qui autem. ff. de testa. ¶Quædā est familiaritas subiectiua de facto: sicut sunt familiares, quos habemus in domo. & dicit Dyn. ꝙ etiam isti repelluntur, vt. ff. de pœ. l. respiciendum. §. furta. ¶Tertia ast familiaritas naturalis, puta

inter fratres, & eosdem, qui sunt de eodē casato. & isti repellunt in criminali, non in ciuili, vt l. parentes. C. de testi. p Cy. & l. lex Cornelia. ff. de iniurijs. ¶ Quædā est familiaritas socialis. de ista tangitur Insti. de testa. §. legatarijs. & C. e. l. qm̄ liberi. & l. dictantibus. C. de test. per. Cy. & ita dicit Bal. in d. §. qui autem. vbi subdit vnum verbū, videlicet, ꝙ licet domesticus partis repellatur: non tn̄ domesticus testis, quia istæ ꝓhibitiones non sunt extendēdæ. allegat Inn. de offi. dele. c. insinuante. & ibi dixi. & tetigi. in c. accedēs. s̄. vt lite non conte.
7 il. 2. & est singulare dictum. ¶ Vltimò no. † ꝙ testes domestici non faciunt etiam semiplenam probationem: quia hic erāt tres domestici testes. & tamen ex eis non resultat plena pro-
8 batio. ¶ Testis ergo, q non debet examinari, examinatus nō facit indiciū, vel præsumptionem. facit quod no. Bar. in l. maritus. ff. de qōnibus.

ADDITIO.

a ¶ Circa familiares. Familiaris vnus facit indicium. & si sunt plures, plenè probant. Bar. in l. 2. in princ. ff. de excu. tu. Alex. in l. vir mulieri. ff. de dona. inter vir. & vx. & hoc si non sit subditus.

SVMMAE.

1 *Testes possunt produci, donec attestationes fuerint publicatæ, vel eis renunciatum.*
2 *Delegante mortuo, si aliquis prosequitur coram delegato, recedit ab appellatione.*
3 *Productioni testium potest renunciari, & etiam instrumentorum.*
4 *Publicatis attestationibus per me productis: etiam aduersarius meus potest producere testes ad idem.*
5 *Delegans si decessit re integra: & litigantes consentiunt litigare corā delegato, & litigant: an valeat iudicium vigore delegatæ iurisdictionis.*

1 CVm venisset. † Donec attestationes fuerint publicatæ, vel eis renūciatū: produci possunt testes postea, non super eodem c. super alio sic. h. d. quò ad titulū. Et sunt duæ partes. In prima partis conquestio. In sc̄da dat iudices. ibi [mandamus.] in qua tria facit. secunda ibi [qōnes.] tertia ibi [qua verò.] ¶ Primò no. ꝙ Papa mandat sn̄iam confirmari, si deprehensa fuerit rectè lata. Quid autem hæc confirmatio operetur, tangit. 1. gl. & plenius in c. j. & 2. j̄. de confirma-
2 tio. vti. vel inuti. per Inn. & Doct. ¶ Sc̄dò no. † ꝙ qui mortuo delegante, prosequitur coram delegato, recedit ab appellatione. & non pōt postea opponere, ꝙ per mortē delegātis fuerit finita iurisdictio delega. Potest ergo quandoq; contingere, ꝙ verè iurisdictio expirat. & tamen hoc reuocatur in dubium. & si appellatur, & deseritur appellatio, valebit processus. & hoc operatur competentia iudicis appellationis. ipse aūt delegatus, cuius iurisdictio est extincta (sn̄iam pronunciādo) videtur ꝙ possit se facere iudicem competentem. quod dic per Inn. s̄. de rescrip. c. super literis. & in c. 2. j̄. de cri. falsi. ¶ Tertiò colligunt hic quidam, ꝙ mortuo delegante, re integra possit de consensu partium procedere delegatus in cā.
3 quod non est verū. & dicam post gl. ¶ Quartò no. † ꝙ potest renūciari productioni testium: & etiam instrumentorum. an aūt post terminum poterit, q renunciauit, producere instrumenta, vel testes. dic vt in Auth. iubemus. C. de iudi. & in c. sæpe. de ver. sig. in cle. potest ergo quis in causa ciuili præcludere sibi viam defensioni per renunciationem. In cā autem criminali non videtur, ꝙ possit: quia non potest renunciare defensioni, ar. notatorum. ff. de pac. l. pactum inter hæredem.
4 ¶ Quintò no. in ver. alterutra. † ꝙ publicatis attestationibus per me productis, etiam aduersario meo est adepta facultas ꝓducēdi testes ad idē, sm̄ Gof. Circa istā renūciationē, & eius effectū ex dictis Io. An. distingue, ꝙ aut loquimur de effectu renūciationis respectu eiusdē causæ. & tūc aut est renūciatio gn̄alis: aut sp̄alis sup certis articulis. primo casu sup nouo articulo poterūt testes produci, vt hic & s̄. e. c. cām quæ. aut est sp̄alis. & tunc aut quæris, an ipso iure, aut ope restitutionis. primo casu nō potest, vt. j̄. e. c. de test. Sc̄do potest, iuxta no. per Inno. s̄. e. c. intimauit. & hoc de primo mēbro principali. ¶ Secūdo casu principali. quando loquimur de effectu renunciationis factæ in principali quò ad cām appellationis. & tūc nulla videtur differentia inter cām principalem, & appellationē. nisi quòd renunciatio gn̄alis præiudicat in principali: sed non extenditur ad causam appellationis, vt. s̄. c. fraternitatis. nisi hoc dicerent litigantes expresse. specialis verò renūciatio facta in principali bene extenditur ad causam appellatio
5 nis. ¶ Quærit Bar. † si delegans decessit re integra: & litigantes cōsentiunt litigare corā delegato, & litigant: an valeat iudiciū vigore ꝓrogatæ iurisdictionis. quidā, quòd sic, p ipsum tex. & hoc tenet Gof. & Phi. hic. & s̄. de offi. dele. c. gratum. & Bar. Brix. in qōne veneriali. Bar. tenet cōtrariū. Idē Vin. s̄. de offi. dele. c. licet. & Ho. hic. Spe. de le. §. restat. ver. Itē mortuo. & ad hoc facit de offi. deleg. c. fi. ver. officiū. & hoc placet Io. An. quia cum iurisdictio sit extincta per obitum delegantis, prorogari non pōt. Et tenet idem Accur. in l eius qui in prouincia. ff. si cer. pe. ¶ Item non ob. iste tex. quia ista verba [cū postea egerit, & responderit.] & c. non referuntur ad illa verba [occasione mortis prædecessoris nostri:] sed ad præcedētia, videlicet [nec appellatio illa impediat] & c. q. d. quòd illa appellatio non obstet. cum postea egerit, & responderit; ex quò videtur appellationi renunciasse, ut. s̄. de offi. dele. c. gratum. & c. relatum.

SVMMAE.

1 *Testes publicatis attestationibus in causa matrimoniali super eodem capitulo, possunt produci. & nu. 4.*
2 *Filijfamilias habent legitimam personam standi in iudicio in causa matrimoniali, etiam sine consensu patris.*
3 *Narratio facta in genere (puta dico in libello matrimonium non tenere) sufficit.*
5 *Testes recepti ad probandum capitulum directè contrariū, an debeāt esse plures.*

SEries Publicatis attestationib. pōt falsitas priorū testiū approbari. vel aliter. † In cā ma-
1 trimoniali publicatis attestationibus super eodē capitulo, possunt alij testes induci. communis diuisio. secunda ibi
2 [præsenti.] ¶ Primò no. † quòd filijfamilias habent legitimā personam standi in iudicio in causa matrimoniali, etiam sine consensu patris. & est speciale: sicut illud, quod legitur, & no. s̄. de resti. spo. c. ex parte. Regulariter. n. filijfa. pro iurib. sibi competentibus non agunt ipsi, sed patres ipsorum. Et si quandoq; agunt, debent agere de consensu patris. quod dic, vt l. cū non solum. §. necessitate. C. de bo. quæ lib. facit. j̄. de iudi. c.
3 fi. li. 6. ¶ Sc̄dò no. † quòd sufficit dicere in libello. dico matrimonium nō tenere: quia sumus in casu prohibito. & sic in genere narrare. testes tn̄ d̄nt specificè declarare gradū, vt hic. Idē no. Inn. in simili. s̄. de lib. ob. c. fi. Sufficit. n. factum generaliter deducere: sed in causæ processu debent circunstantiæ de
4 clarari. quod no. facit quod no. j̄. e. c. ex tenore. ¶ Tertiò, † ꝙ publicatis attestationibus recipiuntur testes directò contrarij in causa matrimonij. quod est speciale, secundùm gl. & Io. An. in causa matrimonij. nam in alijs causis, publicatis attestationibus, directè falsitatem priorum testium quis non admittitur ad probandum, vt in c. 1. j̄. e. in cle. ¶ Item est aliud speciale, quòd super capitulis non probatis, & publicatis nō possunt alios ꝓducere, nisi in causa matrimoniali. & ab illo, qui instat pro matrimonio. & nisi iudex indistinctè publicasset testes. quo casu non fit præiudicium parti, quominus alios producat, vt no. Gul. in Specu. eodem. §. satis vtiliter. ¶ Sed
5 hic quæritur, † vtrùm testes recepti ad probandum capitulum directè contrarium debeāt esse plures: vel sufficit, quòd

sint totidem: dicit, quòd duo testes possunt reprobare personas mille testium: sed dicta plurium probātium gradum, vel aliquid aliud pauciores reprobare non possint. in testibus ergo reprobantibus aliorum dicta requiritur excessus: licèt nõ requiratur in reprobando personas, secundùm Io. An. quod est no. & vide in Spec. de test i. §. qualiter. ver. & opponitur. Et prædicta comprehendūt substantiam, & effectum omnium, quæ hic no. Io. An. in nouella. &c.

SVMMAE.

1 *Carnalis copula probatur per sufficiens testimonium de visu.*
2 *Carnalis copula deducitur in iudicio ad diuersos effectus.*
3 *Violentæ præsumptiones quæ dicantur, & quæ adminicula.*
4 *Testes si distabant tenui pariete à commiscentibus, audiendo eos commisceri: sed non videbant: an sufficiat eorum depositio cum fama.*

1 PRæterea. † Carnalis copula probatur per sufficiens testimonium de visu. Item & per testimonium auditus, quæ coadiuuant adminicula, & fama. h. d. comunis diuisio. secunda ibi[respõ
2 demus.] Præmitte ad euidentiam, quòd carnalis copula deducitur in iudicio ad diuersos effectus. Quandoque ad matrimonium impediēdum ratione affinitatis cõtractæ propter copulam cum consanguinea illius, qui vult contrahere. vt s. eo. c. in literis. Quandoque ad probandum exceptionē adulterij: quia agitur contra mulierem ad separationem thori, ipsa excipit, ꝙ similiter maritus adulterium cõmisit. & probare vult. Tertio modo, cū agitur principaliter ad separationem thori: quia dicit maritus, vel vxor adulterium perpetratum. Ideo separationem petit. & si deducatur ex prædictis modis, procedit sine dubio probatio: de qua dicit tex. Et isti tres modi tanguntur in glo. Quarto modo deducitur, & probatur carnalis copula ad finem dirimendi matrimonium iā contractū. pone exemplum, cum peto separari matrimoniū. qa cognoui consanguineam vxoris meæ. s. eo. c. in literis. & tūc an sufficiat probare carnalem copulam cum illa consanguinea per has probabiles coniecturas, de quibus in tex. dubitando pertransit hic Bar. breuiter dicit Ioā. An. ꝙ ista Decreta. loquitur in quolibet prædictorum casuum: & in omni casu, in quo probanda est copula ad quemcunque finem, etiam si ad matrimonium dirimendum, si testis de auditu proprio deponit: non de auditu auditus. non enim de visu posset reddi sufficiens testimonium. nam licèt viderit virum supra mulierem. tamen fortè frigidus, vel maleficiatus, vel illa arcta erat, secundum Pe. tunc ille coire non poterat. quia ergo per visum non potest directò probari: sufficit probari ista carnalis copula per probabiles coniecturas, & per violentas præsumptiones: sicut dicimus in filiatione. & in omni casu, vbi de visu testimonium concluderet, nõ potest reddi, vt l. Lucius. ff. de condi. & demon. & s. tit. 1.
3 c. per tuas. & qui filij sint legi. c. transmissa. ¶ † Quæ ergo sint violentæ præsumptiones, no. hic Io. An. & etiam quæ sunt adminicula. Sunt enim ista, quia simul loquebantur, quando poterant opportunitatem captare. colloquium enim: nutus, & oscula: visus: tactus: risus: iocus: missio nunciorum iocaliū: cohabitatio: amplexus, & similia. ista enim probant adminicula: sed plenam probationem non faciunt. facit ad prædicta quod no. Ia. Bu. & Cyn. in l. neque natales. C. de proba. & per Bar. in simili materia in l. fi. ff. de quæstionibus. vbi de indiciis indubitatis, propinquis, & remotis. & quia indicia, & coniecturæ cõsistunt multum in facto, in quo non potest dari perfecta doctrina: nec diffiniri, cum multiplex sit, vt in l. mora. ff. de vsur. Ideo hic subdit[& circunspectus iudex] &c. quasi prædicta posita sint gratia exēpli, & instructionis iudicis: vt in casu, quo occurrit ꝓbatio facienda de carnali copula, respiciat ad pdictas, & alias ꝓbabiles cõiecturas, & indi-
4 cia. ¶ Quærit glo. si testes distabāt tenui pariete à cõmiscentib. audiēdo eos cõmisceri: sed nõ videbāt. an sufficiat cū fama. gl. qrit, & nõ clarè soluit. Host. recitat hic opi. Ia. Bal. qui dicit, ꝙ si fama cõsentit dicto vnius cū aliis adminiculis certis, & ꝓbabilibus, sufficiēs est ꝓbatio, vt ff. e. l. 1. & 2. & hæc in factis antiquis, de quib. nõ extat memoria. & in delictis, q̄ fiunt occultè, de quibus nec testes haberi possunt, debēt intelligi. & gñaliter cõcludit Host. ꝙ illa sunt arbitraria. no. tñ gl. quæ loquitur de cortina, vel pariete medio inter testes, & principales. simile no. de aqua plu. ar. l. 2. §. idē Labeo. in gl. sic ergo. & adde qđ no. Io. An. in Spe. e. ti. §. iā de interrogatoriis. ver. quid si minus. vbi qd iuris, si p arctū foramen testes successiuè vidissent aliquos commisceri, an probent. facit quod no. in l. quærebatur. ff. de testa. mili. per Bar.

SVMMAE.

1 *Verbo vnius iudicis non creditur, nec eius scripturæ. & nu. 2.*
3 *Iudicia, contractus, & vltimæ voluntates, æquiparantur quò ad fidem verbo iudicis non habendam.*
4 *Tabellioni quare maior fides adhibetur in scriptura, quàm iudici.*
5 *Scripturæ episcopi habenti sigillum an sit credendum.*
6 *Notarius fecit quendam suum procuratorem: & ipsemet scripsit instrumentum procurationis: an probet, & sufficiat.*
7 *Notarius an possit scribere. & publicare instrumentum suum.*
8 *Procurator meus si in causa ad probationem debiti producit īstrumētum manu mea confectum, an dabitur ei fides.*
9 *Literis Papæ an credatur sine subscriptione.*

1 CVm à nobis. † Vnius iudicis verbo non creditur. scriptura etiā eius per testes reprobari potest. hoc fallit in Papa. & per hoc patēt partes. Scđa. ibi[nec scriptura.] tertia
2 ibi[salua.] ¶ Primò no. † ꝙ verbo iudicis nõ creditur, cuiuscunque sit auctoritatis: nec de causis, contractibus, & testis creditur verbo suo. facit s. ti. 1. c. qm̄ cõtra. & 11. q. 1. c. nec ho
3 nore. ¶ Scđò no. ꝙ iudicia: contractus: & vltimę voluntates æquiparātur quò ad fidē verbo iudicis nõ habendam. & per hunc tex. reprobatur opi. distinguentiū in hoc casu inter iudicialia, & extraiudicialia. de quo plenè. s. ti. 1. c. post cessio
4 nē. ¶ Tertiò no. in ver. nec scriptū. † ꝙ sicut nõ credit verbo iudicis: ita nec scripturæ suę. maior est ergo fides tabellionis quàm iudicis, etiā cuiuscunq; epi. & hoc ideò, quia notario est commissum scribere: iudici aūt iudicare. vnde nõ debēt promiscuis actibus turbari rerum officia, vt C. de testa. l. cõ
5 sulta diualia. ¶ † Vtrū aūt scripturæ epi habenti sigillum detur fides. Inn. ꝙ non, rñdens ad istum tex. qui innuit contrarium. Host. tenet, ꝙ sic. & dixi. s. de proba. c. post cessionē. & de hoc in c. 2. de fide instru. ita no. in l. seruus cõis. ff. de stip. seruo. solus Bal. dicit, ꝙ aut loquimur de exercitio iurisdictionis volūtariæ, quæ causatur à consensu partiū: & põt fungi duplici officio. vnde si iudex insinuationis sit notarius, ipse potest scribere instantiam insinuationis, tanquā notarius, & auctoritatem interponere tanquā iudex. Aut loquimur in iurisdictione contentiosa: & tunc aut in leuibus causis. & idē quia pręsumitur pro iudice in istis leuibus. In causis verò maioribus non põt esse iudex, & tabellio. sicut nec iudex, & testis, vt C. de arbi. l. ne in arbitros. & ita no. in l. iubemus. §. sa-
6 nè. C. de sacrosan. eccle. ¶ Quæritur extra. † quidam notarius fecit quēdam suum procuratorem, & ipsemet scripsit instrumentum procurationis: an probet, & sufficiat. videtur, ꝙ non: quia notarius debet esse rogatus, in Auth. de tabellio. §. nos autem. col. 4. sed inter interrogantem, & respondentem debet esse diuersitas. vt d. l. si seruus cõmunis. & c. fi. j. de insti. Bar. in d. l. si seruus communis. format istam quęstionem: & concludit, ꝙ dictum instrumentum facit fidem de procuratorio. ad hoc vt iste in iudiciū admittatur, Irē quò ad hoc vt fidem faciant cõtra ipsum dñm, si negaret sibi aut scribēti: si vellet agere actione mandati, nõ prodesset, nec faceret
7 fidē, qđ dic, vt ibi p eū. ¶ † Vlterius qritur per ipsum: an notarius

tarius possit scribere, & publicare instrumētum suū. tenet, ꝙ
8 sic, vt l. quoties. §. 1. ff. de here. insti. ¶ Vltimò q̄ro. † ꝓcurator meus in cā ad ꝓbationē debiti ꝓducit instrumētu manu
sua scriptū: an dēt fides. Io. An. ponit istā q̄onē in mercurialibus. sub reg. cum quis vna via. & tenet, ꝙ faciat fidē: nisi alias
redarguatur de falso, si ante litē motā, & susceptum procurationis officium apparet instrumentū fuisse cōfectum. ¶ Quærit gl. si sunt plures iudices: an credatur eis; quia loquitur de
vno. dic vt in ea. quam no. & adde quod no. s̄. de proba. c. q̄m
9 contra. ¶ Vltima gl. quærit. † an literis dn̄i Papæ credatur sine subscriptione. tenet ꝙ nō, nisi in priuilegijs, in quibus subscribunt se Cardinales. de hoc etiam no. 12. q. 2. c. cum redēptor. facit c. 1. de proba. in cle. verbis autem Cardinalium an credatur. remittit Host. de appel. c. constitutus. ¶ An autē literis suis, remittit. j̄. de fide instru. c. quod super his.

SVMMAE.

1 *Testis inductus ad probandum certum articulum, non potest, nec debet cogi deponere super alio. & nu. 5.*

2 *Testes producti super possessione, si deponunt super proprietate, non valet eorum depositio.*

3 *Dictum testis, qui deposuit non iuratus, non valet.*

4 *Testis si scribat dictum suum in schedula, & præsentat iudici, non valet eius dictum.*

6 *Renunciatione facta in causa productioni testiū ex altera parte: pars quæ renunciauit, non potest vti testibus aduersarij super causis publicatis, vel super quibus renunciatio facta est.*

7 *Testes non sunt recipiendi, si facta est sufficiens testium productio.*

DE testibus. Testi, qui super exceptione tm̄ iurauit, super principali non creditur: actore tamē petēte, si lis est cōte. ēt super principali iurare, & deponere cōpellitur. h. d. Et ī prima decisa consultatio. in secunda r̄n̄sio. ibi [cōsultationi.] & est bimēbris. sm̄ mēbrū sequitur ibi [si verò] à quo tres ca
1 sus excipit. ibi [nisi.] ¶ Priò no. † ꝙ testis inductus ad probādū certū articulū nō pōt, nec dēt cogi deponere super alio: nec valeret dictū suū, ēt si deponeret: quia deponeret non iu
2 ratus sup alia re. hinc est † ꝙ si testes producti sup possessione deponerēt sup ꝓprietate, nō valet depositio, sm̄ gl. Idē no. in Spe. e. ti. ver. Item ꝙ deposuit. & ibi ēt distinguitur inter cohærentia, vel non. & in duob. ver. sequentib. tractatur, quid si plenius dicit testis, quàm ponatur, in cā. & qd̄ si productus sup mutuo, deponit de cōfessione mutui tantū. adde quod not. in l. si quis libertatem. ff. de pe. here. & C. qui legi. perso. l. vlti. &
3 vtrobiq; de his per gl. & Doct. ¶ Secūdò no. † ꝙ non valet dictum testis, qui deposuit non iuratus: nec conualescit testimo
a nium ipsius latum: licet postea iuret, [a] sm̄ Gof. q ita no. in sūma huius ti. ante fi. ¶ Et Albe. in margarita. ver. antepe. prius .n. dāt iurare, q̄ deponere. 4. q. 3. c. itē in criminali. ver. itē iureiur. & C. eo. l. iurisiurandi. Bar. Brix. dicit, ꝙ tenet tale testimoniū. nec iste est ordo adeo solēnis, ꝙ eius omissio habeat vitiare. tutius tn̄ est sm̄ eum, ꝙ post iuramentum secundò deponāt. in hoc concordat Ho. in summa huius ti. §. super quib. ver. sed quid si testis. & Spe. tangit in ti. de teste. §. sequitur. ad
4 fi. vbi nō firmat. dicit ēt hic Gof. † ꝙ nō valet depositio testis, si ipse scribat dictū suū. & tradat ipsum in schedula iudici. Idē præfatus Albe. e. ti. §. pe. quia iudex considerare dēt vocem, constantiam, & trepidationem testis deponentis. ff. de q̄onib. l. de minore. §. 2. & 3. q. 9. c. testes. facit quod no. Ioa. An. j̄. de spon. c. cum apud. in 8. q. & Bar. in l. Theopompus. de do. præle. & hoc verum in eo, qui pōt loqui. mutus autem an possit deponere per scripturam. vide in Spe. de testi. §. nunc tractandum. ver. quid de muto. ¶ Tertiò no. ꝙ aliud statuitur in exceptione dilatoria. aliud in peremptoria. exceptioni perēptoriæ similis est exceptio dilatoria solutionis, quæ ꝓbatur post litem contestatam. C. de excep. l. exceptionē. Et idē in dilatoria, quæ opponitur post lit. cōt. licèt sit declinatoria, vt. s̄. de offi. dele. c. insinuante. sed non est verū. s̄. de iudic. c. exhibita.
5 ¶ Quartò no. † ꝙ testis productus ad probandum certū articulū (vt exceptionē peremptoriā) nō cogitur testificari sup toto negotio, si petatur. & hoc verū, qn̄ super certo articulo ē productus, vt dixi. secus si super toto negocio: vel simpliciter super negocio producatur, ar. j̄. de priui. c. quia circa. cū suis
6 concor. ¶ Quintò no. in ver. vbi. † ꝙ postq̄ est renunciatū in cā productioni testiū ex altera parte: vel sunt didicita publicata, illa pars, quæ renunciauit, nō pōt uti testibus aduersarij super cap. publicatis, vel super quib. renunciatio facta est: secus in dilatione. Nam si alteri parti lapsus est terminus, & dilatio: poterit vti cōmodo dilationis concessæ postea aduersario, vt l. petendæ. C. de tempo. in inte. resti. qd̄ verbū not. Et aduerte, quia iste, qui vtitur testib. aduersarij: non poterit postea obijcere cōtra personas ipsorum. quod est verū, nisi ex vi protestationis, vt. j̄. c. præsentiū. an aūt talib. attestationibus publicatis, liceat alios producere. dic, ꝙ vbi de toto negotio, vel simpliciter iurauit post publicationem super eo, de quo deposuit, testes produci non poterunt. super his verò, super quib. non est depositū, hoc licebit, ar. C. de transac. l. pe. & C. de iudi. l. licèt. ꝙ si super vno capitulo tm̄ iurauit, & testifica-
7 tur. de alio non prodest, nec nocet. ¶ Sextò no. † ꝙ si est facta sufficiens testium productio, nō sunt alij recipiendi. & hoc verum, ēt ante publicationē. qua autē cautela iudex vti dēat in repulsione istorum, ne videatur reuelare dicta testium. vide in Spe. eo. ti. §. restat de numero. ver. hic ēt. & j̄. eo. c. significauerunt. per Io. An. ¶ Vltimò no. ꝙ ante apertas attestationes pōt probari exceptio peremptoria, & etiam post, vt in glo. & in Spe. e. ti. §. qualiter. ver. sed opponitur. & de exceptio. §. dicto. ver. sed nunquid attestationibus.

ADDITIO.

a ¶ Licèt postea iuret. vide quęstionē ista latè per Io. de Tur. cre. in c. iusiurandum. 4. q. 4.

SVMMAE.

1 *Ius conferendi beneficia potest spectare ad aliquem duplici iure.*

2 *Attestationes non publicatæ, non sunt ad petitionem tertij publicandæ.*

3 *Attestationes si reperiuntur apud aliquem, non potest ille alios testes producere, nisi sint clausæ.*

4 *Testibus non publicatis, potest tertius examinationem ipsorū iteratò petere.*

COnstitutus. Publicatio attestationum non fit ad petitionem tertij. & pars, apud quam depositæ sunt attestationes, non potest vlterius testes producere. h. d. prima pars narrat processum. secunda interloquitur, & interloquendo committit, ibi [nos autem.] ¶ Primò no. ibi [cum auctoritate.] &c.
1 † quòd quandoque duplici iure potest spectare ad aliquem ius conferendi beneficia, scilicet ex priuilegio, & ex iure cōmuni. & sic plures tituli concurrunt. secus est, cum agitur de beneficio in titulum. nam tunc non potest quis vti duplici iure, vt infra de elect. cap. vt quis duas. lib. 6. ¶ Secundò not.
2 in versi. inter alia. † quòd attestationes non publicatæ non sunt ad petitionem tertij publicandæ: videbatur, quòd sic, quasi processus factus inter R. & archi. deberet prodesse H. qui prætendebat ad archi. titulum. & istam credo fuisse causam petitionis H. huiusmodi publicationis. ¶ Tertiò not.
3 † quòd ille, penes quem reperiuntur attestationes, non potest alios testes producere, quia præsumitur didicisse, & percunctasse testificata. quod est verum, nisi attestationes clausæ, & sigillatæ apud ipsum fuissent depositæ. & sic eas restitueret, secundùm Hostien. ¶ Et nota singulariter istum articulum. nam sæpè accidit, secundum Ioan. And. ꝙ attestationes apud ambas partes, quæ melius ipsas custodiant, deponun-
4 tur. ¶ Vltimò not. † ꝙ testibus non publicatis, potest tertius examinationem ipsorum iteratò petere. esset autem hoc in-

inuestigandum,quo iure causa non finita cum archiepiscopo potuerit iste H.nouam litem mouere contra R. nam lite pendente cum auctore suo,non videtur hoc posse,cum illius litis euentus præbeat suæ causæ principiū,aut finem. Cogita.

S V M M AE.

1 *Attestationibus publicatis,potest obijci in personam testium præmisso iuramento de calumnia.& nu.2.*
3 *Negatiua potest probari per iuramentum.*
4 *Protestans ante depositionem testium admittitur ad reprobandū eorum personas sine iuramento.& nu.6.*
5 *Iuramentum malitiæ præstatur in causis,vbi non lucratur de calumnia.*
7 *Protestans an possit à protestatione recedere.& pœnitere.*

PRæsentium. Publicatis attestationibus, nō opponitur in personas testium.h.d.primò ponit constitutionem. Secūdò excipit duos casus.Tertiò determinat quandam dubiam qōnē,
1 quæ dependet ex præmissis.¶Primò no.† ꝙ attestationibus publicatis,licitum est obijcere in personam testiū, præmisso iurō de malitia.contra istam verò vsque ad causæ conclusionem pōt obijci.ꝭ.de fide instru.c.cum dilectus.¶Secūdò col
2 ligitur,† ꝙ ante publicationē attestationum pōt obijci in per
3 sonas testium.quod dic, vt.ꝭ.c.pñtiū.li.6.¶Tertiò no.† ꝙ negatiuè probatur per iuramentum:quia præstatur ad purgationem conscientiæ:quæ aliter probari non potest, fm gl. quam no.& Insti.de ac.§.aliæ aūt.& ꝭ.vbi etiam de hoc. ¶Quartò
4 collige,† ꝙ si ante fuerit protestatus,admittitur sine iuramento ad reprobandum personas testiū.hoc verum, nisi vellet reprobare testes inductos super reprobatione ipsorum:quia tunc præcisè iurare tenetur,quasi tunc in eo maior malitia ꝑsumatur.ꝭ.eo.c.præsentium.li.6.¶Quintò no. ꝙ sufficit pro testatio generalis.s.dicere,saluo iure opponendi,siue obijciēdi contra personas,aut dicta testiū.& sic seruatur fm Io.An. Ille autem,qui produxit, non potest dicere contra personas ipsorum,vt in glo.etiam si non sit vsus dicto suo,vt in Spe. e. ti.§.sæpe testis.ver.sed quid si eum.& quod no.Cy.in l.si quis
5 testibus.C.e.ti.¶Sextò no.† ꝙ præstatur in causa iuramentū malitiæ.quod gl.intelligit in causis,vbi de calumnia non iuratur: sed vbi iuratur,hoc non requiritur,fm glo.Io.An.contra
6 in c.2.in fi.de iura.calum.lib.6.¶Septimò no.† ꝙ qui protestatur,ꝙ vult obijcere contra testes,non creditur de facili, si aliquid deposuit in fauorem eius.contra quod gl.opponit,& multipliciter soluit.primò,ꝙ non credatur,si persistit: secus si destitit à protestatione.vel non credatur, nisi pro se vtatur dicto,& testimonio eius:vel non credatur,inspecta qualitate opponentis,& testis.vel potest intelligi, non credatur, si aduersarius,qui produxit,non vult vti pro se depositionibus ipsorum testium.nam si nollet,cogeretur etiam recipere con-
7 tra se.3.q.8.c.hoc ius in agendo.¶Quærit Inno.† an iste, ꝗ protestatus est,possit ab illa protestatione recedere, & pœnitere.dic,ꝙ quandoque recedit tacitè:quandoque expressè.tacitè,quando excipiens petit testem interrogari super suis capitulis.ad hoc.4.q.3.c.si quis testibus.expressè autem,an possit à dicta protestatione recedere, & vsque ad quod tempus. dicunt quidam,ꝙ potest desistere, donec produceret testes ad illos reprobandos.postea uerò non.Idem quando se obtulit probaturum. Idem etiam, si inter aduersarios,vt desistat propter expensas,nisi ipsas prius restituat. ¶In istis enim casibus est aduersario ius quæsitum.An autem ad petitionē ꝓtestantis sint testes interrogandi, inuito producente. dicit ꝙ sic,ad præsumptionem, non ad plenam probationem. Resp. autem,an liceat protestanti facere.dicit,quòd sic,ad conuincendas.37.distin.c.si quid veri.Si autem pro se,& iure suo ex dictis illorum probationem faciat. dicunt quidam,ꝙ potest: videtur tamē illo casu recedere à protestatione.quod dic, vt hic latius in nouella &c.

S V M M AE.

1 *Testes à diuersis producti deponentes contraria,si sint æqualis honestatis,statur maiori numero.*
2 *Iudex non debet tantum ponderare multitudinem testium,quàm qualitatem.*
3 *Iudex non debet applicare motum animi sui tantùm ad vnam speciē probationis:sed ad diuersas,& varias coniecturas.*

1 IN nostra. † Si testes de diuersis producti deponentes contra.sint æqualis honestatis,statur maiori numero.alias ꝑualere poterit pau
2 corum auctoritas.h.d.& præmittit factū,& diffinitionis causam.Secunda ibi[mandamus.]mandatum bimembre. secun
2 da ibi[si verò.]¶Primò no.† ꝙ iudex non debet tantum pōderare multitudinem, quàm testium qualitatem. Quid si ex vna parte est maxima multitudo:sed vilis.ex altera parte sūt pauci:sed magnæ auctoritatis. dic vt in glo. quam approbat Io.An.qui dicit tunc standum esse dicto paucorum,etiā mil
3 le ribaldis deponentibus contrarium. ¶Secundò not.ꝙ non ad vnam speciem probationis:sed ad diuersas,& varias coniecturas iudex debet applicare animi sui motum.ꝭ.de renuncia.c.in præsentia.de quæstionē gl. cum duo petunt eandem sponsam,& æqualiter probant,cui adiudicetur . dic, vt ꝭ. de spon.duo.super rub.per Host.& ibi dixi.& no. singulariter finem gl.ꝙ testes inducti ad probandum articulum directò cōtrarium,debent esse plures,& meliores.& ceteris paribus staretur prioribus:quia maior est præsumptio contra secūdos, quàm primos.quod tene menti.facit qđ no.Vin.ꝭ.eo.c. ex tenore.Et de materia huius gl.mag.no.4.q.3.c.si testes.§. post quam.per totum.§.& C.de fide instru.l.scriptura.

ADDITIO.

2 ¶Maiori numero.Quid autem si ex vna parte sunt plures,ex alia digniores:ita ꝙ dignitas possit numero adęquari.& econtrario,quid tunc faciet iudex.uo.Io.de Tur.cre.in c.si testes.4.q.3.

S V M M AE.

1 *Laici,& fœminæ admittuntur ad probanda impedimenta electi.*
2 *Crimen cum infamia potest obijci contra petentem confirmationem.*
3 *Testis deponens de auditu auditus non probat.*
4 *Testes possunt produci post publicatas attestationes super articulis penitus diuersis.*
5 *Sententia excōicationis potest ferri contra impedientes testes.*
6 *Purgans se,si deficit in probando,qualiter puniatur.*
7 *Electio & confirmatio si irritatur,ius prouidēdi spectat ad Papam.*
8 *Personæ,quæ veniunt in causa à latere, si deprehendantur in crimine commisso in causa,puniuntur sine alio processu.*
9 *Falsans literas Capituli,qua pœna puniatur.*

1 TAm literis † Ad probanda impedimenta electi,laici,& fœminæ admittuntur.hoc dicit.& tria facit. primò ponit , quòd probauerunt testes contra electum. secunda ibi[quia verò] prosequitur articulum bigamiæ,mandans super eo laicos,& fœminas recipi impedientes excommunicari, ea non probata purgatione iudici:& ea præstita,ad recipiendum consecrationem terminum assignari.Bigamia verò probata:vel purgatione non præstita,mandat illum amoueri . & per Capitulum alium eligi.tertia ibi[archipresbyteri,& sacristæ.]¶Pri
2 mò no.† quòd contra petentem confirmationem potest obijci crimen cum infamia.ꝭ.de appel. c. dilectis.& de accusa.c.
3 accedens. ¶ Secundò not. † quòd testis deponens de auditu non probat. quod est verum de auditu auditus.

Si enim

Si enim de auditu illius, qui accusatur (quia publicè gloriatur) tunc sufficeret.j̃.de exces.plato.c.quã sit graue.¶ Tertiò no.ꝙ non sufficit ad condemnationem, sed bene sufficit ad purgationem & ideo.j̃.dicit purgationem.¶ Quartò no.
4 in ver.quia verò.† quòd post publicatas attestationes super alijs articulis penitus diuersis,possunt testes produci.arg.supra e.c.causam.Et idem si est petitio generalis,vel vniuersalis:quia publicatis attestationibus super uno capitulo, super alio admittuntur testes.Nam(quod plus est) petens,& probans etiã post sententiã audiretur.C.de iudicijs.l.2.Et idẽ in singulari actione:dummodo articuli sint diuersi.s̃. e.c.causam quæ. Et aduerte quia ad probandum istum articulũ fuerunt admissi isti canonici post peremptorium: quia fuerunt impediti producere testes,propter frustratoriam appellationem electi super irregularitate,secundùm Inno. & Hostien. ¶ Quintò no. ꝙ ad probandum irregularitatem electi aliàs prohibiti testificari contra clericos admittuntur:vt fœminę,
5 & laici.de quo.s̃.e.c.quoniã.& c.de cetero. ¶ Sextò no.† ꝙ potest ferri sententia excommunicationis contra impedientes testes : & sit sententia generalis quicunque impediuerit, sit excommunicatus,vt s̃.de offi.dele.c.1.per Inno.& in c.fi. de constitu.lib.6.¶ Septimò no. numerum compurgatorũ. & nisi fuisset expressus,fuisset arbitrarius.j̃. de simo. c. insinuante.& debent isti esse bonæ famæ.quod præsumitur.j̃.de sen.excom.c.1.& ꝙ habeant notam conditionem illius,quẽ purgare debent.j̃.de purg.ca.c.constitutus. ¶ Octauò no.
6 † pœnam illius,qui purgari mandatur,si deficit in probãdo. ¶ Nonò no.† ꝙ electione,& confirmatione cassata, mãdat Papa Capitulo,quòd auctoritate sua nouam electionem de-
7 beat celebrare.& sic collige,† ꝙ si electio,& confirmatio irritatur,ius prouidendi spectat ad Papam.& hoc fortè, quia elegit scienter indignum.vnde priuati erant potestate eligendi,vt in c.quicquid.j̃.de electio lib.6.¶ Decimò no.in ver.
8 quia verò. † ꝙ si personæ,quæ veniũt in causa à latere deprehendãtur in crimine commisso in causa, puniũtur sine alio processu.nam crimina vndecunque &c.24.q.3.c.ecce. concor.j̃.de iureiuran.c.vlti.lib.6.& dixi.de dolo.& contu.c.veritatis.¶ Vndecimò no. quòd ad probandum contra instrumentum cõfectum in Capitulo sufficit probare maiorẽ partem non fuisse consciã huiusmodi literarũ . sed s̃. de proba. c.tertio loco.aliter deponit.dic vt ibi &c.¶ Duodecimò no.
9 † pœnam falsantis literas Capituli. quia suspenditur à beneficio,& officio.punitur ergo clericus pro crimine.81.dist.c. eas.sed non pro infamia.2.q.5.c.presbyter.nisi crimen esset enorme.j̃.de pur.ca.c.inter.¶ Opponitur.dicitur hic, quòd testimonium de fama cum auditu non sufficit contra.§. præterea.s̃.e.So.vt in glo.Ioan.An.remittit ad no.per Host.s̃.de consue.c.2.& j̃.eo.c.cum causam.Gof.dicit,ꝙ fama cũ vno teste.& alijs argumentis fidei.4.q.3.c.sæpe. & de præsump. c.illud.Et aduerte,dicit Ioan.An.ꝙ fama debet probari per duos testes.similiter dico de iudiciis, & præsumptionibus,q̃ resultant ex aliquo facto.de quo est glo.no.in l. fi. fami. erc. ¶ Vltimò no glo.ꝙ in causa criminali ciuiliter mota licèt actor habeat præsumptionem pro se:non tamen defertur sibi iuramentum in defectum plenæ probationis. sicut solet deferri in causa ciuili,iuxta no.in c.fi.j̃.de iureiur.ita dicit glo. quæ incipit.no.quam tene menti.

S V M M AE.

1 *Testes in causa liberali possunt recipi etiam lite non contestata.*
2 *Super statu ecclesiæ potest agere vnus de ecclesia.*
3 *Principalis primo citandus est,si non reperitur eius procurator.*
4 *Procuratorem debet mittere, qui non potest securè comparere coram iudice.*
5 *Iudex debet locum tutum partibus assignare:aliàs citatio est ipso iure nulla.*
6 *Litem si aliquis non vult contestari,qualiter contra eum procedatur.*
7 *Iudex debet statuere terminũ peremptoriũ ad sententiam audiendã.*
8 *Agens nomine ecclesiæ in casibus sibi præmissis:an possit reconueniri:vel teneatur satisdare.*
9 *Casus in isto Capitulo quomodo formetur.*

1 GVn.olim. † In casu liberali etiam lite nõ contest.testes recipi possunt.h.d.prima pars decisè narrat factum.secunda ibi [mandamus.] q. iudices,quibus cõmittit receptionem testium.& prouidet quod per eos agendum , reo con-
2 tumace.ibi[verùm.] ¶ Primò no. ꝙ super statu.ecclesię potest agere vnus de ecclesia. vt egit iste archi.& gratia exẽpli (vt puto) loquitur hic de archi.nam idem dico de ceteris clericis eiusdem ecclesiæ, quod patet in c. cùm olim presbyterorũ. j̃.de reb.ec.non ali. vbi puniuntur illi de Capitulo , qui non contradicunt his,qui malè in Capitulo vident. administrare.quod dic plenè per Inno. vt in c.cum in cunctis. de his, quæ fiunt à ma.par.ca.ad hoc optimè.l.quoniam iud. C.
3 de appel.¶ Secundò no.† quòd primò citandus est principalis,&si non potest comparere,procurator ipsius.prima ergo citatio in cã nõ videtur,ꝙ possit fundari in personã procuratoris,nisi in defectu domini principalis.facit quod not. in l. 1.ff.de li.ag.& l.4.de dã.infe.Et aduerte, quia innuit iste
4 text.† ꝙ si quis non potest securè coram iudice comparere: debet mittere procuratorem. quod in exule verum est, vt l. Pap.ff. de mino. in expulso non ratione partialitatis, qui ciuitatem intrare non audet: an teneatur se defendere p procuratorem,ar.ꝙ non.de re iudi.c.pastoralis.in cle.& in c.statutum.quod no.Innoc.in simili.s̃. de elec.c.bonæ fidei.& de
5 no.op.nun.¶.Tertiò no.† ꝙ iudex debet locum tutum partibus assignare:aliàs citatio esset ipso iure nulla,vt in d. c.pastoralis.& in c.ex parte.de appel.& s̃.vt lite non contesta.c. accedens.¶ Quartò no.ꝙ testes de diuersis prouinciis quandoque producuntur. quãdoque tamen iudex committit examinationem ad partes,vt j̃.de procur.c.constitutis.& l.3.in fi.ff.de testi.de quo in Spe.eo.tit.§. nũc tractandũ. post prin.
6 ¶ Quintò not. † quid iuris contra eum , qui non vult litem contestari:quia proceditur ad sententiam , quod est spãle in hoc casu, vt j̃. dicam. in aliis verò causis, si quis non vult litẽ contestari,& est absens,vel præsens,quomodo procedatur.dic vt s̃.vt lite non contest.c.quoniã frequẽter.§.in aliis. Si verò esset præsens, & ad mandatum iudicis nollet litẽ contestari.dic vt l.consentaneũ.& Auth.qui semel.C.qũo, & qũ
7 iudex. ¶ Sextò no. † ꝙ ad sententiã audiendã debet iudex statuere terminum peremptorium.de quo dic,vt s̃.de offic. deleg.c.consuluit.& c.eũ qui.de dolo,& cõtu.li. 6. & in Spe. de cita.§.viso.versi.item licèt.¶ Oppo.dicitur hic,quòd iste archidiaconus agebat de statu ecclesiæ Men.cõtra & arguo ad diuisionem.nã aut vacabat ista ecclesia.& nõ poterat agere [quia sede vacan.] &c.vt j̃. ne se. vacan. c. 1. & per totũ aut non vacabat:& debuit agere episcopus.de rescrip.c.edoceri.nisi archi. ostenderet sufficiens mandatum, iuxta formam Dccre. 1.s̃.de procu.In isto autẽ c. nihil dicitur de mãdato archi. ergo nullo iure videtur, ꝙ potuerit agere. cuius contrarium hic dicitur. ergo malè.So. dic, ꝙ si vacabat ecclesia,non poterat agere,vt in contrario.si autem non vacabat:poterat agere in certis casib. puta si episcopus erat negligens:quia monitus ab archi.agere non curabat: vel aliter constabat de eius negligentia,vt s̃.de sup.negli.præla.& c.1. vnde nõ solũ archi.sed quilibet alius agere potuisset. ¶ Quãdoque in his,q̃ publici iuris sunt, admittũtur aliqui ad agendum ordine successiuo,vt patet in l.j.in fin. & l.si extraneus. ff.de adul.cum simi.vel dic,dicit gl. spãle est ĩ cã status:vt qlibet admittãt,ẽt alijs cõtradicẽtibus,vt l. 1.2. & 3.ff.de lĩ.cã. Quo autem iure admittatur iste arch.isto casu,dic, quòd tãquã cõiuncta persona.& vt verus administrator , sicut pater pro filio,vt l.cum nõ solum.& l.cũ oportet.C. de bo.quæ li.

& l.sed hæ.ff.de procu.Et aduertendum,quia illud,quod dicitur de archi.esset dicendum de quolibet clerico ipsius ecclesiæ:vt scilicet agere posset in casu, quo episcopus esset negligens.& dixi.s̃.& si plures concurrerent ad agendum, iudex eligeret idoneiorem,vt l.2.& 3.ff.de popu.actio.Et vno agente,& reportante sententiam contra se:alius non posset agere:nisi de collusione prioris doceret: vel illum agere ignorasset,vt infra de accusatio.c.de his.& de collu.dete.c. 1. & hoc est verum,ꝙ alius agere non possit nisi in dictis casibus, quando vellet agere nomine ecclesiæ secus si pro singulari, & pro proprio interesse:quia tunc sententia lata cum eo,qui nomine ecclesiæ egit,sibi non præiudicet.ff.de excep.rei iudi.l. cũ ...ll.se. In casu tamen huius c.& alijs,vbi quæritur.cum duab... admittitur ad agendum.dicit Ioa.An.tutũ vnus de Capitu... ...iare Capitulo:ne postea veniens, & allegans esse hoc den... ignorant...,vel præuaricationem litem sopitam valeat suscitar... dicit tex.in fim li.s̃.de iudi.in c.causam quæ.¶Sed ...cidenter quæritur.† Vtrùm iste,qui agit nomine eccle-

3 siæ,episcopo negligente:vel in casibus aliàs permissis:si recõueniatur, possit reconueniri: vel satisdare teneatur. tenet Io. An.ꝙ non.cum agat inuitis socijs,& patiatur pœnam qñq; si non agit.de elec.c.generali.lib.6.& de rebus ec. non ali. c. hac consultissima.e.li.pro hoc facit in Auth.de san.episc.§. reuerendissimum.& l.2.§.sed si agant.ff.de iudi.& hoc no.Spe. in ti.de reconuen.§.2.ver.penul.siue si.imò plus,ꝙ talis agẽs poterit constituere procuratorem ante lit.conte. cum censeatur administrator legitimus:sicut posset prælatus nomine ecclesiæ,& pater nomine filij,vt s̃.de iura. calum. c. cum causam.& C.de bo.ma.l.1.& hoc no.Spe.i ti.de procur.§. 2.ver. quid si canonicus.¶Secundò op.dicitur hic,ꝙ iste archi.constituit procuratorem ante lit.conte.contra de.l.neq; tutores. C.de procu.Sol.vt.s̃.dixi,iste in hoc casu dicitur procurator legitimus,seu administrator, non habens mandatum ab ho-

2 mine:sed à iure.ideo potest constituere procuratorem,[a]vt in d.c.cum causam.de iura. cal. ¶Tertiò oppo.hic apparet,ꝙ non erat lis conte.ergo non poterat ferri diffinitiua sentẽtia. Item videtur, ꝙ non potuerint examinari testes, vt. s̃.vt lite non contes.c.quoniam frequenter.in prin. contrarium cuius dicitur in hoc.c.¶Sol.gl. soluit istud contrarium duob. modis.primo, ꝙ spãle est hic fauore libertatis: sicut in electione prælati,& matrimonio carnali,vt d.c. quoniam. §. porro. Et istam tenet Tanc.Gof.& Ho.qui dicit etiam speciale fauore animarum.Alij intelligunt, ꝙ loquatur de sententia interlocutoria.Et istam reprobant glo.finaliter.Inn.aũt dicit, quòd hic iudex agebat in modum inquisitionis.¶ Sed tunc obstat reg.quæ dicit[valeat repellere ab agendo.]&c.Itẽ Papa mandat litem contestari, si compareat. & hæc omnia non requiruntur in processu inquisitionis.Sol.dicit Inno.quòd istud est verum,quando inquisitio non fit ad promotionem alicuius: aliàs ista requiruntur;quia est reperire hoc casu actorem, &

4 reum,vt hic latius per eum. ¶ Vltimò quæro† quomodo formetur casus in isto c.Io.An.super prima gl.format duob.modis.& primò,quòd vacante ecclesia Men.archiepiscopus Cãtuarien.volebat concedere beneficia spectantia ad collationem dicti episcopi Men.& præsentatos inuestire, & custodiã vacantium ecclesiarum habere,sicut erat moris in partibus illis.archidiaconus opposuit se,dicens illam ecclesiam per se metropolitanam,ut dicit gl. Item quòd dicta ecclesia erat libera a dicta seruitute.& quòd ipse archi. vsus erat hoc iure ab antiquo.s.se.va.quæritur quare non ad archiepiscopũ:sed ad ipsum spectabant prædicta.& isto modo legendo,Dec.est plana.vel potest esse,quòd prædictus arch. dicebat omnia iura ad se spectare,vacante ecclesia.archiepiscopus dicebat cõtrariũ.& ita omnia sunt plana.¶Sed ex notatis in prima oppositione innuitur,quòd hic archi.egit,etiam non vacante ecclesia,propter negligentiam episcopi:vel propter fauorem libertatis ecclesiæ,vt dixi latius in dicta oppo.

ADDITIO

a ¶Constituere procuratorem.Adde tex.in Auth.de san.epi.ver.si qñ.glo. & Bar.in l.2.in prin.ff.de procu.tex.in cle.si.eo.tit.& ibi Car.in prin. 1. opp.Spec.de procu.ver.pater nõ põt.Bar.in l.neque.C.de procu.

SVMMAE.

1 *Carnalis copula si sequitur promissionem de matrimonio contrahendo,matrimonium est perfectum.*

2 *Obijciens exceptionem simpliciter,videtur confiteri intentionem aduersarij.*

3 *Allegans turpitudinem suam aliquando auditur.*

4 *Dicens matrimonium nullum (quia cum alia contraxit) astringitur probare prioritatem temporis.*

5 *Testis si deponit de tempore:an possint fieri articuli directò contrarij de alio tempore.*

6 *Testes si probant me certo loco,& tempore contraxisse,possum probare me illo tempore alibi fuisse.*

7 *Testis debet interrogari de tempore.*

8 *Falsitas testium,publicatis attestationibus potest indirectè probari:nõ autem directè.*

9 *Testi astruẽti negatiuã,quæ omnino cadit in eius sensu, an credatur.*

EX tenore. Publicatis attestationibus falsitas priorũ testiũ potest indirectè probari.h. d.Et sunt duæ partes.in prima iudicis consultatio.in secunda Papæ rñsio.ibi [inquisitioni.] Prima continet iudicum delegationem:causæ delegationem:mulieris petitionem:uiri negationem & exceptionem: mulieris re-

1 plicationem:& viri triplicationem : & iudicum dubitationẽ. ¶Primò no.† quòd si carnalis copula subsequitur promissionẽ de matrimonio contrahendo,matrimoniũ est perfectum: quia carnalis copula facit,vt sponsalia de futuro transeant in

2 matrimoniũ de pñti,vt.j̃.de spõ.c.is qui fidẽ. ¶ Scdò potest hic colligi ar.† quòd p obiectũ exceptionis simpliciter vr̃ qs intentionem aduersarij confiteri.quod dic, vt infra de exceptioni.cap.cum venerabilis.& in reg. exceptionem obijciens.

3 per Dy.¶Tertiò no.† ꝙ auditur quis allegans turpitudinem suam.de quo in gl.cui adde,prout no.pro & contra in l.transactionem.ff.de leg. 1.¶Quartò no. † ꝙ ille,qui dicit matri-

4 moniũ non tenere(quia prius cum alia contraxit)astringitur probare prioritatem tpis,vt fecit iste miles. A contrario ergo sequitur,quòd si ꝓbasset se simpliciter cõtraxisse cũ alia: sed non prius, potuisset petere ferri sñiam ꝓ se.de qua qõne dic per Ho.j̃.de spon.duorũ.in rub.& s̃.c.in nostra.facit l.nõ

5 solũ.§. sed vt ꝓbari.ff.de no.op.nũ.p Bar.¶Quintò no. † ꝙ cum testis deponit de tpe,pñt fieri articuli directò contrarij de alio tpe,ẽt post publicatas attestationes.quod verũ est,sm̃ Inn.qñ tps nõ fuit deductũ in articulis:sed à seipsis,vel ad interrogationem iudicis testes deposuerunt:secus si in articulis deductũ fuisset,sm̃ Inn.quod bene no. Nam si testis deponit aliquid à seipso,quod facit ad casum(non tñ articulatum ab aduersario)poterit ille(contra quem productus est)alios testes producere sup eo,quod deposuit: licèt sint attestationes publicatæ.Ratio est.quia non potuit illo casu esse præuisus:sicut quando expresse articuli facti sunt.quod tene mẽti.¶Sex-

6 tò no.† quòd qñ testes probant me certo loco,& tẽpore contraxisse,possum probare me illo tpe alibi fuisse. & hoc facit ad dicta testium,qui excusant reũ, dicentes fuisse cũ eo tota illa die:qua dicitur maleficiũ fecisse:vel toto tali mense, quo dicitur Senis homicidiũ commisisse,fuisse Florẽtiæ.ad hoc.n. vt testes concludant,debent deponere,quòd viderũt ipsũ ita continuè:quòd nõ potuisset ire,& redire.& de hoc no.81.di. c.clerici.& in Auth.de her.& fal.§.si verò absunt.¶Et aduerte,qa ista dña volebat ꝓbare p testes,quòd ille miles semper steterat in Eboracẽsi ꝓuincia. & sic cũ testis debeat deponere isto casu de visu.si dixerit, ꝙ semp vidit toto illo mẽse, fa-

cie

cit fidē: nec testimoniū eius ē suspectū, ex eo ꝙ tpe, quo dor
miebat, videre nō poterat. ista. n. dictio, semp, in teste est in-
telligēda ciuiliter, nō cauillosè. ꝑ hoc gl. no. de cōse. dist. 5. c.
sint tibi. & ꝑ Bar. ff. sol. ma. l. 1. facit qd no. Archi. in c. licèt.
can. de elec. lib. 11. & ꝑ Io. An. in c. si postquā. eo. ti. & in c. fi.
7 de ver. sig. eo. li. ¶ Septimò no. † ꝙ testis dēt interrogari de
tpe. & qn̄ prioritas tpis est de substantia actus: tūc dēt limi-
tatè probari, vt hic. & in d. §. sed & ꝓbari. per Bar. si testis tñ
dicat se nō recordari de tpe: nihilominus valet eius testimo-
niū: nisi sit de substantia actus, vt hic erat. & idē in similibus.
dicit tñ Host. præsumendū est contra testes, qn̄ oēs sic respō
dent, & dicunt sic præmeditatum sermonem, se non recorda
ri de tempore. ff. eo. l. 3. & dicit hoc arbitrarium, debeat cre
8 dere, vel non, vt s̄. c. præterea. ¶ Octauò no. † ꝙ falsitas te-
stium, publicatis attestationibus, pōt indirectè probari. di-
rectè autem non possit. Sed quidam dicunt, vt Vin. quòd
nec indirectè. de quo in Specu. eo. §. sæpe testes. ver. porro.
in fi. in additionibus. Et vide bonam gloss. s̄. c. in nostra. in
fin. magnæ glo. ¶ Nonò collige in ver. verùm. quòd mu-
a lier ista volebat probare negatiuam, a quòd iste miles cum
alia non contraxit. & probat per indirectum. & de ista ne-
gatiua qualiter sit probabilis, not. Archi. 8. q. 3. c. Artal-
9 dus. & 20. q. 1. c. paratis. † Testi autem astruenti negati-
uam, quæ omnino cadit in eius sensu, nō creditur, vt s̄. de
cau. poss. c. cum ecclesia. quod est verum, si expressè: secus si
tacitè, vt no. Inn. s̄. de proba. c. licèt causam. & quod no. Cyn.
ea. l. actor. ¶ Vltimò Io. An. super glo. 2. instruit respondcn-
tem, cum debet respondere petitioni aduersarij, & facti nar-
ratio est vera: sed petitio est iniusta (quia fortè soluit, & pro-
bare non pōt.) quomodo tūc respondebit: ne videatur fateri
intentionem aduersarij? cautelam docet istud. c. in prin. c.
miles. & in c. exceptionem obijciens. de reg. iur. lib. 6. ꝑ Dy.
& vide quod no. de iura. calum. c. cum causam. in prima glo.
& hic in nouella.

ADDITIO.

a ¶ Probare negatiuam. Negatiua coarctata loco, & tempore potest pro
bari, & per visum. Bar. in l. 1. C. de cano. fru. vr. Rom. Bar. & Doct. in l.
in illa. & in l. hoc iure. C. de ver. obli. Bal. in l. 1. C. de secundùm tabu.
Ang. in §. hinc nobis. in Auth. de here. & fal. Bar. in l. hæredes palam. in
prin. ff. de testa. Bar. & Bal in l. actor. C. de proba. Alex. cons. 42. 4. volu.

SVMMAE.

1 *Quarta dilatio petita cum solemnitate legali si denegatur, poterit ap pellari. & nu. 7.*
2 *Petitorium, & possessorium reperiuntur in beneficijs.*
3 *Petitorium, & possessorium si competit alicui: potest eligere, quod primò intentet: præualet tamen possessorium intentare.*
4 *Interdictum vnde vi. transit in successorem.*
5 *Interdictum vnde vi. potest transire in alium ex cessione.*
6 *Testes possunt produci ab vtraque parte in interdicto vnde vi.*
8 *Appellari potest à sententia interlocutoria lata super aliquo articulo iudicij possessorij. & nu. 9.*
10 *Sententia interlocutoria potest iustificari ex causa non expressa in actis.*
11 *Petens quartam dilationem, si non probat, debet condemnari in expensis.*
12 *Litigator si petit quartam productionem cum solemnitate legali, & iudex ipsam denegat: an eo ipso appellatio sit iusta, quòd iudex causam non assignauerit.*
13 *Quarta dilatio si ita petita fuerit. petimus quartam dilationem cum solemnitate legali. & si illam negauerit, appellamus ad Papam: an talis appellatio impediat effectum interlocutoriæ postmodum secutæ.*
14 *Iudex, qui grauauit me per suam interlocutoriam: si postea assignauit mihi terminum ad aliquem articulum expediendum: & ego accepto dilationem: an potero postea appellare.*

1 SIgnificauerunt. † Si sine causa dene-
gatur quarta dilatio
petita cum solēnitate legali, poterit appellari. h. d. Et
sunt duæ partes principales. in prima appellantis decisa nar-
ratio. In secunda appellationis commissio. ibi [mandamus.]
¶ Primò no. ꝙ Papa committit causam possessionis, & pro-
prietatis eisdem iudicibus. & rectè; quia non debent diuidi,
vt in c. 1. de causa pos. & l. nulli. C. de iudi. & in c. 1. de sequest.
pos. ¶ Et aduerte ꝙ hic agebatur de re spirituali, scilicet de
2 prioratu. & sic collige, † quòd in beneficiis est reperire peti-
torium, & possessorium. apud quem autem dicatur consiste-
re dicta proprietas, & possessio: an penes prælatū. dic, vt not.
3 Inno. s̄. de causa pos. c. cum super. ¶ Secundò not. † ꝙ ille, cui
competit petitorium, & possessoriū, potest eligere, quod pri-
mò intentet. & quod plus est, quod prius intentauit, potest su
spendere, & alterum prosequi, vt hic. & s̄. de causa pos. c. pa-
storalis. consultè tamen facit, cui vtrunq; competit, prius pos
sessorium intentare. quia facilius probatur possessio, q̄ domi
nium. & istud est cōsilium Iurisconsulti, vt l. is qui destinauit.
4 ff. de rei ven. ¶ Tertiò not. in versi. † vnde. quòd interdictum
vnde vi. transit in successorem. Et aduerte, quia de successore
vniuersali non est dubium, quòd competit sibi interdictum:
quod competebat defuncto, vt l. 1. §. hoc interdictum & hæ-
re. ff. de vi. & vi. ar. de tali tamen successione hæreditaria non
loquitur iste tex. quia cessat in ecclesiis, vt in c. apostolica. 8.
q. 1. Oportet ergo intelligi, ꝙ ex permutatione, vel alio iu-
5 sto titulo deuenit ad istos iste prioratus. ex quo collige, † ꝙ
ex cessione potest transire in aliū interdictum vnde vi. de in-
terdicto vti pos. quòd possit cedi, videtur glo. in l. 1. §. idem
Nerua. ff. ne quis in loco publico. sed de interdicto vnde vi.
non habeo modò tex. vel glo. nisi istum. & rationem, quòd q̄
sunt transibilia ad hæredes, sunt cessionabilia, vt l. ex pluri-
bus. ff. de admi. tuto. ius autem recuperandi possessionem ꝓ-
pria auctoritate an possit cedi. glo. notabilis dicit, quòd sic.
in l. cum fundum. § ex interuallo. ff. de vi, & vi ar. & hoc ver.
quomodo succederent istę moniales. ponderauerat Hostiē.
minus subtiliter quò ad tex. sed satis bene quò ad res ꝓpha-
6 nas. ¶ Quartò not. † ꝙ in interdicto vnde vi. possunt testes ab
vtraq; parte produci. & ab eo, qui agit, certū est, quia debet
probare possessionem, & spoliationem, vt sup. de officio de-
lega. c. cōsultationibus. & in c. ex parte. de resti. spolia. Ille au
tem, qui conuenitur (vt erant hic monachi) potest probare,
quomodo possidebat tēpore, quo deiecit, vt in cap. olim. s̄.
de restitu. spo. vel quòd moniales expulsæ: vel quòd fautores
earū possidebant ab eis vi, clam, vel precariò: ideò interdi-
ctum non poterant intentare, vt in c. cum venissent. s̄. de re-
sti. spolia. & l. 1. in fi. cum l. seq. ff. vti possidetis. ¶ Quintò no.
7 † quòd quarta productio debet dari cum iuris solēnitate. de
qua no. supra eo. c. in causis. An autem hæc solemnitas seruā-
da sit in successore, si prædecessor fecit tres ꝓductiones. dic
8 in Spe. e. ti. §. qualiter. ver. sed pone. ¶ Sextò no. † quòd à sen
tentia interlocutoria lata super aliquo articulo iudicij posses
sorij appellatur. de iure ciuili maius esset dubium. cum enim
appellari non possit à sententia lata super ipso possessorio,
iuxta not. in l. 1. C. si de momē. pos. videretur, quòd nec à gra
uamine illato in processu eiusdem iudicij: sed de iure cano-
nico non videtur dubium; quia à sententia lata super posses-
sorio, & à quolibet grauamine appellari potest, vt infra de
ope. no. nunc. c. penul. per Inno. & in c. vt debitus. de app. fa-
cit quod no. supra de restitutio. spolia. c. cum ad sedem. in fin.
9 penul. gl. & c. ¶ Septimò not. † quòd ab interlocutoria, sicut à
diffinitiua, debet appellari infra decē dies. & sic postea pars
non potest cōqueri de tali grauamine. quod est verum in cā
principali: sed in causa appellationis à diffinitiua, in qua de-
uoluitur omne grauamen prius illatum, potest peti retracta-
tio cuiuslibet grauaminis illati in causa principali, iuxta not.
in c. vl. de appella. li. 6. & plenè per Innocen. & Hostien. in c.

quod ad consultationem. supra de re iudi. potestas autem iu
dicis à quo in reuocando interlocutoriam suam nõ arctatur
tempore, regulariter durante causa principali, vt in c. cũ ces-
sante. de appell. dic vt ibi. & l. quod iussit. ff. de re iudi. p Bar.
10 &c. ¶ Octauò not. in ver. nisi fortè. † quòd sentẽtia interlocu
toria potest iustificari ex causa non expressa in actis. non. n.
dicitur in tex. quòd iudex denegauerit quartam productio-
nem propter refrænandam multitudinem testium : sed dicit,
quòd iudex appel. debet inquirere. de quo infra latius dicã.
11 ¶ Nonò no. in ver. ipsos. † quòd ille, qui petit quartam dila-
tionem, & non probat, debet condemnari in expensis. & hoc
est hodie regulare : vt semper ratione retardati processus, p-
pter exceptionem oppositam non probatam fiat condemna
tio expensarum statim, non expectato fine causę, vt in c. finẽ
litibus. de dolo & contu. ¶ Decimò not. in ver. ibi adeo. quid
iuris, cum suspenso petitorio, possessorium intentatur. & po-
stea est ferenda sententia in possessorio : quid erit de petito-
rio prius moto? debet enim simul cũ causa possessorij termi-
nari, si de eo liquet: aliàs differtur. & ita posset dici in cã cõ-
uentionis, & reconuentionis: vt si de vna prius liqueat, quàm
de alia, terminetur prius. & sic possent diuidi quò ad finem:
non autem separari quò ad initium coram diuersis iudici-
bus. de quo dic, vt in c. cum dilectus. de ordi. cogni. & in c. di-
12 spendia. §. reus quoq;. de rescrip. li. 6. ¶ Quærit Inno. not. † Si
petit litigator quartam productionem cum solemnitate legã
li, & iudex ipsam denegat. an eoipso appellatio sit iusta, ꝙ iu
dex suæ denegationis causam nõ assignauerit, videtur, ꝙ sic:
quia petitio est secundùm ius. ergo denegatio contra ius. &
sic cum grauet, valet appellatio, vt infra de appell. c. cum ces
sante. & c. vt debitis. Et idem si causam iustam denegationis
assignet: & ipsam non examinet. nam cum debeat concedi:
vel negari cum causę cognitione, vt supra eodem. c. in causis.
ergo est grauamen, si cognitio non præcedit secundùm Inn.
licèt alij contra secundùm eum. ¶ Et istam secundam opinio
nem sequitur Host. dicens, quòd licèt prima opinio sit subti-
lior: secunda est iustior. nam secundùm eum, si iusta, & ratio
nabilis causa allegatur: quã iudex credidit falsam, potest re-
spuere, etiam causa non expressa: nec retractabitur, quòd fe-
cerit propter appellationem à prædicta repulsione: nisi corã
iudice appellationis fuerit probata causa allegata, & repul-
sa. non enim debet iudex exprimere animi sui motum, vt in
l. vbi. C. de fal. & precipuè in hac quarta dilatione denegãda.
si enim exprimeret [denego quod sufficienter probasti.] ma
lè faceret : quia sic publicaret minus solẽniter dicta testiũ illi
tali. Ioã. An. videtur dicere, ꝙ in denegatione debet iudex ex
primere causam: sed non debet eam examinare. ¶ Sed tunc
dices, cum appellatio ab interlocutoria non possit iustifica-
cari ex nouiter dandis, vel probandis. quomodo si iudex nõ
examinat, & iustificat factum suum ante appella. poterit iusti
ficare postea contra. c. appellanti. de appell. in cle. posset di-
ci, quòd illa cle. loquitur in appellante, non in iudice: qui po-
test suam interlocutoriã iustificare ex nouis probationibus,
vt hic. põt esse ratio; quia cum denegare, vel concedere sit in
arbitrio iudicis: debet sibi credi: & pro eo præsumitur, vt no.
Inno. in c. innotuit. infra de eo, qui fur. or. susce. vel posset di-
ci, quod dictũ. c. appellanti. & c. interposita. & c. vt debitus.
de appel. habent locum regulariter. fallit, quando iudex vehe
menter præsumit malitiam in petẽte dilationem: quia potest
ipsam negare : licèt petat ex causa legitima. & si appellatur
(nisi fiat fides de veritate causæ) pronunciabitur contra ap-
pellantem. quod dic, vt not. Innocen. in cap. post electionem.
infra de concess. præben. ¶ Secundò quærit Innocen. dicitur
hic, ꝙ abbas, & monachi appellarunt post sententiã interlo-
cutoriam. quid ergo si prius: an sufficiat. & sic iusta appella-
13 tio? pone enim, quod monachi petierunt sic. † Petimus quar-
tã dilationem cum solẽnitate legali. & si illam negauerit, ap
pellamus ad Papam. an talis appellatio impediat effectũ in-
terlocutoriæ postmodũ secutæ. tenet Inno. ꝙ talis appella-
tio fuerit nulla : quia à futuro grauamine non est appellan-
dum. & grauamen subsequens non iustificat appellationem
præcedentem, vt j. de appell. c. consuluit. il 2. & c. ex parte.
& c. cum cessante. & c. dilecto. & ibi per Io. An. super ver. in-
eptè. ¶ Si aũt prædictus iudex petitã productionẽ denegas-
set. & pars peteret reuocari istud grauamen. & subiungeret
[nisi reuocaueritis: appellamus.] talis appellatio valet : nec
intelligitur à futuro grauamine: sed iam illato; quia iam de-
negauit. & sine ista petitione poterat appellari : sed propter
reuerentiam iudicis, qui ex suo officio hoc facere poterat,
petitum fuit ex superabũdanti, vt in c. cum cessante. j. de ap-
pell. nec petendo hoc coram iudice à quo, videor renuncia-
re iuri appellandi. facit quod no. in c. si à iudice. de appell.
14 lib. 6. ¶ Et hoc est, quod dicit hic notabiliter Ho. † si iudex,
qui grauauit me per suam interlocutoriam, postea assigna-
uit mihi terminum ad aliquem articulum expediendum. &
ego accepto dilationem: an potero postea appellare. videtur
quòd non, vt s. c. cum venissent. de offi. deleg. c. gratum. Si
enim ita faciendo coram iudice à quo, videor renunciare ap
pellationi iam interpositæ: multò magis iuri interponendæ :
quia eiusdem videt effectus appellatio in potẽtia : & appel-
latio in actu, vt in c. nõ solùm. de appel. lib. 6. nec est fortius:
imo debilius ius ad rem, quàm ius in re, vt l. Sempronius At-
talus. ff. de vsufru. leg. & in c. pen. & vlt. de præben. lib. 6. con-
trarium tamen determinat Host. per l. inter stip. de verbo.
oblig. hæc autem secundùm eum faciunt, sic dicẽdo. dñe gra
uastis me per talem interlocutoriam : quare terminum istũ
recipio, saluo iure mihi appellandi, super quo volo delibe-
rare, vt C. de ex. l. si quidem. & s. c. psentiũ. & de ord. cog. c. 2.

SVMMAE.

1 *Examinatio testium potest mitti ad partes præter onus expensarum.*
2 *Dilatio eadem potest dari actori ad fundandam intentionem suam : & reo ad defensionem faciendam.*
3 *Testes reprobatorij regulariter debent recipi post publicatas attestationes.*
4 *Iudex si plus, vel minus habet testem suspectum, potest lenius, vel acriùs ipsum examinare.*
5 *Circunstantiæ negotij quæ dicantur.*
6 *Testis debet diligenter examinari de causa scientiæ.*
7 *Sensus corporis quinque.*
8 *Videri an dicatur, quod percipitur intellectu.*
9 *Testis deponens, quòd Titius est dominus talis fundi : non probat, nisi assignet causas.*
10 *Testes sunt cogendi ad testificandum.*
11 *Iudex potest refrænare multitudinem testium.*
12 *Attestationes receptæ non publicatæ in vna instantia, in alia non videntur facere plenam fidem inter easdem personas : nisi partibus placuerit.*
13 *Testes an debeant reddere causam sui dicti.*
14 *Testes an debeant interrogari an sint criminosi.*
15 *Iudex potest quærere à teste in genere, an possit esse testis.*
16 *Testes debent cognoscere personas litigantium, à quibus, & contra quos producunt.*
17 *Testes si sunt diuersi in tempore, vel in loco : an valeat eorum testimonium.*
18 *Attestationes si non valent à principio : an possint ratificari per tacitum, vel expressum partium consensum.*
19 *Substantialia omissa non possunt ratificari etiam consensu partium.*
20 *Pars si impedit, ne testes perhibeant testimonium: quid iuris.*
21 *Testis an possit se corrigere ante publicationem dicti sui.*
22 *Testis secundò inductus, si dicat contrarium eius, quod primò dixit, quid iuris.*

CVm causam. Diligenter examinandi sunt testes: & puniẽdi sunt, qui eos impediunt. & effrænata multitudo testium

testium est per iudicem refrænanda.h.d. diuisio patet p summationem.
1 ¶Primò no.† ꝙ propter onus expensarũ Papa cõmittit testium examinationẽ ad partes.similiter deberet cõmittere causã principalẽ, vt aliàs dixi in ordinario habente diffusam prouinciam, vel diœcesim: quia si litigantes veniũt de longinquo. & cum est parua, debet ipsam delegare in loco litigantiũ: aliàs iusta esset appellatio, vt in l. cum post sẽtentiã.C.de appel. & 2.q.6.c. anteriorum.facit. j̃. de fideiuss. c. constitutus.& de rescrip. c. statutum.li. 6.in fi. ¶Secundò no. quod vtriq; parti assignat idem terminus ad testes pro-
2 ducendos †eadem ergo videt dilatio, ꝙ possit dari actori ad suam intentionem fundandam: & reo ad suam defensionem faciendam. an autem hoc fieri possit, inuito reo.dic vt no.in cle.sæpe. de verb.sig. ¶Tertiò no.ꝙ simul,& semel producũtur testes ad pbandum in cã principalı, & ad reprobandum
3 personas ipsorũ testium pductorum† regulariter verò testes reprobatorij debent recipi post publicatas attestationes.qđ dic, vt in glo.& s̃.c. præsentiũ.¶Quartò no.ꝙ ad iudicẽ spectat testes examinare: & diligenter de singulis circũstantijs
4 inquirere. vnde secundũ Host.†si iudex plus, vel minus habet testem suspectum:poterit leuius,vel acrius ipsũ examinare.ita tñ,ꝙ interrogationem necessariã per partem datã non omittat,vt j̃.c.per tuas.Et est ille tex.cõtra Io. qui dicit,ꝙ testis nõ tenet aliud dicere,quàm quod expressit actor in libel
5 lo. de quo. 2. q. 8. c.libellorum. &c. ¶ Quintò no. † quæ dicant circunstantiæ a negocij: locus:tps: visus: auditus. &c. de qua materia per Cyn. plenè in l. testium.C.eo. & in c.qualiter, & qñ.j̃. de accu.il 2.vbi per Inn.de loco& tempore.de quo etiã no.s̃.eo.c. ex tenore. de testimonio auditus no.3.q. 9.c.de his.&c.testes. vbi qd iuris de cæco,an possit testificari super cõtractu,vel alia dispositione,si habeat notas voces cõtrahentiũ. de quo etiã in Spec. de teste. §.j.vers. sed nunquid cæcus.& ff.de aqua plu.arc.l.idem Labeo.per Bar.de testimonio credulitatis dic, vt in Spe.de teste.§.j. vers.itẽ ꝙ deposuit. & s̃. de iura. calũ.c. cum causam. vbi omnino vide per Inno. de fama dic,vt in Spe. tertia parte de notorijs crimi.§.vt aũt.
6 in fi.&c.¶Sextò no.† ꝙ de causa scientiæ debet testis diligẽter examinari:qa si dictum testis nõ concludit necessariò, nihil probat, vt l. neq; natales.C.de proba.& l.non hoc.C.vnde legi.debet aũt cã testimonij referri ad sensũ, super quo de
7 ponit. ¶Quinq; †sunt enim sensus corporis.s.auditus: visus: gustus: odoratus: & tactus. vnde deponens de gustu, ineptè reddit causam de odoratu.& idẽ in similibus, præterq̃ de visu,& auditu: vbi est aliquale dubium: si testis inductus ad pbandum, ꝙ Titius promisit Seio centum. & testis dicit vera
8 esse (quia vidit)an sufficiat. videt, ꝙ sic: † quia videre dicimur , quod percipit intellectu: vt patet in omnibus legibus, quæ incipiunt.videamus. & ita videndũ, &c. contrarium dicit dñs Bal. determinatũ de facto,vt no.in l.diuus.ff.de testa. mili.licèt in contrariũ facit quod no. Cy. in l.2. C. de erro. aduo.sed posset sustineri; qa in dubio dictũ testis debet referri ad id, quod in facto consistit: nõ ad id, quod iuris intellectum habet, vt no.in l.stipulatio ista.§.his quoq;. ff.de verb.
9 ob.¶Et ideò eleganter dicit Inno. † ꝙ testis deponens, ꝙ Titius est dñs talis rei, non pbat. quia dominium non consistit in facto : nec visu percipitur : sed in iure consistit. vnde nisi assignet causas, non probat illa , quæ iuris sunt: sed bene probat illa,quæ sunt facti , si non fuerit interrogatus de cau-
10 sa, vt l. solã. & quod ibi not. C.eod. titu. ¶ Septimò not.† ꝙ testes sunt cogendi ad testificãdũ. & quicunq; impedientes , ne testificẽtur, possunt coerceri, vt s̃.c.tã literis. & sic delegatus potest exercere iurisdictionem in alios , contra quos rei nõ est causa delegata.de quo plenè supra de offi.deleg.c.j.
11 ¶Octauò no. in vers. volentes. † ꝙ iudex potest refrænare multitudinem testium.nec debet excedere numerus, de quo in tex. quod est verum: nisi ex causa.29. distin.c. j. Sed ex cã minus potest recipere,vt s̃. de testi.in fi.&si receperit minorẽ numerum, ne videat pãdere parti,quòd eius testes probauerint. quã cautelam debeat tenere , uide in Spec. de teste.§. restat de numero.ver.hoc etiã.&per Host.in summa.de dila.
12 §. quibus.vsq; ad §. solẽnitas.¶Nonò no. † ꝙ attestationes receptæ,nõ publicatę in una instantia,in alia nõ vidẽtur facere plenã fidem inter easdem personas:nisi partibus complacuerit. quod dic per Bar. in l. cum lite mortua.ff. iudi. sol. ¶Oppo.dicit hic,ꝙ debẽt recipi testes tã in negocio prĩcipali,q̃ contra psonas.Sed cõtra,quia exceptiones cõtra psonas testiũ sunt pbãdæ post publicatas attestationes,&nõ ante,vt s̃. c.præsentium.¶So. vt in prima glos. Goffr. dicit hãc Decre. loqui, cũ exceptio talis est, quæ non repellit testem: sed reddit eius testimonium suspectũ. Idem not. j̃. de excep.c. j. Ioan.dicit hic,ꝙ vbi lex non exprimat exceptionem reseruandam, statim repellit testem. alleg. C. de proba.l.ad probationem. ¶Idem hic Vinc. & videtur placere Inno. si probationes sint paratæ.Ioan.And. remittit ad nota.per eum.s̃. eod.ca. ex parte Adæ. ¶Quærit hic Bernar.succinctè de qui
13 busdam quæstionibus. & primò† an testes debeant reddere causã sui dicti. dicit, ꝙ sic: si fuerint interrogati,valet eorum testimonium, etiam si causam non assignent. 4.q.3.c.solam. & ibi idem not. & C. eodem. l. 3. & in Specu. de teste. §. j. vers. item quod interrogatus. & idem Innocen. & Hostien. hic. ¶ Aduertendum tamen , quòd si pars petijt interrogari testem de causa scientiæ. & interrogatus non fuit, non valebit dictum eius:sed poterit iterum interrogari de causa, vt j̃. c. per tuas. & ibi per Ioan.And. super prima gloss.de quo etiam in Specul. eod.titu.§. iam de interrogatoria. ad fi. vers. item cautè facit. & ibi not. Ioan.And.in additio. an si iudex non quæsiuerit de causa:an teneatur parti ad interesse.¶Se-
14 cundò quæritur:† an testes debeant interrogari, an sint criminosi.G. arguit pro,& contra. & dicit, quòd honestum est, ꝙ non interrogentur. Inno. de hoc not. j̃. de accusat. c. inquisitionis.vbi tenet, quòd licèt iudex possit quærere à teste. & testis possit respondere : non tamen tenetur.Non obst. 2. q.7. c. quærendum. & c. si qui. quia loquuntur in accusatore:non in teste. vel dic apud se, vel alios quærat iudex de cõditione testis. & de noto præsumet bonum: nisi probetur cõtrarium.j̃. de præsum.c.fi. sed in non noto non debet credere: nisi probetur.3.q.5.c.canonica.& c. accusatorem. Debet enim testis esse notus iudici , & alijs. C. de iure deli. l.fi.§. si autem dubius. & vide quod not. de elect.c.dudum. il 2. vers. tandem. in glo. super processu. vbi tractatur de electo,& de
15 reo. Io. de hoc not.2.q.7.c. quærendum. vbi dicit,† quòd iudex potest q̃rere à teste in genere,an possit esse testis. ad hoc 8.q.3.c.Artaldus. Et prędicta locũ habent de circunstantijs, quæ concernunt personam testis.de alijs verò iudex debet diligenter inquirere, vt in tex. nec super ipsis dicitur deponere
16 non iuratus, vt not.s̃.c. de testibus. ¶Et tene menti glo. † ꝙ testes debent cognoscere personas litigantium , à quibus, & contra quos producuntur.&aliter non possunt congruè testificari. & ita not. in di. §.si aũt dubius. & in Spec. eod.tit.§.j. vers. testimonium aũt. ante fi. in additionibus. ¶Tertiò quæ
17 rit glo. † si testes sunt diuersi in tempore , vel in loco: an valeat eorum testimonium. tenet, ꝙ non.2.q.9. c.nihilominus. & ibi not. an hoc habeat locum in actibus,qui recipiunt reiterationem.de quo infra de accu.c.qualiter.il 2.per Ioan.An. & in Spec.eod.titu.§.iam de interrogatorijs. vers. item de tẽpore.& versi.se.& ff.eod.l. ob carmen. §.fi. & 35.q.6.c. de parentela. vbi omnino vide , ꝙ illud , quod dicitur in hac gloss. quòd diuersitas temporis,siue loci uitiat dictum testis,habet locum, si producitur ad probandum actum : qui non habet causam successiuam: sed momentaneam: ut adulterium, homicidium , & similia. Si autem testis inducitur ad probandũ præscriptionem, vel iurisdictionem : & vnus deponit , quòd vidit me (iam est annus) possidere : & iurisdictione vti contra Titium. alius autem deponit de alio anno, & contra aliã psonam

pſonā. & ſic de ſingulis.iſti tales dicunt cõteſtes.¶Et ita no.
In. in c.qualiter.il 2.ĵ.de ac.& in d.l.ob carmẽ.§.fi.ff.e.ti.qđ
18 tene menti.¶Quærit† ſi atteſtationes nõ valeãt à principio:
an poſſint ratificari p̄ tacitũ, vel expreſſum conſenſum par-
tiũ.ar. ꝙ ſic.4.q.3.§.ſi quis teſtibus.& ĵ.e.c.tuis.& c.p̄ſenta-
ta.& ĵ.e.c.ſignificauit.in gl.dicit hic Inn.poſt Io. An. poſtq̃.
n.partes ſic cõueniunt,ꝙ valeant:non põt vlterius contra ip-
ſas opponi,vt ff.de re iudi.l.ſi cõuenit.& ff.cõi diui.l.iudicio.
& ff.de no.ope.nun.l.1.§.& poſt operis.& ex hoc infert Ioã.
An.ꝙ licèt iſte,cui cõmiſſa eſt teſtiũ receptio,ſiue examina-
tio,non poſſit ipſam de iure cõmittere alteri iudici (cũ certũ
officiũ ſit ſibi cõmiſſum)tñ tacito, & expreſſo conſenſu par-
tium valebit talis cõmiſſio: dũmodo non obſtet error iuris,
vel facti, vt patet in eo, quod le.& not. ſupra de offic. deleg.
c.qm̃ apoſtolica.ver.his aũt.&c.& ĵ.e.c.ꝓxi.ver.lite igitur.&
ſeq.& hanc opi.tenet Ho.& Inn.¶Et prædicta vera,cũ quæ-
ritur de ratificatione actorum,quæ non ſunt de ſubſtantia iu
19 dicij.ſubſtãtialia†aũt omiſſa non poſſunt ratificari,ẽt cõſen
ſu partiũ,vt patet ex eo,qđ leg.& no.ſ̃. de lib. ob.c.1.& tene
20 hoc menti. ¶Quintò quæritur,†quid iuris, ſi pars impedit,
ne teſtes perhibeant teſtimonium.dicit glo.ꝙ debent cõpelli
per excõicationẽ.ſ̃.c.tã literis.Hoſt.dicit,ꝙ ſi principalis, vel
alius eò mãdante hoc faciat:habetur teſtis pro producto.ar.
ff.ſi quis cau.l.2.§.ſimili mõ. Et idem, ſi fiat per aliũ amicũ,
ipſo principali tacente,& diſſimulante, vt.ĵ.de ſimo. c.ſicut
tuis.ſecus ſi hoc fiat ab inuito,vel à bannito, ipſo cõtradicẽ-
21 te.1.q.4.c.quia p̄ſulatus.¶Sextò quæritur poſt gl. fi.†an te-
ſtis ante publicationem dicti ſui poſſit ſe corrigere. dic vt in
22 ea.l.repeti.ff.de qõni.p̄ Bar.† Itẽ quid ſi teſtis ſcđò inductus
dicat contrarium eius,qđ primò dixit.dicit gl.ꝙ nõ valet di-
ctum ſuũ,vt.ĵ.e.c.cum in tua. niſi primæ atteſtationes nõ va
luiſſent;quia receptę ab eo, qui nullã habebat iuriſdictionẽ.
qđ verbũ no.facit ẽt ad qõnẽ de eo, qui dicit falſum corã nõ
ſuo iudice,qui putabatur iudex.de quo.ĵ.de reg.iur.c.nõ eſt
ſine culpa.li.6.in mercu.¶Et ad hanc gl.adde; qđ no.in d.c.
cum in tua.in fi.vlti.gl.& ĵ.c.ꝓxi.& in Spec.e.ti.§.1.ver.quid
ſi idem teſtis.& ver.ſe.¶Vltimò tene menti gl. magnã,qua-
liter teſtis debet deponere de cã ſcientiæ ſup quolibet ſenſu
corporis.de quo Bar.fecit vnũ tractatum. quem tñ non per-
fecit.& not.ẽt de hoc in l.de ætate.ff.de mino.& l.1.C.de ſen.
quæ pro eo,qđ inter.& l.Labeo.de ſupel.leg. & l.ſecunda.C.
de reſcin.ven.per Bal.in repeti.ſua.& l.conuenticula. de epi-
ſco.& clericis.per euudem.

ADDITIO.

a ¶Circunſtantiæ.vide Spe de or.cog.verſ. ceterùm de his.& in Clemen.
conſtitutionem.§.1.per Zaba.

SVMMAE.

1 *Teſtes poſſunt produci ſuper eodem capitulo, etiam publicatis atteſta*
tionibus,quando variatur modus agendi.
2 *Sententia ſi pro parte eſt executioni mandata,executio in eo,quod re*
ſtat,impeditur,ſi tertius ſe opponit.
3 *Exceptio appellationis interpoſitæ impedit executionem ſententiæ:ſi*
hoc poteſt probari incontinenti.nu.4.
5 *Poſt electionem,& confirmationem ſi tertius ſe opponit: diſcutien-*
dum eſt iterum de viribus ſententiæ,& electionis.
6 *Atteſtationes receptæ in iudicio ordinario,non obſtant agenti via or*
dinaria.
7 *Atteſtationes inualidæ poſſunt conſenſu partium ratificari.*
8 *Publicatio teſtium in vna cauſa, non impedit productionem eorun-*
dem teſtium,vel aliorum in alia cauſa:licèt ad idem agatur,ſed di
uerſò modo agendi.
9 *Producens habet electionem,velit validas eſſe atteſtationes teſtium*
in alio iudicio receptorum.
10 *Abſolutio excommunicationis poteſt fieri ad tempus,quando excom*
municatus eſt neceſſarius ad ferendum teſtimonium.
11 *Acta in Capitulo nõ poſſunt de facili per alios probari,quàm per ca*
nonicos.
12 *Dictum primum quare faciat fidem in ſecundo,quò ad conuincendũ*
ipſum teſtem de mendacio.
13 *Contradictio alicuius debet impedire effectum confirmationis.*

1 VEniens. †Vbi variatur modus agẽdi,pu
blicatis atteſtationibus ſup eo.
c.teſtes producere licet.& ſunt tres partes princi
pales.primò ponit ordinem proceſſus,& diſputationem par
tium ſuper receptione teſtiũ. In ſecunda Papa interloquitur,
ibi[nos igitur.]In tertia cauſam cõmittit.ibi [mãdamus.]In
prima plura continentur.archidia. petitio: procuratoris Ca
pituli contradictio:& ſubſequenter cuiuſdam ſubdiaconi Pa
pæ interlocutio:& cõtradictionis admiſſio. archi.facta inter
rogatio:& reſponſio partis:& ſubſecuta contradictio. ¶Pri-
2 mò no.†ꝙ ſi ſnĩa eſt pro parte executioni mandata: execu-
tio in eo, quod reſtat, impeditur, ſi tertius ſe opponit.ac ſi
3 nulla executio facta eſſet. qđ eſt notandũ.¶Secundò no.†ꝙ
exceptio appellationis interpoſitæ videtur impedire execu-
tionẽ ſnĩæ.Itẽ ſimiliter exceptio,ꝙ opponẽtis interſit.an aũt
hæc exceptio poſſit opponi poſt li.conte.no.Io.An.poſt Inn.
ĵ.de accuſationibus.c.ſup his.facit qđ no.Bar.in l.4.§.cõdé
natũ. ff.de re iudi. vbi de exceptione nullitatis, an impediat
executionẽ ſnĩæ.& l.à diuo Pio.§.ſuper rebus.e. ti. vbi de ter
4 tio veniente pro ſuo intereſſe,an impediat. ¶Tertiò not.†ꝙ
illa exceptio impedit executionẽ, quæ põt reprobari in con
tinenti.qualiter aũt accipiatur iſtud,incontinenti.dic,vt in d.
§.condẽnatũ.& l.aufertur.§.qui cõpenſationẽ.ff.de iure fiſc.
per Bar.Io. An.hic dicit, ꝙ hoc relinquitur arbitrio iudicis,
fortè vſq;ad octo dies,vel plures,&c.¶Quartò no. ꝙ de iſta
quæſtione,cum tertius ſe opponit, cognoſcitur ſummariè.&
fertur ſnĩa interlocutoria ſuper hoc,interſit,vel non:nec req
ritur lit.conſt.vt hic in litera dicit[fuiſſent lit.conte.receptę]
5 &c.& hoc no.bene pro practica. ¶Quintò not.†ꝙ poſt ele-
a ctionẽ,& confirmationẽ,acum tertius ſe opponit, iterum de
6 viribus ſnĩæ,& electionis diſcutit.¶Sextò no.†ꝙ atteſtatio-
nes receptæ in iudicio ordinario(ſicut nec ſententia,vbi ſum
mariè eſt proceſſum)obſtãt agẽti ordinaria via,vt l.ſi iudex.
ff.de his,qui ſunt ſui,vel ali.iu.& de li.agno.l.ſi qs à liberis.§.
7 meminiſſe.¶Septimò no.†ꝙ atteſtationes inualidæ poſſunt
de conſenſu partium ratificari,vt.ſ̃.c.proximo.per Inno.vbi
8 dixi.¶Octauò no.†ꝙ publicatio teſtium in vna cauſa nõ im
pedit productionẽ eorundem teſtium,vel aliorum in alia cã:
licèt ad idem agatur,ſed diuerſo modo agendi.¶Et genera-
liter dicit Inno.ꝙ vbicunq; nõ obſtaret ſnĩa, quominus poſ-
ſit agere iteratò.ſimiliter non obſtat teſtium productio:rece
ptio:& publicatio: quominus poſſint iterũ teſtes recipi.quã
theoricam bene no.facit quod no.ſupra e.c. cauſam quæ.per
Inno. vtrùm autem ille, qui appellat pro ſuo intereſſe, poſ-
ſit poſt publicationem atteſtationum cum principali, & in
principali cauſa teſtes producere ſuper eiſdem articulis. dic
9 vt in Spe.de teſte.§.ſatis.ver.quid ſi à ſententia. ¶Nonò not.
quòd eſt in electione producentis,velit eſſe validas atteſta-
tiones teſtium in alio iudicio receptorum.alibi dicitur,quòd
eſt in electione eius, contra quem producuntur. ĵ. eo.c. præ
ſentata.dicit Inno.ibi loquitur,cum producti ſunt ſuper prin
cipali.hic cum ſuper aliquo incidenti,& præparatorio.¶De
cimò not.in verſi.nos igitur.quòd ſuper incidenti pronuncia
10 tur.de quo ſupra de ord.co.c.1.¶Vndecimò no. †quòd põt
fieri abſolutio excommunicationis ad tempus, quando ex-
communicatus eſt neceſſarius ad ferendum teſtimonium.
11 ¶Vltimò no.†ꝙ quæ in Capitulo agũtur, nõ p̄nt de facili p̄
alios,q̃ per canonicos probari.quod dic,vt in gl.fi.& in c.ter
tio loco.ſ̃.de ꝓba. ¶Venio ad opp.dicitur hic,ꝙ teſtes depo
ſuerunt ſuper ſnĩa, & ſuper electione in primo iudicio,quo il
le fuit admiſſus ad contradicendum rõne ꝓprij intereſſe. &
ꝙ ẽt in iſto alio admittendi ſunt ad idem.cõtra,ſupfluis ꝓba
tionibus nõ eſt vtẽdũ, vt l.ad ꝓbãdũ.C.de ꝓba.& c.cũ cõtin
gat.

gat.de offi.dele.ergo cũ ad idẽ,gerer ĩ scdo iudicio,qđ in primo.& inter easdẽ psonas non vr̃, ꝙ debuerunt iteratò recipi:sed prima receptio debeat valere, ẽt in secundo iudicio. s̃.eo.c.causam quæ.hic aũt dicitur contrarium, & malè. So. vt dixi in summario. quia hic ideò recipiuntur; quia variat modus agendi.agebatur. n. primò, vt admitteretur ad contradicendum.& ista fuit vna instantia:alia fuit ordinaria.s.an fuerit snĩa iusta,& electio canonica,necne.priores ergo attestationes summatim receptæ non prosunt, vel præiudicant in iudicio ordinario,ẽt si ad idẽ agatur: sicut non præiudicaret snĩa,vt d.l.si iudex.& §.meminisse.& l.à diuo Pio.§.si super rebus.ff.de re iu.vbi.n.non prodesset,vel obesset snĩa,nõ proderunt,vel nocebũt acta,iuxta no.per Inn.s̃. e.c.causam quæ. ¶Secundò op.& videtur,ꝙ istud non sit bene dictum. & arguo à diuisione.aut.n.recipiuntur secundò,vt dicãt idẽ: aut cõtrariũ.si idem,& hoc est superfluum:ideò resecandũ, vt in proe.§. pen.Si contrarium:& tunc sunt puniẽdi de periurio, & punientur, vt s̃. c. sicut nobis. So. quò ad primum dic,ꝙ qñ ad idem agitur.si ad diuersum effectum, ijdem testes iterum debent deponere:vt patet, si vnus hæredum petit partem debiti,& ꝓducit testes:illos eosdem poterit alius coheres producere.nec sufficit prima productio: quia nec prodest sibi snĩa pro suo coherede lata. igitur nec testiũ depositio, vt prædixi.& idem si actum est ciuiliter, & producti sunt testes:illę attestationes non proderunt,si agatur postea criminaliter.debebunt ergo iterum recipi,vt l.1.C. quando ciui.act. cri.præiu.ad illud aũt, quod dictũ est.si dixerint cõtrarium,non valebit,&c.dic,ꝙ non simpliciter inducitur ad ꝓbandũ illud:sed illud,& al a,ꝓut fuerit interrogatus à iudice pro vtraque parte.& tñ fatetur,ꝙ si deponat contrariũ in secundo,quod deposuit in primo:non valebit dictum eius, vt dicit hic glo.no. supra c proximo. & in c.literas. de præsumptio.& supra de probat.c. per tuas, & istud est verum, nisi testis possit se excusare,interpretando dictum suum. qđ intellexit aliter in primo iudicio, quàm in secundo. infra de

12 accusat.c.dilecti.§. . .& §. 2. ¶Sed dices tu. † Si receptio facta in alia causa non facit fidem in secunda quò ad merita ipsius causæ secundæ. quare facit illud dictum primum fidem in secundo quò ad conuincendum ipsum de mendacio. dicunt Doct.quòd hoc non est mirum; quia ad ipsum testẽ conuincendũ,& puniendum de periurio. & vt sibi fides non habeatur:receptio prima faciet in secunda causa plenam fidem, vt no.hic nouellator. posset tñ hic formari distinctio, cum testis in eodem iudicio, vel diuerso dicit contraria: an stetur primo,vel secundo.dic,vt plenè no.Bar.in l. eos. ff. de falsis.vbi ponit quæstionem, si testis in alio iudicio inductus ad probandum idem,quod in primo:an sufficiat sibi dicere. dico illud idem,quod dixi in alio iudicio. dicit hoc relinqui arbitrio iudicis. ¶ Consulit tñ testi, ꝙ semper petat suum testimonium exhiberi sibi,vt possit se de veritate melius recordari.& debet semper subdere in secundo dicto. [& hæc mihi videntur vera: si aũt aliter dixissem in primo,ex nunc me corrigo, & ad primum dictum refero: cum tunc melius habuerim in memoria istud factũ.]& omnia ibi vide. ¶Tertiò opp.dicitur hic,ꝙ est in electione producentis, velit stare prioribus attestationibus, vel non. cõtra imò videt in electione eius,cõtra quẽ sunt ꝓducti.vt infra eo.c.præsentata. ¶Solu.ibi loquitur in receptione testium facta in causa ordinaria,super qua sperabatur diffinitiua sententia. hic verò in causa summaria fuerunt primò recepti: meritò qui produxit,habet electionem,vel petere,vt diligentius examinentur:vel ꝙ stetur illi summariæ examinationi. videtur tñ etiã hic consensus aduersarij, vt probat ille tex. dicunt tñ Pet. & Abb.quòd hic nõ posset reprobari testis propter personas, vel dicta.allegat l.fin.C.de edicto diui Adri. tol. ¶ Quartò contra istud oppo.innuit hic litera,ꝙ si iste nõ probasset suũ interesse,non debuisset admitti.cõtra imò videtur,ꝙ debeat admitti.quia quilibet admittitur ad opponendum se contra clericum. hic innuitur contra. quare malè. ¶ So. breuiter iste archidiaconus erat confirmatus,& erat pro eo lata sen-

13 tentia. † vnde contradictio alicuius non debebat impedire confirmationis effectũ.de quo arg. j̃.de appell.c.constitutis. potuit ergo se opponere ꝓ priuato interesse,vel pro interesse cõmuni post confirmationẽ. ¶ Quintò contra istud oppo.& videtur,ꝙ ille veniens debuit impedire istã executionem,ẽt nõ ꝓbato interesse,vt s̃.de rest.in integ.c. sciscitata. ¶Solu.ibi loquitur in eo,qui litigauit in iudicio.hic in eo, q nunquam fuit in iudicio:sed se opposuit executioni, probando interesse. ¶ Sextò contra istud oppo.& videtur,ꝙ tertius veniens nullo modo possit impedire executionem, vt l. is à quo.ff.de rei vendi. ¶ Solu.dicit hic notabiliter Inno. ꝙ qñque fit executio in re petita. & tunc aut illa res à nemine erat possessa.& tunc quilibet tertius veniens impedit executionem,arg.l.si.C.de edicto diui Adri.toll.& in isto c.Si verò illa res non vacabat,sed erat possessa ab alio:tunc tertius veniens non impedit executionem, sed cauebit de identitate possessoris, vt dicta l. is à quo. ¶ Si verò fit missio in alia re, q̃ sit petita,vt in re pro pecunia,qua quis est debitor. & tunc quilibet veniens,dicens se possidere rem,in qua petitur missio,audiri dẽt.& cognoscitur de hoc summatim, vt l.à diuo. §.si super rebus.ff.de re iudica.vbi per Bart.vbi ponit rationem differentiæ inter istos casus,ibi vide. ¶ Septimò oppo. dicitur hic,ꝙ isti debent absolui,vt testificentur.contra imò ꝙ debuerint remitti ad excõmunicatorẽ.vt s̃. de offi.deleg. c.prudentiam.§.sexta.Solu.dicunt Goff. & Phi. ꝙ iudex absoluit testes excõmunicatos, si per alios veritas haberi non põt:nisi esset tale genus excõmunicationis, cuius absolutio

b reseruetur Papę. ¶ Aduerte tñ, b ꝙ statim lato testimonio, reincidunt in eandem snĩam ipso facto.sicut in ambasciatoribus euntibus ad Papam:quàm citò.n.Curiam exeunt, reincidũt in excõmunicationẽ pristinã:licèt fuerint in Curia absoluti,propter ambasciatã.simile in c.eos.de sen.exc.lib.6.

ADDITIONES.

a ¶ Et confirmationẽ.confirmatio sine causæ cognitione,an valeat. vide Io.de Tur.cre.in c.miramur 41.dist.

b ¶ Aduerte tamen. vide eundem Pet. de Anch. in c.solet.in princ.de sen.excomm.

SUMMAE.

1 *Iuramentum testis potest ab aduersa parte remitti.& nu.4.*

2 *Testes omnes, etiam religiosi, debent iurare.*

3 *Fratres Minores,& ceteri Mendicantes possunt esse testes.*

5 *Iuramentum calumniæ, an possit remitti.*

1 TVis quęstionibus. † Iuramẽtum testis potest ab aduersa parte remitti.h. d. ponit dictum,

2 & casum excipit.ibi [nisi.] ¶ Primò not. † ꝙ oẽs testes, ẽt religiosi, debent iurare.& sic monachi possunt in causis testificari,& esse testes,vt in Auth.de monach.§. cogitandum.

2 ecclesiasticis laici ad testificandum compelluntur: si aliter liquere de veritate non potest. quod intelligunt aliqui(vt Alanus maximè.)alij, vt Hosti.hoc intelligunt:quò ad priuilegiatos.alij, ꝙ hoc est indultum in fauorem clericorum.& ne laicorum iniuria remaneat impunita, sm̃ Inn. dicit Host.ꝙ fuit de intentione Papæ isto casu testes esse cogẽdos. ¶Et aduerte,quia quæstio,quæ ex themate elicitur, fuit de illatis iniuriis clericis.& respõdet tex. de rebus ecclesiasticis.per quod datur intelligi, quia cũ persona ecclesiastica læditur, dicitur agi de re ecclesiastica.11.q.1.c.ex his.& de ver.signi.c.super quibusdam.

SVMMAE.

1 *Testes cogendi sunt super consanguinitate probanda. Et etiam in spiritualibus nu. 2.*

CEterùm. Quòd super consanguinitate probanda cogendi sunt testes.
2 h.d.¶Primò not. † in spiritualibus testes esse cogendos.s̃.ti.1.sm̃ Inno.¶Et hæc gl.Inno.habet locum,quãdo ad matrimonium coniungendum, vel disiungendum probatur consanguinitas.

SVMMAE.

1 *Testes synodales debent computari in diœcesi. Nec debẽt regulariter iurare.nu.2.*
3 *Testis synodalis,qui semel tulit suum testimonium, non cogitur super eo testificari:nec iurare,nisi nouus articulus emergat.*
4 *Testes remouentur à testificando propter infamiam.*
5 *Prælatus an propter delictum præcedẽs possit remoueri à beneficio.*
6 *Testis potest se incontinenti corrigere,non autem ex interuallo.*
7 *Testes qui dicantur variare,qui contradicere,& qui vacillare.*

PRęterea si testes Testis synodalis, qui super matrimonio coram ordinario deposuit coram delegato iurare super eo non cogitur.h.d. primò propter superuenientem infamiam repellitur hic. potest tamẽ,si errauerit, in continenti,non ex interuallo corrigere dictum suũ. ¶Primò no. coram Capitulo nunciari crimina. quod intellige sede vacãte:vel si hoc habet cõsuetudo præscripta.j̃.de hære.c.ad abolendam.1.responso.facit.s̃.ti.1.c.Albericus. ¶Secundò not.
1 † ꝙ in diœcesi debent deputari testes synodales. hoc est qui constituantur in synodo per totam prouinciam: vt deferant crimina publica.& quicquid agitur in diœce. 35.q.6.c.eps in synodo.& j̃.de accu.c.sicut olim.& est bonus text. in l.1.§.quæs.ff.de offi.præf.vr.& C.de curiosis.l.1.lib.12. Et ad talium officialium denunciationem licitum est iudici inquirere: non tñ eis dẽt de delicto credi, nisi aliter cõstet de veritate:& puniuntur,si falsa denunciant, vt l.diuus.ff.de cust.re.& l.ea quidem.C.de accu.¶Tertiò no. † ꝙ testes synodales non debẽt
2 regulariter iurare, cum delicta denunciant. postquam enim semel iurauerunt denunciare crimina:non debent super eodem dicere testimonium in publico. vel dic, ꝙ testimonium præstabunt,sed non iurabunt.sm̃ Inno.& hic in gl. 2.vel dic,
3 † ꝙ testis synodalis,qui semel tulit suum testimonium, nõ cogitur super eo iurare, nec testificari, dummodo aliter possit fieri fides:aliàs compelleretur testificari:sed non iurare, nisi nouus articulus emergat.quo casu iurare, & testificari compellit.& iste est verus intellectus,sm̃ Host.& Io.An.Et intellige nouum articulum hic,qui non continentur sub primo iuramento.& quod non pertinebat ad officium denũciandi(puta hæreditatis,vel dotis.) j̃.qui fi. sint leg.c.1.& j̃. de dona.
4 inter vir.& vxo.c.3.¶Quartò no.ꝙ testes remouentur pp in famiã à testificando.concor.s̃.c.1.& c.licet.& 25.q.6.c.eps.& hoc est verum in aliis testibus indistinctè: in quibus attenditur inhabilitas tempore testimonij, vt l. ad testiũ. §. conditionem. ff. de testa. ¶In istis verò synodalibus, qui rei publicæ seruiũt, distinguitur in text.vt infamia exorta, postquam constituti sunt, reddat ipsos inhabiles,nõ præcedens. Ratio differentiæ est:quia super infamia præcedente, & officio(ex quo ad ipsum assumuntur) vr̃ cum eis dispensatum, vt l.quidam consulebant. ff. de re iudi.vel ex eo, ꝙ semel approbatus reprobari non potest. 32.q. 5.c. horrendus. hæc ratio nõ placet,per l.sed reprobari.ff.de excu.tu.nec ẽt prima, vbi crimen fuisset occultum: super quo non vr̃ superior dispensare,vt l.tres fratres.ff.de pact.& potius imputandum est testi, qui hoc tacuit,ar.in eo,quod leg.& no.de cor. viti. c.exposui sti.& quod no.j̃.de præben.c.cum non ignores.§.fi.in notorio verò,vel famoso crimine habet locum prima ratio, cũ videatur dispensare,per d.l. quidam consulebant. ¶Vel dic, sm̃ Io.An.hic non sumi ar. ꝙ pp præcedentem infamiam testis non remoueatur ab officio: sed ꝙ in officio manens non repellitur à testimonio:text.tamen videtur sentire, ꝙ sit differentia inter præcedentem infamiam,& sequentem.Si tñ nos æquiparamus in oĩbus istos testes synodales officialibus, & iudicibus,est vera proxi. opi. Io. An. quia ab executione officij non remouetur quis prætextu infamiæ. s̃.de rescrip.c.sci-
5 scitatus.per Inno.¶Et faciunt hæc ad qõnem hanc, qñ prælatus pp delictum præcedẽs possit remoueri à beneficio. ar. est hic,ꝙ non.& de ęta.& qual.c.accepimus.& de purg.ca.c. fi.& de iureiur.c.quemadmodum.& 8.q.2.c. dilectissimi.ar. contra in prę̃al.c.cum non ignores.& c.exposuisti.¶Quintò
6 no. † ꝙ testis põt se incontinenti [a] corrigere: non aũt ex inter
a uallo.circa quod ex dictis Io. An. sic distingue. ¶Nã aut vult se corrigere, antequam parti, vel alteri loquatur. aut postea. primo casu,aut assignat causam probabilem correctionis:& põt,aut non assignat:& non incidit in vacillationem,& variationem, vt ff.eo.l. qui falsa. debet ergo iudex attendere modum,& causam correctionis.infra de accus.c. cũ dilecti. Aut non se corrigit,sed addit,antequam exeat pñtiam iudicis. & hoc est licitum:aut se corrigit,postquam potuit loqui partibus ante publicationem,vel post.& præsumitur contra eum: stabitur tamen dicto primo: licet per secundum contrarium aliqualiter dubitetur.Si verò addit, postquã potuit loqui cũ partibus,est audiendus: sed minor fides eis adhibetur, vt in Authen.de testi §.quia verò.vt hic.Et de hac materia vide in Spec.in ti.de testi.§.1.versi.item cum sint varij. & seq.& per Bar.in l.repeti.ff.de quæstio.¶Oppo.innuitur hic, quòd testes propter infamiam exortam post susceptũ officium, possunt reuocari.contra de c.si peccauerit.2.q.1.vbi videtur, ꝙ mandatum de denunciando delictum proximi omnibus factum sit tam infamibus,quàm aliis.So.no.s̃.de iudi. c.nouit.
7 ¶Quærit Io.An.† qui dicantur variare: [b] qui contradicere: q
b vacillare.& respondet, quòd ille dicitur variare, qui primò dixit vnum,& postea dixit contrarium,nullã variationis causam assignans.contradicere autem dicitur ille, qui dicit duo incompassibilia:vt si dicat se interfuisse contractui tali die,& loco.& postea dixit se illa die fuisse alibi, vacillare dicitur,q titubando,& diuinando loquitur. Item qui varie loquitur,vt ff.de falsis.l.eos qui.& ff.de testi.l.2.& l.qui falsa. horum autem testimonium non valet,imò punitur, vt C.de testi.l.nullum, &c. ¶Qualiter autẽ iudex se debeat habere circa istos testes varios, contrarios, & vacillantes in redigendo in scriptis,maximè vacillationem, & titubationẽ. dic vt dixi supra de proba.&c.

ADDITIO.

a ¶Incontinenti. qualiter testis potest corrigere dictum suum,& qualiter non. vide Sali.in Auth.& qui semel.C.de proba.

b ¶Qui dicantur variare.no.qui testes dicuntur variare, qui contradicere,& qui vacillare.vide in Spe.ti.de test. § 1. ver.quid si dicit. vide hic.

SVMMAE.

1 *Testes sunt cogendi, quando agitur de infamia, vel vitio falsitatis.*

1 SVper his. † Cum de infamia, vel vitio falsitatis inquirit, cogendi sunt testes. h.d. istud c. & consequens allegatur per glo. in c. dilectorum. j. eo. quòd testes sint cogendi in causa criminali. Alij aliter dicunt, vt ibi distinguam.

SVMMAE.

1 *Falsis literis qui vtitur per procuratorem, æquè punitur, sicut si vteretur per seipsum.*

CVm contra magistrum. Super crimine falsi cogendi sunt testes. h.d. cõis diuisio. secunda ibi [nos.] ¶ Not. † q æquè punitur ille, qui
1 vtitur falsis literis per procuratorem: sicut si vteretur per seipsum, vt in regu. qui per alium. & in l. ita autem. §. gessisse. ff. de admini. tuto.

SVMMAE.

1 *Testes, qui se subtrahunt à testimonio perhibendo, compelluntur per censuram ecclesiasticam.*

2 *Testes an debeant compelli ad testimonium perhibendum. pulchra distinctio.*

3 *Testes in criminali sunt compellendi.*

1 DIlectorum. Breue ẽ, nec diuidit. ¶ Primò no. † q testes, q se subtrahunt à testimonio perhibẽdo, cõpellunt per cẽsurã ecclesiasticã. Iudex aũt secularis põt cogere, captis pignorib. & mulcta indicta. Insti. de satisda. p to. facit l. si qñ. C. de testi. ¶ Gl. magna diuiditur principaliter in duas partes. prima tractat, an testes cogant in ciuilib. dic, q sic, exceptis mediatoribus, & priuilegiatis. ¶ Scda tractat de testiũ compulsione in criminalibus: an. s. sint cogendi. & primò allegat pro, & contra. scda ibi [super hoc.] hic ponit opi. quæ habet illos cogi, cum ciuiliter de crimine agit. Tertia ibi [sed hinc] illam impugnat. Quarta ibi [ideoq;.] opi. suã, quæ est, vt nõ cogantur, ẽt cum de crimine ciuiliter agitur. Quinta ibi [qualiter] respondet ad contraria, opi. suã reassumẽs. Sexta ibi [& alij] reassumit, & coadiuuat opi. aliam, dicens illam esse æquã. Septima ponit opi. Inn. ex quib. omnibus opi. & aliorum, quas hic refert Io. An. dicit ipse, q possit colligi vtilis distinctio: quã tñ non colligit hic alius. ¶ Ego aũt ex prædi-
2 ctis oib. sic distinguo. † cũ quærit, vtrũ testes debeãt cõpelli ad phibendũ testimoniũ, sic distingue: aut loqueris in ciuili: aut in criminali. primo casu regulariter cõpellũt testes. fallit in quibusdã personis, de quib. dixi, remittendo. s. c. 1. Item fallit in mediatore, in quo distingue. aut partes ambæ consentiunt: & cogitur mediator testificari. aut ambæ dissentiunt: & non admittitur. aut alter tantùm consentit: & tunc admittitur, sed non compellitur. Ratio. n. est, quare non compellitur, altera parte nolente, vt ibi no. Accur. secundo casu, cum loqueris in criminib. sic distingue. aut crimen deducitur in iudiciũ per modum intentionis principalis. primo casu aut cælãdo crimẽ aduersarius magnũ dãnũ cõsequit: & compellitur, vt j. c. proxi. & s. eo. c. super his. Aut non consequitur enorme damnum: & tunc aut perseuerat in crimine. & distingue. nam aut est de crimine damnatus: & debet cogi: aut nõ est cõdẽnatus: & nõ dẽt cogi. qa cũ pena illi, cõtra quem obijcitur, non sequat: meritoriũ est cælare. 2. q. 1. c. si peccauerit. aut perseuerat in crimine: & tũc aut est crimẽ manifestum: aut occultum. & si occultum, aut est periculũ: vt hæresis. & debet cogi. ff. de accu. c. qualiter. j. de hære. c. ad abolendã. aut non est periculosum: & non debet cogi in occultis. Si autem est crimen manifestum: & compellitur, si in crimine perseuerat reus, vt quòd Dei timore, &c. j. de vi. & ho. cle. c. vt clericorum. secundo casu principali, cum scilicet crimen deducitur in iudiciũ per modum principalis intentionis. & distingue; quia aut agitur de crimine ciuiliter, aut criminaliter. primo casu non videtur testis cogendus, seu compellendus: nisi cum actor magnum detrimentum pateretur, vt s. dixi. aut agitur criminaliter: & tunc aut est illa ta iniuria in personam ecclesiasticam: & coguntur supra eo. c. peruenit. aut in laicum: & tũc aut testes se subtrahũt odio, timore &c. & coguntur. & idẽ si apertè impediantur. s. eo. c. puenit. aut se nõ subtrahũt, sed recusant deponere. & tũc aut agit ad pænã pecuniariã: aut corporalẽ. primo casu cogunt. ¶ Secundo casu aut ille, qui producitur in testem, est clericus: & non cõpellitur. aut laicus: & tunc aut aspirat ad clericatum: & similiter nõ compellit. j. ne cle. vel mo. c. sententiã. aut non aspirat. & tunc secundùm leges pcisè cõpellitur. secũdùm canones distingue: aut dicitur de illo crimine condẽnatus, & ad probãdã infamationẽ producũt: & coguntur, vt s. dixi. aut nõ est condẽnatus: tunc dicunt quidã (vt glo. hic) q regulariter nõ cogunt. Host. dicit contrariũ. s. q in criminib. regulariter cogendi sunt testes. hæc contraria opi. glo. multis rationib. impugnat. p ipsam nanq; Deus offenditur: res publica læditur: pximus corrumpitur: materia delinquẽdi, & corrumpendi testibus ministratur: mens vtriusq; iuris peruertit:
3 reus, qui pęna debet affici, de sua malitia gloriatur. ¶ † Ex qbus cõcluditur in criminalibus testes ad testificandum fore cõpellendos. Et hanc opi. credo veriorẽ, & uidi in summa per eum. eod. tit. in fi. & in Spec. de teste. §. pe. vbi in materia nihil firmat.

SVMMAE.

1 *Laici ratione coniurationis factæ contra Ecclesiasticam personam cõueniuntur in foro Ecclesiastico.*

2 *Socij criminis admittuntur in testes ad detegendam coniurationem.*

3 *Colligantes se adinuicem videntur facere coniurationem, quæ prima facie semper præsumitur illicita.*

4 *Coniurantes, & conspirantes qualiter puniãtur.*

VEnerabilis frater. Ad detegẽdam abiurationem coguntur socij, etiã inuiti. h.d. primò ponitur iusta petitio. secundò ipsius exauditio, & admissio. secunda ibi [ideoq;.] ¶ Primò not. † quòd laici ratione coniurationis factę contra personã Ecclesiasticam cõueniuntur in foro Ecclesiastico. facit. s. eo. c. peruenit. coniuncta sub-
1 scriptione. ¶ Secundò no. † quòd ad detegendam coniurationem socij criminis admittuntur in testes, quando per alios nõ potest de ueritate liquere. facit C. de hære. l. quoniã multi.
2 ¶ Tertiò not. † q cum plures inuicem se colligant, videntur facere cõiurationem, quæ prima facie semper præsumitur illicita. ut not. Inno. j. de scisma. c. 1. qñq; tamen fit ad bonũ
3 finẽ: vt cum plures ciuitates, & loca faciunt confœderationẽ: vt sibi adinuicem contra conturbantes cõe bonũ pbeant auxilium, vt est casus not. in l. non dubito. ff. de cap. facit 11. q. 1. c. coniurationum. & c. si quis sacerdotium. ¶ † Qualiter autem puniãtur coniurantes, & conspirantes, notatur in j. gl. cui adde quod not. Io. colla. de pace tenen. c. hac edictali. §. conuenticulas. & si quis tumultum contra aliquem fece-
4 rit, vel seditiosas voces admiserit. capitalis est pæna. C. de his, qui ad eccle. confu. l. denunciamus. & C. de seditiosis. l. 1. & 2. ff. & de pęnis. l. aut facta. 1. respon. & l. si quis aliquem. §. actiones. eod. tit. & C. de epis. & cle. l. conuenticula. facit j. de ver. signi. c. constitutionem. lib. 6. vbi. per Archi. de istis coniurationibus.

¶ De

De fide instrumentorum.

CONTINVA, vt s̄.de testibus in rub.Tangit Io.An.de significatione huius vocabuli,ĩstrumenti. quod sumitur multis modis. quò ad presentem tractatum comprehendit omnia,per quæ causa instruit.s̄.ti.1.c.peruenit. eo.li.quod dic.vbi ad materiam facit. 2.q.9. c.si debitus.& c.quartæ.& 9.dist.c.si ad sacras.19.di. c.in memoria.3. q. 4.c.nullus. & in 6.lib.de elec. c. vt circa. & cap. fundamenta.de rescrip. c.statutũ. §. notorium. & de priuile. cap. cum personæ. cum multis similibus hic allegatis in nouella.&c.

SVMMAE.

1 *Scriptura authentica,quæ dicatur publica,& quæ priuata.*
2 *Instrumentum si dicatur factum esse ab eo, qui non erat notarius,an debeat probari.Et qualiter probabitur.nu.3.*
4 *Quasi possessio notariatus quomodo probetur.*
5 *Notarij ad cuius petitionem, & mandatum debeant conficere instrumenta.*
6 *Papa si mandet procedi secundùm tenorem priorum literarum, quæ non apparent:an possit iudex procedere.*

SI scripturam authẽticam. Breue est, & ideò non summatur. principalẽ materiã huius.c.(an.s.exemplatis instrumentis detur fides) non tangunt hic Doc. quæ propriè caderet,ipsam explicaui in c.Albericus.s̄.de testi.& Doct.iuris ciuilis in Auth.si quis in aliquo documento.C.de eden.& per Iac.Bu.in l.2.ff. eo.ti.prolixum autem apparatum Inno.& Doc.per qõnes succinctè ex
1 pedio.¶Primò ergo quæro, †quæ dicatur scriptura authentica:quæ publica:quę priuata.dicunt quidam,vt refert Inno. ꝙ illa dicitur authentica,quæ fit auctoritate iudicis per quãcunq; personam.Alij dicunt,ꝙ dicitur authentica, quam facit priuatus cum subscriptione testium in Auth. e.§.si tamen quisquam.& C.qui po.in pig.ha.l.scripturas.Sed Inn.dicit,ꝙ talis scriptura est priuata.Host.remittit ad c.j̄.proxi.vbi hoc etiam tangitur in publico.Alij dicunt,vt hic refert Io. An.publicum autem instrumentum dicitur,cui de iure,vel consuetudine creditur sine alio adminiculo, vt infra eod.c.cum dilectus.Mortuis enim notario,& testibus,alia instrumenta fidem faciũt,& auctoritatem habẽt.in Auth. e.§.sed si instrumenta.§.si non moriantur.co.6.¶Omnes autem scripturas, præter chartas tabellionum,& acta iudiciorum,reputat Inn.
a scripturas priuatas, ᵃcum per manus illorũ scripta non sunt: qui sunt ad officium deputati. In tali autem scriptura priuata, quã quis facit de facto suo, non est necessaria subscriptio. dummodo constet esse suam scripturam, vt C.de nõ.nu.pec. l.cum fidem.& in Auth. contra qui propriam.Cõstare autem potest:vel per cõfessionem: vel per collationem alterius scripturæ scriptoris, eiusdéq; aduersarij, & testium,qui subscripserint,comprobetur,vt C. de proba.l.instrumenta.&c. ¶Se
2 cundò quæritur† si negetur illum,qui instrumentum confecit,fuisse notarium:an debeat probari,& qualiter. dicit Inn. quòd probari necesse est. quia illa, quæ ex priuilegio aliquis sibi vendicat,non pręsumũtur,nisi probẽtur.100.di.c.contra morem.certum est autem,quòd ex priuilegio Papę, & Impe
3 ratoris†confertur tabellionibus officium, vt not.Inno.infra e.cum P.tabellio. ¶Qualiter autẽ probetur quem esse nota. dic per testes, vel per aliud instrumentum de officio sibi cõmisso:vel per quasi possessionem officij, quãdo.s.est quæstio inter duos, quorum alter vtitur instrumento. secus si esset quæstio cum ipso notario,vt no.Inno.in c.veniens.de ver. sig.lib. 6.& in Spe.de proba.§.1.ad fin. ver. verùm licèt probatio.cũ
4 ver.seq. ¶†Quomodo autem probetur hæc quasi possessio. dic,quòd eoipso, quòd officio tabellionis publicè fungebat̃. ar.C.ad Maced.l.1.& l.Barbarius.de offi.prętо.Idem si appareant multa,& diuersa instrumenta inter multos,& diuersos per manũ eiusdem confecta super contractibus legitimis,q̃ cõiter recipiuntur ab omnibus, vt publica. vtrùm aũt sufficerent duo instra manu eiusdem confecta.quidam dicũt, quòd non,s̃m Inno.cum.n.nec certus numerus,nec certi tradantur limites,recurritur ad arbitrium iudicis,secũdùm Host.& de hoc in Spec.in ti.de instru.editio.§.restat. ver.& scias. & ver. illud aũt.& in fin. 1.col.ver. sed quid si producitur. vbi not. quid iuris.si notarius est de longinqua regione.& per Azo.in summa Auth.eo.ti.& per Cy.C.et.ti.l.comparationes.¶Tertiò quæro,an credatur literis abbatum, & aliorum prælato-
5 rum.dic vt s̄.de proba.c.post cessionẽ.¶Quartò† quæro ad cuius petitionem,& mandatum debeant notarij conficere instrumenta.quidam dicunt,ꝙ debent esse rogati ab ambabus partibus,qñ actus,qui geritur,vtranq; concernit.si aũt vnam tñ(vt testium protestatio,appellatio, & similia) tunc sufficit mandatum,seu requisitio illius, cuius interest confici instr̃m. de quo in Spec.de instru. edi.§.2.ver.sed pone &c. ¶Quærit
6 gl. 2.†si Papa mãdat procedi s̃m tenorem priorũ literarum, quæ non apparent:an possit iudex procedere, tenet gl.ꝙ nõ. ex qua collige,ꝙ si vna dispositio facit de alia mentionẽ, debet illa alia apparere:aliàs dispositio referens:seu quæ refert ad aliam,vitiatur.ar.ad hoc l.in testamento.ff.de condi.& de mon.Et istud est verum, qñ scriptura se referens est incerta. Si autem esset certa:tunc esset secus.facit quod not.in l.admonendi.ff.de iureiur.& per Bar.in cap.abbate.infra de verbo. significa.

ADDITIO.

a ¶Scriptura priuata potest etiam confici à notario.s.quando non adhibetur solemnitas publici instrumenti.Bal.in l.scripturas.super ver.notarij.C qui po.in pig.ha. vel quando notarius non rogatur in forma tabellionis.idem Bal.in l.fi.ver.2.oppo. C.si cer.pe. & in rub. C.de fi. instr.in ver.sed dubitatur,nunquid notarius.

SVMMAE.

1 *Sigillum appositum chartæ,an faciat fidem contra eum, cuius deprehenditur fuisse sigillum.Et an præsumatur appositum de eius conscientia.nu.2.*
3 *Debitor an præsumatur soluisse, si apud eum reperiatur instrumentũ debiti cancellatum.*
4 *Sigillare an quis possit alieno sigillo.*
5 *Sigillum an debeat esse authenticum.*
6 *Signari an possit cum corrigia, vel alia re non apta ad signandum.*
7 *Sigillum quod appellat ius canonicum, leges appellant annulum.*
8 *Sigillum suum apponens in charta alba, & ipsam sic sigillatam tradens procuratori:an obliget dominum in omnibus, quæ ibi scripserit:vel scribi fecerit.*

SCripta. Scriptura authentica fidem facit in tribus casibus hic contentis. hoc d. Non diuiditur,quia breue.¶Primò not. quòd quandóque scriptura authentica fit per manum publicam: vel habet sigillum authenticũ. ¶Quare autem quædã dicatur authẽtica,& quædã publica, hic not. Doc. & supra c.proxi.su-
1 per eo.c.Inn.† & post eum Doc.tractãt materiam de sigillo. appo.char.an.faciat fidem contra eum, cuius deprehenditur esse sigillũ.Et dic, quòd sigillũ apponitur in literis multis de causis, quãdoq; in signũ causę. 12. q.2.c. sine exceptio. & s̄. de procu.c.1.& ff.de pig.ac.l.fideiuss.§.fi.cũ l.sequ.Quãdoq; in signum testimonij.ff.de pig.ac.l.Caius.& l.Lucius.§.Titia.

de leg.2.Quãdoq; in signum auctoritatẽ præstantis.2.q.2.c. sacramentorum.& c.cũ redemptor. Quandoq; in signũ cõfirmationis.j.eo.c. inter dilectos.§.j.Vinc. ¶Et quia ex istis & multis alijs põt imprimi sigillum chartis, semper est vtile declarare,& exprimere, ad quid apponatur, & cuius sit,& à quo apponat.s.de trãsac.c.fi.39.dist.c.1.& 2.& quod leg.& no.de libel.obl.c.fi. Si tñ hic non specificet,& aliter dephendi põt, sufficit.de confirmatione uti.vel inu.c.cum dilecta. §.
2 quia verò.& de fideiu.c. peruenit. ¶† In dubio autem si apponitur sigillum alicuius in aliqua charta: an præsumatur appositum de eius conscientia: vel ab eo, si nõ apparet,ar.ꝙ non.s.de prob.c. tertio loco. vbi dicitur,ꝙ furtiuũ erat sigil-
3 lũ.ad hoc vide.l.notab.C.de reb.alie.nõ ali. Similis†est qõ in debitore, penes quẽ reperit instrm debiti cãcellatum,an præsumatur soluisse. distinguitur enim, si est domesticus creditoris,vel non, vt no.s.vt lite pen.c.3. non absurde posset hic similiter distingui,producatur charta cum sigillo alicuius domestico eius, vel extraneo, cum quo conuersat:vt primo casu non præsumatur sigillum ab eo appositum. in secũdo sic.
4 ¶Secundò quærit † an possit quis sigillare alieno sigillo. dicit, ꝙ sic, si proprium habere non põt. tamen oportet hoc exprimi,scilicet cuius sigillo signat,& quare alieno:& quæ sit ratio, notat hic Innocẽ. facit l.ad testium.§.si signa.ff.de tes.
5 ¶ Tertiò quærit † an sigillũ debeat esse authenticũ.dicit, ꝙ nõ, principaliter:sed secundariò præbet auctoritatẽ scripturæ,vt in testamẽtis. Sufficit ergo qualitercũq;, dũmodo charactẽrẽ habeat,vt d.l. ad testiũ.§.pe.nec exigit,ꝙ ibi sint literæ:dũmodo aliter certũ sit de sigillo.Si aũt sint ibi literæ,oportet,ꝙ possint legi in totũ:ut saltẽ in tanta parte,ꝙ possit intelligi, qd velint dicere: aliàs non probat. j.e.c. inter dilectos. §.sed contra priuilegium. ver. nam & in ipso sigillo.¶Quar-
6 tò quæritur.† vtrùm cum corrigia, vel alia re non apta ad signandum signari possit. dic,ꝙ non,d.l. ad testium. ¶ Et ad-
7 uerte.† quia qđ ius canonicũ sigillũ appellat,leges appellant annulum.nec est vis in noïe.s. de procur.c. petitio. & hoc ideõ est, dicit Hostien. quia antiqui non habebant sigilla: sed annulos cultos, cum quibus signabãt: sicut hodie sunt multi. nec est vis, an loquatur ille, qui in scriptura se obligat:an ille, qui sigillat. sicut nihil refert, loquatur notarius in prima ꝑsona:an in persona tertia.j.de cõuer.cõiug.c.dudũ.¶Quĩ-
8 tò quærit †,& diffusè prosequitur de illo, qui apponit sigillũ suum in charta alba.& ipsam sic sigillatã tradit procuratori: an obliget dñm in omnibus, quæ ibi scripserit, vel scribi fecerit.¶Sol. qcquid dicãt, ꝙ habet mandamentũ limitatũ ad certũ qd scribendum:& scribendo aliud, non obligat dñm: imò tenetur pœna falsi. aut habet generale mandatũ ad scribendũ ibi, quicqd sibi placuerit: & uidet valere quicqd ibi scripserit, quò ad dominũ obligãdũ: qa sic dñs videt omnia suæ fidei commisisse.ff.commodati.l.3.§.fi. cũ l.seq. ¶ Alij dicunt, ꝙ in tali charta alba cum impressione sigilli procur. in nullo põt dominum obligare: nec valet quicquam, quod ibi scripserit. & hoc probat Inno.multis rationibus.Hostien dicit, quòd consuetudine magni domini cõmittunt alijs sua sigilla. & quicquid ibi faciunt,sumit auctoritatem, & effectũ à dño, qui cõmisit. talis consuetudo valet, quia præbet robur etiam priuatæ scripturæ. Et hoc credo verũ,quotiescũque constat sigillum tradidisse: vel chartã albã sigillatã alicui ad aliquid faciendũ. ¶Traditio enim talis sigilli videtur importare mandatum tacitum cõtrahẽdi,vel ius reddẽdi:secundũ qđ sigillũ illud est ad certũ officiũ deputatũ.j.de app. c. significauit. sicut si penes maritum reperiuntur instrumenta debitorum vxoris, qui producit in iudicio ad probationem sui mãdamẽti:ꝑsumit enim habuisse mãdatũ exigẽdi,ut l.fi.C.de pac.cõu.&de ꝓdicta qõe sigilli hic latius in nouella.

S V M M AE.

1 *Rasura in loco non suspecto non uitiat instrumentum.*
2 *Volenti redarguere literas de falsitate datur copia. similiter & aliorum instrumẽtorum.*
3 *Abrasio non infert necessariò instrumẽtum falsum, vel suspectum.*

EX literis vestris. Rescriptum abraium, propter rasuram in loco non suspecto, non censetur uitiosum.h.d. communis diuisio. secunda ibi[dicimus.] ¶ Pri-
1 mò not. † quòd rasura in loco nõ suspecto non vitiat instrumentum. concor. C.de edi. di.Adri. tol. l.fi. quinimo si esset in loco suspecto: si tamen illud, quod abrasum,& repositum est, inuenitur in alijs partibus iustũ: non nocet abrasio,ut sẽtit glo.not.j.de reli. domi.c. cum venerabilis. In istis aũt literis iustitiæ (de quibus loquitur iste tex.) non est falsitas de
2 facili præsumenda. j. de crimi. fal.c.pe. ¶ Secundò not. † ꝙ volenti redarguere literas de falsitate dat copia. similiter & aliorum instrumentorũ.qđ dic,vt plenè in l. 1.§. editiones. ff.
3 de eden. facit qđ not. in c.2.de dila.¶ Tertiò not.† ꝙ abrasio non infert necessariò instrm falsum, vel suspectũ, vbi nõ est in sbïa instrumenti. vbi autem apparet abrasio, nec apparet à quo. dicit Io.And. ꝑsumendũ esse per cancellariũ: vel alios officiales curiæ,ad illud officium scribendi deputatos.ꝑ alios aũt si fieret, essent falsarij. & excõmunicatio est in Curia, si quis literas radere attẽtaret:nec de facili solet absolui. ¶Quartò, & vlti.not. ꝙ iste text. intelligitur de abrasura in loco non suspecto facta, ut dixi in prin. & secundùm Goffre. intelligit de modica mutatione literæ, vel syllabæ. secus si totum nomen raderet: nisi constaret, ꝙ de manu eiusdem notarij esset abrasum,vt dixi. quid autẽ si sit deletum,vel cancellatum, dic ut in l. 1. ff. de his, quæ in testa.delẽ.

S V M M AE.

1 *Priuilegium quando redarguitur de falsitate, debet exhiberi ipsum originale.*
2 *Inspectio comprehendit lectionem.*
3 *Priuilegia deferre ad partes longinquas, est periculosum.*
4 *Priuilegium si laceratur per aduersarium, quid iuris.*

ACcepimus. Redarguenti priuilegium de falso index faciet illud exhiberi corã paucis, & in secreto loco. & interim stabit sñïæ latæ per illud. h.d. In prima parte decisa petitio. in scda ꝓuisio. secunda ibi [cum priuilegia.]
1 ¶Primò no.† ꝙ cum priuilegiũ redarguit de falsitate,debet exhiberi ipsũ originale,vt l.1.& ibi plenè. ff.de edẽ.& debet
2 inspici,vt hic. † Inspectio aũt lectionẽ etiã indicat, vt ff. quẽ
3 ad.test.aper.l.2.§.inspectio.¶Scdò no.†ꝙ periculosũ est deferre priuilegia ad partes lõginquas. & propter hoc vtile est consiliũ Inn.s.de testi.c. Albericus. ꝙ de uno instro plura solẽniter excẽplent.simile. s. de rescrip.c. ex tenore.facit. ff. de test.l. unum. ¶ Tertiò not.priuilegia exhibenda in loco secuto.j. de priui. c. cum persona.lib. 6. Nam qñq; priuilegium tradit integrũ, & illæsum, & redditur ab aduersario corru-
4 ptum.Quandoq; in manibus tradẽtis,seu ꝓducẽtis ꝑ aduersariũ in cõspectu iudicis lacerat. quibus casibus, qđ iuris sit, vide hic per Io.An.licèt minus perfectè.mihi videt in istis casibus,ꝙ cũ arguat dolus aduersarij in reddẽdo corruptũ,vel in laceratione,tenor instri, vel priuilegiũ probet per iuramẽtũ,vt l.si de pos.C.de ꝓb. & ar.no.in c.vlt.s. qđ me.cau. & in c.dilecti.de fo.cõ.facit ad materiã.c.cũ olim.de priu.¶Quartò no. ꝙ ꝑfigitur terminus priuilegiũ redarguere volenti de falsitate: & ultra nõ auditur.facit l.Titia.ff.de accu.& l. diffamari.C.de ing.&ma.&s. de ꝓba.c.licèt cãm.¶Quintò no.i ver. uacillare. licèt instrm,siue priuilegiũ arguat de falsitate, iterũ ꝑsumẽdũ est ꝓ eo.conc.C.de ꝓba.l.cũ ꝓcibus.& de tes. tu.l.iure nño. nec suspicio falsitatis suspẽdit executionẽ sñïæ. de quo dic,vt l.4.§.cõdẽnatũ.ff. de re iu.& eo.ti.c.de cetero.

Priuile-

SVMMAE.

1 *Priuilegio qui vult vti, debet illud ostendere.*

2 *Particula priuilegij an sit edenda.*

3 *Producit aliquis Senis vnum capitulum statuti siue constitutionis ecclesiæ Florentinæ: an sufficiat, vel debeat produci totum volumẽ.*

CONtingit interdum. Instrumẽtũ, vel priuilegium, quo quis vtitur, aduersario corã iudice integraliter nõ debet legi: sed solùm illud cap. de quo agit, debet edi. h.d. cõmunis diuisio. scđa ibi [cõsultationi.]

1 ¶Primò no. ꝙ ille, qui vtitur priuilegio, debet illud ostendere: cum. n. priuilegia priuent legem cõem. qui dicit sibi aliqd ex priuilegio licere: debet illud demonstrare: aliàs præsumit contra eum. 100. dist. c. cõtra morẽ. & in c. ad decimas. de re

2 sti. spo. li. 6. ¶Scđò no. †particulam priuilegij edendã, & non

3 totum priuilegium. facit ad qõnem† si quis producit hic Sẽ. vnum capitulum statuti, siue constitutionis ecclesiæ Floren. an sufficit: vel debeat produci totũ volumen. & videtur, ꝙ totum debeat edi: quia vltima particula corrigit fortè priorẽ. dicit Bart. ꝙ in statutis sufficit producere vnum capitulũ: nec requiritur, ꝙ exhibeatur totum volumẽ. vide per eum plenè in rubri. ff. de ope. no. nun. de quo per Cy. in l. fin. C. de prec. Impe. of. facit ẽt iste text. ꝙ legatario petenti à notario tstm̃, non tenetur hæres, vel notarius edere totum sibi: sed particulam legati. facit l. prætor. ff. de eden. ¶Vltimò not. ꝙ totus tenor priuilegij legitur, audiente parte: sed sibi particula tantùm exhibetur.

SVMMAE.

1 *Iura partium si sint obscura, in dubio pro reo est ferenda sententia. & nume. 23.*

2 *Libellus potest fundari contra procuratorẽ, & sententia.*

3 *Petitio incerta an admittatur circa rem, & fructus. & an sine causa. nume. 4*

5 *Obtinens in possessorio potest intentare rei vendicationem.*

6 *Sententia lata super possessorio non prodest in petitorio.*

7 *Expressio causæ in actione reali quid operetur.*

8 *Fama ad probationem dominij licèt non sit sufficiens de per se: tamen inducit bonam fidem.*

9 *Falsitas deprehenditur ex variis, & perspicuis coniecturis.*

10 *Indictio licet discordet ab annis Domini, non viciat instrumentum.*

11 *Scriptura si appareat recentior, quàm charta, redditur instrumentum suspectum.*

12 *Character, & sigilli quando non apparent integri, redditur suspectũ sigillum.*

13 *Sigillum consumptum in media parte, non facit fidem.*

14 *Subscriptio quando apparet manu alterius, quàm scribentis ipsum instrumentũ. & dicitur in eo, quòd manu eiusdem notarij est scriptum, redditur ex hoc suspectum.*

15 *Iudex, qui tulit sententiam, declarando aliquem dominum alicuius certæ rei: potest dictam rem, tanquam propriam postea vendicare. & num. 25.*

16 *Acta non nocent, cui non nocet sententia.*

17 *Confirmatio non confert nouum articulum: nec antiquum plus corroborat, quàm teneat à seipso.*

18 *Actus idem non potest operari contrarios effectus,*

19 *Animus retinendi an operetur acquisitionem possessionis.*

20 *Semel meum non potest amplius meum fieri.*

21 *Principale si non tenet: nec accessorium.*

22 *Dominiũ non probatur per locationẽ rei, nec ad plenum possessio.*

24 *Vasallus vtile dominium, quod habet in feudo, donare non potest sine licentia domini.*

26 *Procuratorium si exhibeatur sine die, & loco sub sigillo constituentis an faciat fidem.*

1 INter dilectos. † Cũ iura partiũ sint obscura, in dubio est ꝓ reo sñia ferenda. h.d. diuidit principaliter in tres partes. In prima abbatis petitio ad suã intentionẽ fundandã: tituli allegatio, sñiæ, priuilegij, instrumẽtorum, & testiũ ꝓductio. Scđò priuilegiorũ productorum multiplex impugnatio: similiter sñiæ, & attestationũ, & vltimæ causæ diffinitio. Scđa ibi [sed cõtra.] tertia ibi [cum aũt.] factum sic se habuit. Agebat abbas rei vendicatione ad ea, q̃ dicuntur in text. allegabat primò titulum donationis, & licentiã Comitis. Scđò sñiãm latã contra nepotem dicti epi molestantis dictũ monasteriũ. Tertiò priuilegiũ confirmationis Henrici. Quartò instrã locationis. Quintò longã possessionẽ ꝑ testium depositionẽ ꝓbatã. In scđa parte oĩa ista ꝑ ordinẽ impugnantur. Et primò priuilegium donationis epi licentia Comitis. Scđò priuilegiũ confirmationis Henrici. Tertiò priuilegium sñiæ. Quartò attestationes. Quintò reassumit priuilegium Henrici. Sextò instrm sñiæ. Septimò attestationes, & dictum priuilegium, impugnãdo ipsũ, inquantum continet nouam donationẽ. Octauò instrumenta locationum. particulæ patent in litera. ¶Primò

2 no. †ꝙ libellus pòt fundari cõtra procuratorem. similiter & sñia. quod dic, vt no. s. de elec. c. querelam. & l. 1. C. de sen. qđ aũt dr̃ hic, ꝙ abbas potuerit agere, intellige de consensu Capituli. de quo plenè. s. de rescrip. c. edoceri. ¶Secundò no. ꝙ plura pñt peti in eodẽ libello: sicut iste. petiit. n. portũ, homines, & fructus. qđ est verũ non solùm, si eadem actione petãtur: sed ẽt si diuersis, vt l. non est nouum. ff. de act. emp. l. si ex multis. C. de anna. exce. in criminalibus aũt an quis possit in eodem libello accusare quẽ de pluribus criminibus, vel etiã plures. dic vt l. qui de crimine. C. de accus. & l. 1. C. si reus vel

3 accus. mor. fue. ¶Tertiò not. †ꝙ hic admittitur petitio circa rem. & fructus. dr̃. n. [portus scordulæ: homines, qui habitãt] &c. & hoc procedit ex eo, ꝙ vnica demonstratione redditur res certa: cũ alia non reperiantur dicto nõie, vt not. de Gallo oppresso in l. hac cõsultissima. C. q. test. fa. pos. Itẽ quò ad homines est certa, qa refertur ad homines certi loci. paria. n. sũt certũ petere, vel ad certũ se referre, vt l. 1. & 2. C. de sen. quæ sine cer. quan. & l. si ita scripsero. ff. de condi. & demon. facit ff. de ver. signi. l. rei appellatione. & quod ibi per Bar. quò ad fructus autem an admittatur petitio incerta. dic vt in l. cũ in propria. C. si quis alteri vel sibi. & per Inno. in c. grauis. de resti. spo. & fuit expediens petere fructus: quia aliàs non venirent in condemnatione: nisi percepti essent post litem motã vt l. fi. C. de fideicommis. lib. coniuncta. l. ædiles. §. item sciendum. ff. de ædili. edic. ¶Quartò no. †quòd admittitur petitio

4 sine causa. dicit. n. abb. ad ipsum hæc omnia pertinere, nec expressit causam. & hoc ideo; quia agebatur rei ven. vbi sufficit deductio causæ proximę, vt dominium. In personali aũt secus. qđ dic, vt l. edita. C. de eden. & dixi plenè. s. de lib. obla.

5 c. 2. ¶Quintò not. †ꝙ ille, qui obtinet in pos. omnino nõ ꝓhibetur intentare rei vendicationem. qd intelligo verum, nisi super possessorio fuerit sententia executioni mandata: quia cum tunc non possideret, non posset agere, vt in c. examinata. s. de iudic. inconsultè tñ facit, qui obtinuit in possessorio, intentare rei vendicationem, cum possit per sententiam latã super eo auocare possessionem, quæ habebit effectum proprietatis. quia de cetero nõ cogetur ostendere titulum, vt l. cogi. C. de peti. hære. Et est consilium Iurisconsulti. & sit cautus qui agit ad aliquam rem, prius requirere, an sibi competat aliquod possessorium, vt l. is qui destinauit. ff. de rei vend.

6 ¶Et collige etiam, † ꝙ sentẽtia lata super possessorio nõ ꝓdest in petitorio. de quo dixi in c. pastoralis. s. de causa pos. Et dic per Dyn. vt in reg. qui ad agendum. de regu. iur. lib. 6. ¶Sextò no. quòd hic fuit petitio generalis, & in processu plures causæ expressæ ad victoriam obtinendam (vt titulus donationis, & sñiæ. confirmationũ, locationũ, & præscriptionũ) videtur enim, ꝙ eadem res possit deberi ex pluribus causis, quod est verum in actione personali, vt d. l. non est nouum. ff. de act. emp. ¶In realibus verò non potest dominium ex pluribus causis vendicari: quia quod meum est ex vna causa, nõ

7 potest amplius fieri meum ex alia causa, vt hic in fi.c.† ope-
a rat tamen expressio causæ a in realibus: vt agens ex vna cau
sa, & succumbens non prohibeatur ex alia petere eandem
ré.qđ dic, vt no.in c.abbate sané.de re iud. lib.6.& C. de ali.
8 iudi.l.1.qđ dic, vt ibi.¶Septimò no.† ꝙ ad probationé dñij
inducit fama. quæ licèt non sit sufficiens de per se: tamen in
ducit bonã fidem.facit quod no.in l.at qui natura.§.cum me
abseñ.ff.de neg.ge.& l.ꝓprietatis.C.de ꝓb.per Bar. ¶Octa-
9 uò no.in vers.si conrra priuilegium, † ꝙ falsitas deprehendi
tur ex varijs, & perspicuis coniecturis. & istud c. est in pra-
ctica l.vbi.C.de falsis.vbi tex.dicit [vbi falsi examen inten-
ditur,acerrima fiat indago.] &c. in casu huius c.satis potest
dici acerrima, & subtilis inquisitio.de qua tex.prosequit.
10 ¶Nonò no.†ꝙ in annotatione indictionis pót falsitas facilè
deprehendi.quasi innuat iste tex. quia posset discordare indi
ctio ab anno Domini. & ex hoc non valet instrumentum. cu
ius contrarium tamen consuluit Dy. de quo per Ioa.An. in da
11 ta.6.li.& per Bar.in l.librarius.ff.de reg.iu.¶Decimò no.†ꝙ
si recentior appareat scriptura, q̃ charta, reddatur instrumé
tum suspectum.non tamen est sufficiens probatio. qa potest
hodie in charta vetustissima scribi, sm Ioan.An. ¶Sed hoc
nihil est dicere: nec verosimile,ꝙ hoc iduxerit suspitioné.In
tellige ergo,quòd charta:(hoc est tépus in charta appositú,)
erat longissimum.&scriptura recétior,tanq̃ facta posterius,
& non tempore confecti instruméti.¶Vndecimò no.in ver.
12 3.† ꝙ quando character, & sigilli non apparent integri,red-
ditur suspectum sigillum. Similiter quando aliquæ ex literis
non apparent:vel qñ apertæ non possunt cadere in loco,un-
de sunt deletæ.quæ inuestigatio est subtilis: vt ad quantitaté,
& formá literarum habeatur respectus. Item etiam ad insi-
gnia dignitatis,quę depreheduntur in imagine, & in chara-
13 ctere. ¶Duodecimò not. in uers.sed ipsum. † quòd quando
sigillum consumptum est in media parte, non facit fidé,ma-
ximè qñ literæ nõ apparét pro maiori parte. ¶Tertiodeci-
14 mò not. in ver.instrm. †ꝙ quando subscriptio appareret ma
nu alterius,q̃ scribétis ipsú instrm.& dicit in eo, ꝙ manu eius
dem notarij est scriptú: redditur ex hoc suspectú.non em̃ po
test notarius alteri cómittere scriprurá,& scribédi officiú de
legare : nisi auctoritas iudicis interueniat,vt ĩ.e.c.pe. & vlti.
& in Auth.de tab.col.4. & in Spec.de instr.edi.§.restat. vers.
15 quid de hoc.¶Quartodecimò no.† ꝙ iudex, qui tulit sñiam,
declarando aliqué dñm alicuius certæ rei:pót dictá rem po-
stea, tanq̃ propriam,védicare.de qua.ĩ. dicam. ¶Decimo-
16 quintò no. in ver.attestationes, † ꝙ cui non nocet sententia,
non nocét acta, attestationes, & dicta testiú.& hanc regulá
ponit Inn.s̃.de testi.c.cám q̃.hęc theorica magis colligit hic,
17 q̃ alibi. ¶ Decimosextò not. in ver. ceterùm.† ꝙ confirma-
tio nõ cófert nouum titulú: nec antiquum plus corroborat,
quàm teneat à se ipso.facit c.si gratiosæ. in fi. de resc. li.6. &
c. quia diuersitaté. de conces.præb. ¶ Decimoseptimò not.
18 † ꝙ idem actus nõ potest operari contrarios effectus,s.acq-
sitionem,& retentioné alicuius rei: sicut eadé solutio nõ pót
parere liberationé,& obligationem.& hoc est, qđ alibi reuo
19 cat Bar. in dubium: † an animus retinédi operet acquisitio-
né possessionis. glo.tenet,ꝙ non in l.3. in princ. de acq.pos.
Bar. tenet ibi contrariú,dicens,ꝙ illud, qđ quis facit ad ob-
seruádú,operat ad inducédum,vt l.posthu.§.fi.ff.de inof.tes.
quod dic,vt in d.l.3. per Bar. facit quod no.in c.pe. ĩ.de eo,
20 qui dux.vxo.quam pol. ¶Decimooctauò not.regulá.† ꝙ il-
lud, quod est semel meum, amplius meum fieri non potest.
concor. Insti. de le. §. si rem. Aduerte tamen, quòd licèt fie
ri non possit: quandoque tamen variatur titulus,& domini-
um,qđ habebá ex una cá:possú.n.ipsú ex nouo titulo posside
re:vt prius extiguat.pmissa est igit variatio,& nõ concursus,
vt ff.ad le.fal.l.i fúdo.facit l.seruus alienus.§.fideicómissariá.
21 de he.inst.¶Nonodecimò no.regulá,† ꝙ si non tenet princi
pale,nec accessoriú.conc.l.non dubiú. C.de legi.& in reg. cú
principalis. & facit in ar. ꝙ si non valet electio ratione for-
mæ, vel personæ, confirmatio eius sit nulla ipso iure. de quo
plené.s̃.de elec.c. quod sicut.& in c.cum olim. de do.&cont.
22 ¶Vigesimò no. in vers. per instra.ꝙ per locationé rei non ꝓ
batur dñium, nec ad plenum possessio. Sol.auté pensionis an
probet dominiú,vel possessioné. dic, vt l.quis.§. si cóductor.
ff.de acqui.pos.& ista ꝓcedunt sine dubio: nisi agat cótra il-
lum, q conduxit, vel q pensioné soluit. cótra talé em per so-
lam conductionem,vel pensionis solutioné probata est pos-
sessio:neq; referre pót qóem dominij, vt l. malè agit. C. de
præscrip.30.an.& l. si quis coductionis. & l. conductores.C.
23 loca. ¶ Vltimò no. † ꝙ cum sunt iura partiú obscura, fertur
sñia pro reo. concor.s̃.de proba.c. ex literis. quod limito,vt
no. in c.cú contingat. in gl.sed qualiter.in fi.s̃.de rescr.¶Ve-
nio ad oppositiones.& primò opp. de libello incerto,ꝙ res,
quæ hic petebant,non fuerunt declaratæ per confinia.qđ fie
ri debuit, ut l.forma.ff.de censi.non expressa cá in libello.qđ
est necesse.s̃.de lib.obl.c.fi. Item fuit incerta petitio quò ad
fructus.ergo videtur,ꝙ quò ad ista tria oía róne incertitudi-
nis libellus fuerit defectiuus,contra iura prædicta. solu. vt di
xi.s̃.in 3.&4.nota.vel dic generaliter ad omnia prædicta có-
traria: ꝙ quicqd debeat esse clarum quò ad expressioné ca-
usę confinium omnium : tñ si non opponitur, & incertitudo
pendente iudicio declarat, tenet iudiciú, vt l.si ex multis. C.
de anna.exce.& l.in actione.ff.de fur.&in c.abbate sané.de re
iud.lib.6. facit qđ no.in c. certificari.ĩ. de sepul. ¶ Secundò
opp.hic narrauit ab.ꝙ obtinuit in iudicio possessorio:ergo ui
detur,ꝙ non potuerit intentare rei vendi. quæ non competit
possessori,vt c. examinata. s̃. de iud. & l.officiú. ff. de rei vé.
¶Sol.licèt obtinuerit:tñ possessioné nõ habuit.vel si habuit,
fuit deiectus. Iõ sicut nõ ꝓhibet redire ad petitoriú:sic etiá
econuerso.facit c.pastoralis.s̃.de causa pos.& bene dicit tex.
ꝙ iste petebat possessioné restitui:quia possessio est sequela,
& effectus proprietatis,vt in c. cum dilectus.s̃. de cau.pos.&
proprie.de quo etiá.s̃.de renun.c. super.not. per Dy.in reg.
qui ad agendum.de reg.iur.lib. 6. ¶Tertiò oppo.hic Impe-
rator delegauit cám huic archiep. sed videt, ꝙ abbas nõ po
tuerit litigare corá delegato Imperatoris, tanquàm persona
ecclesiastica.s̃.de fo. compet.ca. si diligenti.& 11. q.1.c. ino
lita. ¶Sol. dic,quòd iste episcopus Luitardus dicitur donas-
se dicto monasterio dicta bona ex proprio patrimonio. &
erant feudalia Imperatoris: ideò ad ipsum spectabat cogni-
tio, etiam contra personam ecclesiasticá, vt s̃. de foro com.
c. verum. & hac ratione videtur,quòd Imperator confirma-
24 uerit hic dictam donationem: †quia vasallus vtile dominiú,
quod habet in feudo, donare non potest sine licentia domi-
ni.vt in 10. col. de feud.non alie.sine consensu ma.do.l.impe
rialé. & C.de iure. emph. l.fi. & ĩ. de re.eccl.nõ alie.c.vlt.
¶Quartò opp.dr hic,ꝙ archiep. sñiam tulit ꝓ abbate cótra
nepoté Luitardi. ergo non videt,ꝙ ipse archieps, vel succes-
sor eius potuerit dictas res,quas adiudicauit abbati,tanq̃ ꝓ-
prias petere,ar.ĩ.de re iu.c.quis.& ff.e.ti.c. sæpe. & ff.de pig.
l. fideiuss.in quibus dicitur,ꝙ præiudicat sibi, q permittit aliú
agere, cum ipse habeat ius in re.So.ibi loquitur in sciente, &
prohibere valéte. secus si prohibere non potest,vt est iudex,
cuius est officiú necessarium,vt l. munerum. ff. de mu.& ho.
25 † Non prohibet ergo iudex rem,quá declarat ad alium spe-
ctare,& pertinere, petere vt suam:secus si fuisset in eadé cau
sa aduocatus,vel procurator.quia præiudicaret iuri suo,cum
hoc videat facere voluntarié,vt l.pe.& fi.ff.d inof test.& l.of-
ficium. de rei vend.& in c.suborta.& qd ibi per Io. An.in gl.
concordat de re iud.& eo.ti.c. cum super. in glo. & semper.
& dixi.ĩ. de cap. mo. c. dilectus.in 13.notabili. ¶ Quintò
opp. dicitur hic, quòd fuit in libello apposita clausula.saluo
iure addendi, & minuendi. contra ; videtur enim, quòd ista
clausula sit superflua. quia à iure subintelligitur. vt l. edita.
C. de eden.ergo superfluò exprimitur: qa inutilis est expres-
sio

sio illorum, quę tacitè insunt, vt l. Cornelius. & l. si quis Sempronio. ff. de hære. insti. ¶ Sol. glo. quæ incipit. dicunt quidā fatetur opp. & dicit, ꝙ superfluò apponuntur: vel ad cautelā Et idem Inno. & Host. & Spec. de li. concep. §. nunc ostendamus. circa fi. facit quod no. s̄. de resti. in integ. c. constitutus. in glo. no. libellum. & per Host. in summa. de lib. obla. §. & an libellus mutari. ¶ Quærit Hostien. si procuratorium exhibeatur sine die, & loco sub sigillo constituentis; an faciat fidem. arguit primò, ꝙ non; quia prædicta requiruntur in instrumētis, & actis, vt in Auth. vt ipse no. ī pe. col. & qui. mo. nat. effic. leg. §. in maioribus. col. 6. & C. de ap. l. 1. lib. 11. & de loco patet de proba. c. quoniam. & de testi. c. ex tenore. ¶ In contrarium. quia diei, & loci non fit parti editio. j̄. eo. c. ver. perpetuus. ad fi. vl. gl. ad qd igitur apponit, si nō expedit edi? Itē mādatum pōt probari per testes. de cle. pere. c. tuæ. sed valet dictum testis, etiam sine die. ergo & instrumentum. vt j̄. e. c. cū Io. præterea videtur casus in l. pe. C. de pig. Hostiē. approbat primam partē. videlicet, ꝙ de rigore iuris non valet tale procuratorium. & rńdet istis rationibus in contrarium ad l. pe. hoc modo. videlicet, ꝙ loquitur in priuata scriptura scribentis. quę non requirit diem, vel locum. facit de pig. ac. l. Titius. & l. Publia. §. fi. ff. depo. dies ergo, & locus conditi instrumēti sunt de substantia. quod dic, vt no. in c. abbate sanè. de re iu. li. 6. & in Spec. de procur. §. 2. ver. quid si in mandato.

ADDITIO.

a ¶ Expressio causæ. Non tamen est de forma appellationis, nec arctat appellantem, quando appellatur à diffinitiua: secus si ab interlocutoria. Abba. in c. ex parte. de appel. Inn. in c. pasto. de offi. deleg. Doc. in l. scio. de ap. Bal. in margarita. ver. expressio.

SVMMAE.

1 *Reportās à Curia literas absolutiōis cū sigillis ignotis, an sit credēdus.*
2 *Dispensatio propriè est iuris relaxatio.*
3 *Ordinarius potest requirere de viribus dispensationis Papæ, vel Cardinalis.*
4 *Suppressio veritatis, & expressio falsitatis reddit absolutionem à voto inualidam.*
5 *Subreptio an reddat decretum, vel sententiam nullam.*

QVod super. Non valēt literæ super absolutione voti: quas cruce figantus obtinuit per veritatem tacitam, vel falsitatem expressam. h. d. communis diuisio. secunda ibi [ad qđ.]
1 ¶ Primò no. † quid iuris, cum quis reuertitur de Curia, & reportat literas absolutionis cum sigillis ignotis. non ei creditur, nisi essent quinque sigilla. de cle. pere. c. 1. & ibi loquitur, cum sigilla, & episcopatus sigillantium sunt ignota. secus si Car. cogniti. & sigilla ignota. quia tunc creditur, nisi sint per subreptionem obtenta. facit quod no. Io. An. j̄. de ap. c. constitutus. in glo. quæritur. ¶ Secundò no. formā literarum apostolicarum, cum super voto dispensatur. nō enim passim est dispensatio facienda: sed cum causæ cognitione. sicut fieri de
2 bet. † omnis dispensatio est iuris relaxatio. de quo in c. promittimus. de æta. & quā. lib. 6. & 81. dist. c. si quis. cum si. facit l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui no. infa. & Spe. in ti.
3 de le. in materia dispensationis. ¶ Tertiò no. † ꝙ de virib. dispēsationis Papę, vel Cardinalis potest ordinarius inquirere. & contra ipsas dispensationes suum officium exercere, si ipsas deprehendit subreptas. argu. contra in c. cū venisset. dic vt ibi. similiter ipse iudex ordinarius quādoque supplet defectū
4 iudicis delegati. s̄. de offi. or. c. significauit. ¶ Quartò no. † ꝙ suppressio veritatis, & expressio falsitatis reddit absolutionē à voto inualidam: sicut absolutionem ab excōmunicatione. Excōicationem verò non reddit inualidā. ff. de offi. ordi. c. ex
5 parte. vbi plenè. † decretum verò, vel sententiam an subreptio reddat nullam. dic vt l. iustè. ff. de acqui. pos. per Bar. & l. cum verò. §. subuentum. ff. de fideicom. lib. & l. 1. ff. de nata. re sti. ¶ Quintò no. ꝙ Papa hic dispensat super voto. an autem alius hoc possit, & quid vertatur in causę cognitione circa cōmutationem, vel dispensationem. dic vt no. in c. quod super his. de voto.

SVMMAE.

1 *Extrauagantem quando sit licitum allegare. & nu. 2.*
3 *Constitutio ad hoc vt habeatur pro decretali quid requiratur.*

PAstoralis. Si de extrauaganti dubitetur, an sit decretalis. aut est iuri cōsona: & tunc iudicatur secundùm illam. aut dissona.
1 & tunc Papa consulitur. h. d. ¶ † Primò not. quando sit licitum allegare extrauagantem. tunc scilicet, cum de ea non dubitatur. Sunt enim multæ extrauagantes: quæ doctoribus, & aduocatis sunt notæ. vt extrauagans. execrabilis. & alia extrauagans Io. 22. & extrauagans ad reprimendam. Imperatoris
2 Federici. ¶ Secundò no. † ꝙ qui sequitur extrauagantē consonam iuri communi, potius videtur inniti iuri cōi, & secundū ipsum iudicare, quā secundū extrauagantem. facit ad not. in in c. 1. de consti. lib. 6. & c. ¶ Tertiò no. ꝙ cum de constitutio
a ne dubitatur, sit constitutio a necne. debet consuli superior. quod est verum, si vult: aliàs verò non tenetur. ex quò enim si bi non liquet, ꝙ sit Decre. non cogitur iudicare secundùm illam. & adde quod no. in l. cum prolatis. ff. de re iudi. per glo. & Doct. vbi sententia est ipso iure nulla, si exprimitur error extrauagantis: secus si iuris scripti, vt l. 1. C. quando prouo. nō
3 est ne. † Aduerte autem quia ad hoc vt habeatur constitutio pro Decretali, requiritur cōmuniter, ꝙ reperiatur in libris. secus si in certis voluminibus reperiatur, secundùm Ioan. An.

ADDITIO.

a ¶ Sit constitutio. An vna constitutio reuocetur per aliā, non facta mentione de illa. vide Io. de Turre crem. in c. quoniam quidem. 18. di.

SVMMAE.

1 *Consuetudo loci facit instrumentum authenticum. & nu. 4.*
2 *Instrumentum licitum est parti producere, etiam post publicationem, vsque ad conclusionem. & nu. 3.*
5 *Consuetudo patriæ est seruanda in foro ecclesiastico.*

CVm dilectus. Post publicatas attestationes vsq; ad cō
1 clusionem possunt instrumenta produci. † & consuetudo loci facit instrumentū authenticum. h. d. ponit duas quæstiones cū solutione. secunda ibi [super tertio.] ¶ Primò
2 no. † ꝙ etiam post publicationem testium licitum est instrumentum parti producere vsque ad conclusionem. & intellige, vsque, exclusiuè. quod probat sequens litera [calculum.] & c. Idem verbum. 6. q. 4. c. si intra. Item intellige hunc tex. nisi sit præfixus terminus ad producendum instrumenta. quo casu an possit produci postea. dic vt in Spe. de dila. §. videdū. ver. quid si datus. & in cle. sæpe. versi. eo saluo. de verbo. sign.
3 ¶ Circa hoc quærit Io. An. † nunquid post conclusionem poterunt instrumenta produci. arguit, ꝙ sic. quia & in causa appellationis possent. & melius est ante tēpus occurrere & c. vt C. in qui. caus. in integ. restitu. non est ne. l. sancimus. dicit Ioan. And. quòd in causa principali vsque ad causæ conclusionem liceat instrumenta producere: postea verò non, vt hic dicit. in causa verò appellationis, etiam post conclusionē factam in principali, nō solum instra: sed etiam testes quandoque licet producere, sm̄ Inn. Non ob. j̄. c. proxi. ver. verùm quia nō intelligitur de conclusione facta in principali causa: sed in cā appellationis. & de hoc in Spec. de instru. edi. §. nūc
4 dicamus. in prin. ¶ Tertiò no. † ꝙ consuetudo patriæ scripturæ priuatæ præbet auctoritatem: vt faciat plenam fidem. sicut publicum instrumentum. quod intelligunt quidam verum sup rebus ciuilibus, & tēporalibus cōfectis. secus si sup spiri-

spiritualibus, secundum Ho. vt. ℐ. ne cle. vel mo. c. sicut. vigore ergo consuetudinis, inefficax probatio habetur pro plena probatione. quid autem econuerso. an consuetudo reddat instrumentum insufficiens: quod alias est sufficiēs de iure cōi. dic, vt no. Old. in consil. suis. ¶ Vltimò no. † ꝙ consuetudo patriæ est seruanda in foro ecclesiastico: vt illa probatio, quę reputatur efficax, & sufficiens in Curia seculari, reputetur & in ecclesiastica: agebatur. n. hic coram epo, vt patet in subscriptione. ad hoc facit l. ex ea. ff. de postu. & in c. cū venisset. ṡ. de eo qui mit. in pos. an autem extra patriā illā dicta instrumenta facerent fidē. dic vt no. Bar. in l. cunctos populos. C. de summa Trini. vbi plenissimè. & adde qđ no. in c. dilecto. ṡ. de offic. ar. per Inn. vbi etiam plenè.

5

SVMMAE.

1 *Credens rem non venditam potest pretium compensare.*
2 *Venditor condemnatur ad rem tradendam vacuam: & à creditorib. liberatam.*
3 *Venditio quando est conditionalis, non agitur ante euentum conditionis.*
4 *Mater, auus maternus, vel alij non habentes in potestate: an possint acquirere filijs, & nepotibus, vel consanguineis stipulando.*
5 *Testis, si dicat se interfuisse contractui, probat.*
6 *Res minus vendi præsumi tur ratione retardatæ solutionis.*
7 *Dictum testis non vitiatur, si dicat se non recordari de anno, mense, et die celebrati contractus.*
8 *Instrumentum quando facit mentionem de contractu puro in actu reiterabili: probatio testium sine die non elidit vires instrumenti.*
9 *Interrogatio, & responsio facta interrogationibus referuntur potius ad factum, quàm ad ius.*
10 *Iudex potest interrogare vsque ad sententiam, etiam postquam fuerit in causa conclusum.*
11 *Testes si contradicant instrumento: aut instrumentum testibus: an testes præualeant, vel instrumentum.*
12 *Statuto si caueatur, quòd contra instrumentum guarentigiatum non possit opponi aliqua exceptio: oportet, quòd prius constet illud esse instrumentum.*
13 *Pares an possint pacisci, quòd debitor non probet solutionem, nisi per instrumentum.*
14 *Instrumentum an requirat subscriptionem testium.*
15 *Eremita potest habere proprium, & esse in iudicio sine alicuius licentia, & auctoritate.*
Et an sit persona religiosa. nu. 16.

CVm Ioannes. Falsitas instrumenti: vel id, quod deest instrumēto, potest probari per testes. & sunt duæ partes. in prima processus causę principalis. in secunda causa appellationis. in tertia ipsius causæ appellationis diffinitio. secūda ibi [cum igitur.] tertia ibi [cum de consilio.] ¶ Primò no. ꝙ Ioannes petebat à Petro quātitatē. Et idem Pe. quantitatē sibi debitam compensabat. & sic de quantitate ad quantitatē fit compensatio. Similiter cum hinc inde debetur genus, vt l. diuortio. §. ob donationes. ff. so. ma. l. viro atq; vxore. eo. tit. vbi de compensatione culpæ ad culpam. facit quod not. in c.
1 intelleximus. de adul. ¶ Secundò collige, † ꝙ ille, qui non credidit rem venditā pōt pretium tamen cōpēsare. quod est verum, qñ pñti pretio res tradenda venditur post certum tempus. vt hic erat. s. ꝙ tradere teneretur post obitum suum: alias verò si venditio eēt pura, & non in diem, non possit quis pretium compensare: vel petere, nisi rem traderet. vt l. Iulianus. §. offerri. ff. de acti. emp. c. constitutis. ṡ. de testi. in inte. ¶ Ter
2 tiò no. † ꝙ venditor condemnatur ad rem tradendam vacuā, & creditoribus liberatam. Simile verbum, vt. ṡ. vt lite pendē. c. 3. & l. 2. de acti. emp. ff. & per istum text. videtur approbari opi. Mar. dicentis, ꝙ venditor teneatur præcisè rem tradere. Alij dicunt, ꝙ non cogatur præcisè: sed liberatur præstādo interesse. de quo plenè in l. i. ff. de ac. emp. ¶ Quartò no. ꝙ à sententia iudicis secularis appellatur ad Papam. & hoc ideo; q̄a Viterbien. est de iurisdictione tēporali ecclesiæ: alias contra. ℐ. de appe. c. si duobus. ¶ Quintò not. ꝙ in primo iudicio fuit actum ad traditionem rei vēditæ. quod patet, quia super hoc fuit lata sententia. & tamen in cā appellationis opponitur exceptio, ꝙ fuit venditio conditionalis]. & sic nouū capitulū nō deductum in primo iudicio, potest deduci in causa appellationis. quod est verum, quando dependet ex veteri, vt dicit tex. alias secus. quod dic, vt not. ṡ. de testi. c. fraternitatis. in nouella. & in l. per hanc. C. de temp. ap. ¶ Sextò not. † ꝙ quādo ven
3 ditio est conditionalis, non agitur ante euentum conditionis: similiter nec ante solutionem pretij, vt prædictum est. contra agentem igitur ad rem venditam sibi tradendam rectè opponitur exceptio pretij non soluti. an autem in executione sententiæ possit venditor excipere de pretio sibi non soluto: vel econuerso emptor condemnatus ad pretium, possit excipere de re sibi non tradita. vide in Spe. de executione sententiæ. §. fi. versi. Item pone. & videtur tex. ꝙ possit opponi in l. penu. ff. de rei ven. ¶ Septimò no. nouam exceptionem pacti. conuentum enim fuit, vt M. & R. natis Petri dicta domus post eius obitum remaneret: & in patre minus est dubium, ꝙ possit natis acquirere stipulando, etiam si non sint hæredes quādoquo, & pro maiori parte, quàm sint hæredes, l. auus. & ibi plenè. ff. de pac. & l. continuus. §. penul. ff. de ver. obli. per Bar. &
4 l. eum qui. §. te & Titium. eo. tit. Mater † autē, auus maternus, vel alij non habentes in potestate: an possint acquirere filijs, aut nepotibus, vel consanguineis stipulando. dic vt in l. Gaius. ff. so. mat. & l. debito. ad Treb. cum si. Extraneo autem an possit acquiri ex contractu tertij: ita ꝙ contrahentibus quò ad cōmodum cōcernēs istum tertium liceat resilire. no. Bar. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de ver. ob. facit l. quoties. C. de do
5 na. quæ sub mō. & l. insulam. §. fin. ff. sol. ma. ¶ Octauò no. † ꝙ sufficit, si testis dicat se interfuisse contractui. Nam eo ipso, ꝙ dicit, īterfui: videtur se vidisse, & audiuisse, vt hic, & C. de test. l. testium. & in c. cum causam. ṡ. de tes. & de consue. c. 2. & hoc tenet Bar. in l. tutor. ff. de auct. tu. Nullus enim potest dicere se fuisse præsentem, nisi intellexerit, vt l. diem proferre. §. corā. ff de arbi. Et hoc verum, quādo quis testificatur de sui pręsentia. Si autem de præsentia alterius: tunc non sufficeret dicere illum fuisse pñtem: nisi addat, & intelligētem. ¶ Qñ. n. lex, non hō, iubet aliquem actum fieri aliquo præsente, semp intelligitur, & intelligente: licèt non dicatur, vt no. Bar. in d. l. tu
6 tor. facit l. diuus. ff. de test. mili. & hoc no. ¶ Nonò no. † ꝙ res minus vendi præsumitur ratione retardatæ traditionis: quia enim iste P. vendiderat, & tardabat traditionē ipsius rei: post ipsius mortem dicebat pro minori pretio vendidisse. plus igitur & minus res æstimatur ex tpe, vt. ṡ. de plus peti. c. 1. Et aduerte quia iste P. dixit se plus potuisse vendere tpe nostro, de quo agitur. qđ igitur dicunt gl. & Doc. ꝙ ad ꝓbandū valorē, ꝙ cōiter potuisset tm̄ vendi: & ꝙ tm̄ percipi posset de redditibus anno quolibet: videretur habere locū, qñ quis nō nititur ex pretio à certa ꝑsona oblato. ṡ. de testi. c. cū cām. il 2. alias
7 esset secus, vt hic. qđ est notādū &c. ¶ Decimò no. † ꝙ non vitiatur dictū testis, si dicat se non recordari de anno, mense, & die celebrati cōtractus. de quo dic, vt dixi. ṡ. i c. ex tenore. & ī c. cū cām. per Io. An. & in c. abbate sanè. de re iu. li. 6. & in c. qualiter, & qñ. p Inn. de accus. & in nouella. vbi no. an debeat testificari de loco. ¶ Vndecimò no. ꝙ eadē est efficacia, & virtus instrumētorū, & testiū in litib. exercendis. cōcor. l. in exercendis. C. e. tit. An aūt magis credat testibus, vel instrumētis, si inuicem aduersentur, hic plenè per omnes. ¶ Duodecimò
8 no. † ꝙ in actu reiterabili, vbi instrumentum facit mentionē de contractu puro, & testes de contractu cōditionali. probatio testium sine die non elidit vires instrumenti. Nam præsumitur actus reiteratus ad euitandum contrarietatem. vt sup. de testi. c. cum tu fili. facit quod not. Bart. in l. is, qui reus. ff. de

de pu.iudi.vbi omnino vide. ¶ Tertiodecimò nota, quòd ad obuiandum prædictæ præsumptioni reiterationis debet formari articulus, ꝙ semel tantùm fuit celebratus cõtractus, & nõ pluries. Si hoc enim à partibus fateatur, necesse est, aut testes instrumento, aut instrumentum testibus prævalere, vt hic factum fuit.& circa hoc tractat Host. de quadã quæstione facti coram Clemen.4. quæ est talis. data fuit potestas quibusdam monialibus, in quibus fuerat compromissum, vt deberent eligere abbatissam vsque ad consumptionẽ vnius candelæ.& vna fuit electa, & stallata. quo tempore vna de compromissarijs nomine suo, & aliarũ dixit cõsumpta iã dicta cãdela, ꝙ ipsam elegerant: & ipsam eligebant. & cum dicta electa peteret cõfirmationẽ: opponebatur, ꝙ fuit electa post cõsumptionem dictæ candelæ.& sic non valebat. Auditor ex officio fecit tres interrogationes. prima, an candela fuisset consumpta eo tẽpore, quo ipsam elegerunt. respondit, ꝙ non. secunda, an candela fuisset consumpta eo tempore, quo compromissaria ipsam de facto elegerat. respondit, ꝙ sic. tertia an compromissaria elegisset eã semel, aut pluries. dixit, ꝙ semel. Ex istis dicebatur non electa, & piura. & per consequens repellenda, vt in c.vlt. de iureiu. lib. 6. ¶ Et ita determinauit
9 Clemens quartus. ex cuius decisione collige, † ꝙ interrogatio, & responsio facta interrogationibus refertur potius ad factum, quàm ad ius: licèt quædam iura innuant contrariũ hic alleg. in nouella. Item quia reuocatio erroris habet locum in ciuilibus. sed vbi ex responsione apparet periurium: quantò quis plus reuocat: tantò magis periurium suum pandit, & cassatur electio: si in causa comprehenditur, quòd electus rũdendo contraria deierauit, vt in dicto c.cum in positionibus. nec parcitur in hoc sexui muliebri, secũdùm Host. ¶ Ego credo, ꝙ ideo nõ possit reuocare cõfessionẽ in quæstione ꝓposita; quia eo ipso, ꝙ negat veritatem, est periura. & incurrit penã prædicti c.cum in positionibus. ita ꝙ iam pœna est inflicta: & executio à iure iam facta; quia periurus est statim sine facto hominis alio. in pœnis autem, quæ infliguntur ipso iure, vel post factam executionem ab homine, siue iure, non habeat locum pœnitẽtia, vt l.qui ob rem nõ defensam. ff. de condi. in
10 de. ¶ Quartodecimò no. † ꝙ iudex potest interrogare vsque ad sententiam, etiã postquam fuerit in causa conclusum. concordat l.vbicunque. ff. de interroga. actio. Et collige ex hoc, ꝙ iudex interrogando partes põt supplere de facto: sicut hic fecit. nõ autem posset producere instrumenta, vel testes, si cã agitatur inter præsentes, vt dixi plenè in c.bonæ. ṡ.de postu. ¶ Quintodecimò collige, coniuncto prin.cum fi. c. ꝙ si ille, qui conuenitur, obijcit compensationem de maiori summa, quàm ab eo petatur: licèt vsque ad concurrentem summam fiat compensatio. tamen in quantitate, qua excedit, aduersarius, contra quem obijcitur compensatio, sibi non condemnatur, vt l.in commodato. §.duob. ff. cõmoda. ¶ Sextodecimò colligitur, ꝙ quandoq; ab vna parte differtur traditio rei in venditione. & ipse venditor potest statim petere pretium: & rem venditam, dum vicerit, retinere. quod est notãdum. videtur enim prima facie dicendum eo ipso, ꝙ differtur rei traditio: videatur dilata pretii solutio. Contrarium tamen in dubio est dicendum per casum huius c. & ar. contra l. necessariò. §.quod si penden. ff. de pericu.& commo. rei vend. ¶ Vltimò hic Inno.& post eum Io. An. prosequitur diffusè, & in
11 tricatè illum articulum. † si testes contradicant instrumento: aut instrumentum testibus: an testes instrumẽto prævaleãt, vel econtra. Io.Cal. ponit hic suam distinctionem. Subsequenter dominus Bal. plenè ipsam examinauit in l.1.§.si quis. ff. quemad. te. aper. D. Bal. ponit in l.scripturæ. C. de fide instru. & ibi per Cy. Referam primò succinctè distinctionem domini Io. Cal. tangendo omnia membra, quæ ponit. dicit ergo, cum quæritur: an per testes reprobetur instrumẽtum. & per quot. distingue, aut cõfectũ est instrm̃ super eo: qđ nõ recipit probationem in contrarium. & tunc testes non recipiuntur contra tenorem instrumenti. quia ibi præsumptio est iuris, & de iure: quæ non recipit probationem in contrarium. vt C. ad Velleia. l.antiquæ. & C. de rei vxo. ac. l.vnica. & l.fi. C. arbi. tu. Aut conficitur super eo, quod recipit probationem in cõtrarium: & tunc aut reuocatur in dubium, an instrumentum sit sumptum, siue scriptum manu eius, cuius scriptum dicitur: aut reuocatur in dubium veritas instrumenti. hoc est an verum sit, quod scriptũ est in eo. primo casu per illũ, qui scripsit, poterit approbari. & stabitur dicto eius: vel per comparationem literarũ: vel per testes, qui dicũt eis præsentibus scriptum fuisse instrumentũ. C. de falsis. l. si quis decurio. & in Authen. eo. tit. §. si verò moriantur. & §. se. & no. C. eo. ti. Auth. si contractus. secundo casu cum reuocatur in dubium veritas instrumenti, & ipsius tenor. & tunc aut vnus testis contradicit instrumento: aut plures. primo casu quando vnus: & tunc aut nõ est de descriptis in instrumento: aut est de descriptis. si non est de descriptis in instrumento, ipsum non reprobat, per c.licèt vniuersis. & c.veniens. il. 1. ṡ.tit. 2. quandoque est de descriptis in instrumento. & tunc aut tot alii remanent descripti in instrumento: quot sufficiunt. aut non remanent tot, quot sufficiant ad substantiam instrumenti. primo casu, scilicet quando remanent tot, quot sufficiunt: tunc vnus non reprobat, etiam si alii testes sunt mortui: vel ipsorum copia haberi non possit. & hoc propter præsumptionẽ. quæ facit pro tabellione, quæ non tollitur per contradictionẽ vnius in eo descripti: postquam alii, qui remanent, sufficiant ad substantiam instrumenti, vt in c.ad audientiam. de præscrip. Si autẽ illi alii descripti viuũt, & ipsorũ copia haberi possit (nisi vnus contradicat) vtile esset ab ipsis requirere veritatẽ instrumẽti. ¶ Secundo casu, scilicet cum præter istum descriptum contradicentem nõ remanet sufficiens numerus in instrumento: tũc is, qui contradicit instrumẽto, facit vacillare fidẽ ipsius, vt ff. queãdmodum te. aper. l.1.§.fi. & istud instrumentum nõ probatur, nisi melius fuerit comprobatum, vt l.iubemus. C. de proba. ¶ Alio membro principali (cum scilicet plures cõtradicunt instrumento:) & tunc siue isti, qui cõtradicunt, sint de descriptis, siue de aliis. sunt variæ opi. Sed ipse Io. Cal. tenet, ꝙ duo idonei testes, reddentes sufficientes rationes dictorum suorum; reprobant instrumentum: ex quò aliàs non coadiuuatur, siue loquamur de directa, siue de indirecta. & hoc tenet Inn. & Io. An. sm̃ eum. cuius quidem domini Io. Cal. hęc est distinctio in effectu. & idem dñs Io. de Ligna. ¶ In hoc tamen vltimo membro Ni. Ma. disputauit, ꝙ esset in arbitrio iudicis, cui magis esset danda fides: vel duobus testibus deponentibus contrarium instrumento: vt inspiciat legalitatẽ notarii, & testium, qui deponant contrarium, & alias circunstãtias: quib. cõsyderatis qñq; maior est duobus testibus fides adhibẽda, quã instrumẽto. qñq; ecõtra. & hãc opi. tenet Bar. in dicta l.1.§. si quis. ff. quemadmodũ tes. aper. & l.optimã. in fi. C. de contrahen. & cõmit. stipu. & dicit, ꝙ aduocati in hoc debent esse multum cauti: vt fauentes instrumento faciant articulos, & probationes de fidelitate notarii, & de bonitate, & legalitate ipsius. & aduersa pars faciat de fidelitate, & bonitate testium contradicentium instrumento. ¶ Dominus Bal. latius, & subtilius in prædicta materia sic distinguit. quòd aut volo reprobare instrumentum circa factũ partium: aut circa factum tabellionis. Si circa factum partium: & tunc aut volo probare præsumptionem, quæ oritur ex instrumento propter factum partium. & sufficiunt duo testes, vt l.iurisgentium. §. quod fere. ff. de pac. Aut volo probare causam expressam in ipso instrumento. & tunc aut dico totum contractum simulatum. & sufficiunt duo testes, vt l.emptione. C. plus valere, qđ agi. Aut nõ oppono ꝑ modũ simulationis: sed ꝑ modũ impugnationis causæ. & loquitur tũc l. generaliter. C. de non nu. pecu. ¶ Secundo casu quando volo reprobare instrumentũ circa factum notarii. & tũc aut ratione erroris, aut ratione falsitatis. Si ratione erroris: & tunc aut ciuiliter contra partem.

partem.aut ciuiliter contra tabellionem. primo caſu aut re-
probo per teſtes inſtrumentum.& non creditur tabellioni,vt
l.j.in fi.ff.quemadmodū teſt.ap.aut per alios teſtes:& tunc re
quiruntur ſaltē tres teſtes ad reprobationē inſtrumenti. Ita
no.gl.in l.in exercendis.C.e.tit.& in §.item verborum.Inſti.
de inuti.ſtipu.& C.de contrahē.ſtip.l.optimā.vel dic de hoc,
vt ibi.vbi diſtinguitur inter reprobationem directam. & req
runtur tres teſtes:& indirectam,vbi ſufficiunt duo,vt ibi no.
¶Si autem volo reprobare inſtrumentum, agendo de falſo
contra notarium:& ſufficiunt duo teſtes,ſecundùm regulam
generalem.condēnato autem tabellione de falſo,non propte
rea eſt generatum præiudicium parti,vt C.e.tit.l. ſi veteris.li-
cet ſit ar.cōtra.ff.ad Sille. l.in cognitione.& C.de aduo.diu.
iudi.l.1.Et iſta ſunt verba prædicti domini Bal.licèt autē præ
dicta diſtinctio,& præcedens ſint vtiles,& complectātur plu
res caſus,& membra:tamen non omnia, quæ ex dictis Inno.
poſſunt hic colligi,& ex dictis Bar.in dicta l.j.§.ſi quis. ¶Et
ideo dicta ipſorum per modum diſtinctionis recolligēdo di-
ſtinguo,& dico ſic. quòd quandoq; reuocatur in dubium:an
illud, quod producitur, ſit inſtrm̄:vel ſcriptū manu illius, ꝗ
ſcripſiſſe dicitur.& tunc dēt de hoc ante oīa fieri fides, tāquā
de fundamento,ar.l.4.§.condemnatum.ff.de re iudi.& l.j.§.
12 item illud.ff.ad Sill. †vnde ſi ſtatuto cauetur,ꝙ contra inſtru
a mentū guarentigiatum [a] non poſsit opponi aliqua exceptio.
prius conſtare dēt illud eſſe inſtrumentum,vt no. Bart.in l. 1.
ff.quod vi aut clam.facit quod no.Io.An.de ele. c.cupientes.
li.6.in gl.quid ſi electus.Quandoq; de hoc cōſtat, ꝙ illud eſt
inſtrm̄;& manu illius,qui ſcripſiſſe dicitur. & tūc aut volo re
probare præſcriptionem,quæ oritur ex inſtrumento. & ſuffi
ciunt duo teſtes.aut volo reprobare cām expreſſam in inſtru
mento:& tunc aut dico contractum ſimulatum.& idem;quia
ſufficiunt duo teſtes,vt dicta l.emptione.C.plus vale.quod a-
gitur.Aut non oppono per modū ſimulationis: ſed per mo-
dū impugnationis cauſæ.& dic,vt l.generaliter.C.de non nu.
pec.Aut volo reprobare inſtrumentum ratione erroris nota
rij:& tunc dic,vt no.in l.ſi librarius.ff.de reg.iu.per Bart.& l.
Imperator.ff.de ſtatu ho.aut volo reprobare inſtrumentum
tanquam confectum contra veritatem facti: & tūc aut inſtru
mentum eſt confectum ſuper materia,ſiue re,quæ nō recipit
reprobationem in contrariū de iure cōi.& tunc aut volo ipſū
reprobare per teſtes:& non poſſum,vt l.fin.C.ar.tu.& l.anti-
quæ.C.ad Velle.& l.1.C.de rei vxo. ac. aut volo ipſum repro
bare per confeſsionem partis:& poſſum;quia contra præſū
ptionem iuris,& de iure admittitur probatio in contrariū p
confeſsionem partis.& ſimiliter cōtra inſtrm̄,vt no.in Auth.
de æqua.do.poſt prin.aut inſtrm̄ nō eſt confectū ſup tali ma
teria,ſiue re:ſed ſuper alia, quæ bene recipit probationē in
contrariū:& tunc aut contra inſtrm̄ nil probatur.& tunc præ
ſumitur pro eo,quantuncunq; pars neget ſic actum fuiſſe, vt
l.cum precibus.C.de proba.& in c.accepimus.s̄.eo.aut con-
tra inſtrm̄ aliquid probatur.& hic aduertendū. Nā qn̄q; om
nes teſtes deſcripti dicunt ſe non fuiſſe pn̄tes in inſtrumēto.
qn̄q; omnes dicunt ſe fuiſſe pn̄tes:ſed aliter ſcriptum, quàm
actum fuiſſe.Quandoque non oēs:ſed vnus, vel duo dicūt ſe
non recordari,vel aliqui ex eis.Qn̄q;plures teſtes non deſcri
pti dicunt contra tenorē inſtri.primo caſu. ſ. cum oēs dicunt
ſe nōn fuiſſe præſentes.& tunc aut eſt ſubſcriptum manu ipſo
rum.& hoc conſtat.& magis ſtatur inſtrumento, quàm ipſis
teſtibus,ar.c.ſaluberrimū. 1.q.7.Aut non ſunt deſcripti, ſed
oēs dicūt ſe nō fuiſſe præſentes:& ſtatur ipſis teſtibus, vt no.
in d.l.1.§.fi.ff. quemad.teſt.ape.Et reſpōdet ſubtiliter ad id,
quod poſſet obijci.quòd prædicti teſtes non probant, tāquā
ſingulares,contra inſtrumentum. ¶Secundo caſu, cum oēs
dicunt ſe fuiſſe præſentes:ſed aliter ſcriptum, quam actum
fuit inter partes.& iſtud mēbrū nō tangit Inn. ſed diſtingue,
vt.s̄.quia aut eſt ſubſcriptum manu ipſorum:& ſtatur inſtro.
aliàs caret viribus,vt in proxi.præcedenti membro.¶Tertio
caſu qn̄ non oēs:ſed vnus, vel plures contradicunt his, quæ
ſcripta ſunt in inſtro:& tunc aut nullus de deſcriptis, vel alijs
coadiuuat inſtrumētū. & tunc ſi ſunt plures contradicentes,
redditur inſtrm̄ falſum.ſecus ſi vnus tm̄,ſm̄ Io. Cal. aut ſunt
alij coadiuuantes inſtrm̄:& tūc aut iuuatur per alios ibi ſcri-
ptos:& tunc videtur recurrendū ad no.in c.in noſtra. s̄. de te
ſti.dumtn̄ ſemper iudex in dubio faueat inſtrumento,ſm̄ In.
ꝗ cū in prædicto caſu videat dicere, ꝙ aliqui ſunt fauētes in-
ſtrumento deſcripti,vel non:valebit inſtrm̄, non obſtantib.
pluribus ſe interfuiſſe negantibus,etiam ſi multi eſſent:quaſi
plus affirmantibus,quàm negantibus ſit credendum.& ſi nō
quò ad valorem inſtrumenti, ſaltē quò ad valorem contra-
ctus,ſecundùm In.¶Quarto caſu quādo omnes dicūt ſe nō
recordari. & tunc ſtandum eſt inſtrumento in dubio. j̄. de
verb.ſigni.c.abbate.§.quicquid fuerat. ¶Quinto & vltimo
caſu,cum teſtes non deſcripti contradicunt inſtrumento:tūc
in facto recenti magis ſtatur teſtibus, quàm inſtro. in facto
antiquo ſtandum eſt magis inſtrumēto, vt l.ſi arbiter.& l.cē
ſus.ff.de proba.alij dicunt,ꝙ aut teſtes reprobant inſtrumen
tum indirectè,aut directè.ſi indirectè: tunc duo teſtes repro
bant inſtrm̄:in quo eſſent deſcripti etiam multi,ſecūdùm Ia.
vt l.optimam.C.de contrahen.ſtip.& hoc eſt verum,niſi per
teſtes deſcriptos.vel alios,qui aſſerunt ſe fuiſſe præſentes, vel
ſubſcriptione teſtiū,vel contrahētiū approbetur,vt in Auth.
e.ti.§.ſi tamen quiſque.ver.ſi verò moriuntur.Alio verò caſu
cum teſtes reprobant inſtrumentum directè. quia in inſtru-
mento dicitur,ꝙ promiſi.10.libras Venetijs:teſtes dicunt,ꝙ
Peruſij. tunc aut conſtat de vnica promiſsione per confeſsio
nem teſtium.& videtur magis ſtandum teſtibus,quàm inſtru
mento.Quot autem teſtes requirantur,Io.An. plenè hic diſ-
putat ſuper gloſ.& ſequitur opi.Inn.ꝙ per duos teſtes reꝓ-
betur inſtrumētū.¶Alij,vt Nic.Mata.in ſua diſputatione re
linquit arbitrio iudicis:vtrùm magis inſtrumento,vel teſtib.
ſit credendum:vel econtra.& hanc opi.vt dixi, ſequitur Bar.
in l.j.§.2.ff.quemad.teſt.ape.& circa contrarietatem inſtru-
mentorū adinuicem,vel teſtium: vel ſimul inſtrumentorum,
vel teſtium magnam diſtinctionem poſuit Iaco. de Are.in d.
l.in exercendis.C.de fi.inſtru.quam Iac.Bu. breuiter ſic ſum
mat.Nam qn̄q; vna ſcriptura contradicit ſibiipſi:& loquitur
l.vbi repugnantia.ff.de re.iur.aut producūtur ab eadē par-
te plures ſcripturæ contrariæ.& loquitur.l.1.C.eod.titu.& c.
imputari.j̄.e.aut à diuerſis partibus.& loquitur. §.item ver-
borum.Inſti.de inuti.ſtip.& l.optimam.C.de contrahen.ſti-
pu.aut ijdem teſtes contradicunt ſibiipſis. & loquitur l. ſi fi-
lia.ff.de teſti.& l.cum de ætate.ff. de prob. aut teſtes contra-
dicunt inſtrumento.& loquitur hoc c.& l.optimā. de contra
hen.ſtip.& hoc attento:ꝙ ſi poſſunt dicta teſtium ad cōcor-
diam reduci,& ſuſtineri,ſemper ſunt ſuſtinendi. & vide ple-
nam gl.hic de prædictis in c.in noſtra.§.de teſt.dominus Io.
de Ligna.vltra alios tangit hic de ſcriptura priuata, & de li-
bro rationum,an faciat fidem.& tangit ea, quæ plenè Barto.
13 proſequitur in l.nuda ratio.ff.de donati.¶Quærit etiā† vtrū
partes poſsint paciſci,ꝙ debitor nō probet ſolutionem, niſi
per inſtrumentum.Ia.Bu.dicit,ꝙ nō;quia eſſet cōtra bonos
mores,& contra bonum publicum.quia anguſtat facultatem
probandi.& hoc no.Io.An.in c.ſi diligenti.s̄.de fo.cōp.Spec.
no.contrarium in ti.de proba.§.2.ver.quid ſi debitor.nā pa-
ctum,& lex æquiparantur.ff.de pac.l.non impoſsibile.& ſu-
per eo,ſup quo lex diſponit,pōt paciſci.ſed in lege in multis
caſibus ſtatuit,ꝙ requiratur ſcriptura,vt no.in c.j.de cēſi. li.
14 6.¶†Quærit vlterius,an inſtrumentum requirat ſubſcriptio
nem teſtium.diſtinguit ſecundùm Franciſ.Ac.ꝙ aut contra-
ctus ſit cum ſcriptis,aut ſine ſcriptis: & requiritur ſubſcrip-
tio,vt l.contractus.C.eo.ti.aut fit manu publica. & ſic aut à
peritis literarum:)& non requiritur ſubſcriptio, niſi tabellio
nis,vt d.l.contractus.aut fit ab imperitis: & tunc procedit di
ſtinctio l.fi.C.ſi cer.pe.& in §.oportet.in Auth.e.ti. Tertio ca
ſu cum

su cum contractus sit sine scriptis: & tunc manu publica: & non requiritur subscriptio quò ad formã eius, sed quò ad cõparationẽ fiendam, vt C.eo. l. comparationes. vbi plenè de materia comparationis literarum, de qua hic per Io. de Lig.

15 ¶ Et quia istud c.incipit.cum Io.eremita.No.† ꝙ eremita potest habere propriũ, & esse in iudicio sine alicuius licentia, & auctoritate: vnde dicit gl. 19.q.3.§.& quæ Paulus.ꝙ testamẽtum facere põt. Et an in vita eremita soluat spõsalia. vide de

16 conuer.coniu.c. ex parte.il 2. ¶ Et an eremita † sit persona

b religiosa.dicunt quidam, quòd sic, quando talis continentiã promittit.& huiusmodi vita habet in se votum annexum continentiæ.de quo per glo. 27.q.2.§.ecce.& per Inno.in c.cum monasterium.de elec. & quòd eremitæ gaudeant priuilegio clericali. 16.q.1.c. qui verè. vbi p gl. & episcopo subsunt. 93. dist.c.nullam.& ibi per glo.& Doc.& gl. dicit. 27.q.1.c.de Iudeis. eremitam censeri personam ecclesiasticam, vel religiosam tunc demum, quando deuouet se alicui religioni de approbatis. & vide de excessi.præ.c. 1.li. 6. & an mendicantes possint eligere vitam eremiticam.dic vt in prædicto.c.

ADDITIONES.

a ¶ Guarentigiatum. Vide Doc.& Fran.de Padua in l.tale pactum. §. qui prouocauit.ff.de pact. Bal.in l.iubemus.§.sanè.6.q.C.de sacrosan.eccle. Pau.de Cast.consi.71.Ang in l. debitori.ff.de iud.Bal.in l.pe.C.de fideius.Bart.in l.1.C.de confess.

b ¶ An eremita. an eremita sit persona religiosa. & an percutiens eremitã sit excommunicatus. Vide supra de elec.c.in monasterium.Pe.de.Anch.

SVMMAE.

1 *Defectus literæ non vitiat rescriptum.*
2 *Error in syllaba an vitiet rescriptum.*

EX parte. Error literæ non vitiat rescriptũ. h. d. communis diuisio. secunda

1 ibi. [mandamus.] ¶ Primò no. † ꝙ licèt mala latinitas vitiet rescriptum, vt s. de rescrip.c. ad audientiam.non

2 tamen defectus literæ. ¶ † Quid si error esset in syllaba, non videtur vitiari.ff.de manu.testa.l.qui habebat. Idẽ fortè in defectu orationis: dummodo deprehendatur intellectus Papæ. Alii dicũt, ꝙ si aliquando sit defectus in litera, vel dictione: iudex tamẽ habebit literas suspectas: nisi vitium sit occultũ. primum dictum placet Io.An.cum per bullam tollatur suspicio.& oculus officialium sæpe fallatur.vel posset distingui inter rescripta gratiæ, & iustitiæ, secundùm Host. de crimi. fal. c.penul.remittit tamen ad notata.s.c.ex literis. & de rescriptis.c.ad audientiam.

SVMMAE.

1 *Vicarius an possit esse temporalis.*
2 *Vicarius perpetuus potest agere, & conueniri ratione perceptionis, & custodiæ.*
3 *Instrumenta communia sunt edenda.*
4 *Reconuentio potest fieri coram delegato.*

G Perpetuus vicarius. Licitè appellatur à iudice, qui parti hoc petenti non facit edi communia instrumẽta.h.d. In prima appellationis narratio. In secunda appellationis commissio.Secunda ibi [ideoque.]

1 ¶ Primò.no.† ꝙ iudex dr̃ ꝑpetuus, quasi possit esse vicarius temporalis: sicut potest ecclesia commendari ad tempus. 21. q.1.c.qui plures.talis tamen datus ad tempus nõ censetur vicarius: nec vicarius vicarium dare potest.de offi.vica.c.prouideas.& eo.tit.c.ad hæc.vbi habetur, quis dicatur vicarius per

2 petuus. ¶ Secundò no.ꝙ vicarius perpetuus potest agere, & conueniri ratione perceptionis, & custodiæ.vt ff.de rei vendi. l.officium.Non tamen præiudicatur domino: nisi sciat causã suã agi.j.de re iudi.c.pe.& c.cum super. & de ele.c. querelã. & j.de confir.vti.vel inuti.c.cum dilecta.§.quia verò. ¶ Ter-

3 tiò no.† ꝙ instrumenta communia sunt edenda.item & propria, cum producuntur tamẽ sine die, & cõsule: nisi circa diẽ vellet pars redarguere de falsitate.de quo plenè in Spe.in ti. de instru.edi.§.videndum.versi.sed cum dies. vsurarij, etiã si non vtantur, coguntur reddere codices rationum, vt in cle.1. de vsur.& de ista editione instrumentorum dic, vt.s.de præben.c.1.& in d.§.videndum.& per Hostien.in summa. eo.ti. §.an instrumentum.& in l.1.§.editiones.ff.de eden. ¶ Vltimò

4 no.† ꝙ coram delegato potest fieri reconuentio.de quo in c. dispendia.§.reus quoque.de rescri. li.6. ¶ Quærit Inno. de tali quæst.A.petit reuocari sententiam latam pro B. sup fundo, dicens ipsam nullam, vel iniustam, cum appellauerit ab illa, & petit ipsam exhiberi per dictum B.cum iudex noluerit sibi dare: vel perdidit, B.nõ vult ipsam exhibere.quæritur, an teneatur. dicit Inno.ꝙ sic, ar.hic, & C.de eden.l.is apud quẽ. Si autẽ exhibere nolit, contumaciter pronunciabit dictus iudex, quòd dictæ sententiæ nõ adhibeatur fides in posterum, vt ff.de interro.ac.l.qui alienum.de quo plenè hic in nouellã.

SVMMAE.

1 *Reo an liceat producere instrumenta contraria.*
2 *Scriptura si contradicit scripturæ, quid iuris.*

IMputari. Breue est.primò ponit dictum.secũdò rationẽ dicti, ibi [cum in ipsũ.]

1 ¶ Opponit Io.An.& videtur, † ꝙ liceat reo producere instrumenta cõtraria: sicut licet sibi contrarijs defensionibus vti.in re.nullus pluribus.de re.iur.li.6.Host.& Gof.videntur hoc fateri, & dicũt, ꝙ istud c.intelligitur, ĩ actore producente contraria instrumenta: non in reo, qui hoc potest.Io. An. tenet idem in reo.& dicit, ꝙ faciliùs sustineri potest reum contraria allegantem, quàm probãtem cõtraria: vnde & reo præiudicant duo instrumenta, quæ adinuicem non compatiũtur, secundùm Io. An. ¶ Et vide de materia huius c. vt no. Spe. in tit.de instru.edi.§. postremò aliàs instrumentum. ver. sed pone producto.& l.scriptura.C.eo.ti.& s.eo.tit.c.cum Io. Et

2 ꝑ ĩtellectu huius c.dic breuiter, sm̃ Io.de Lig.† ꝙ si scriptura cõtradicit scripturæ: aut cõtrarietas reperit ĩ eadẽ scriptura: aut in diuersis. ¶ Primo casũ aut pt illa contrarietas saluari: & saluanda est, ad similitudinem testium.aut non potest: & repellitur, vt l. vbi repugnantia.ff.de re.iur. ¶ Secundo casu, cũ reperitur contrarietas in diuersis scripturis: & tunc aut producuntur ab eadem parte: aut à diuersis.primo casu sibijnuicem derogãt, & neutri datur fides: & imputatur aduersario producenti, vt hic: siue sit actor, siue reus, qui produxit, secundùm Io.An.Si autem à diuersis partibus producãtur: aut vna est maioris auctoritatis, quã altera: & illi statur, quæ est maioris auctoritatis.& si vna est publica, altera priuata, præferatur publica, vt in l.scripturas.qui po.in pig.ha.aut sunt eiusdẽ auctoritatis (quia ambæ sunt publicę.) & tunc consyderandę sunt in illis instrumentis, quę considerantur in testibus sibi inuicem aduersantibus: vbi consideratur numerus, & auctoritas: & qui dicant verisimiliora negotio, vt s.de testi. c. in nostra.hæc eadem erant consideranda in instrumentis pari ratione.Si autem omnia sunt paria: tunc fertur sententia cõtra illũ, qui necessariò habuit probare, deinde ipse dominus. Io. de Lig.tangit hic distinctionem Pe.vtrùm allegans contraria debeat audiri.de quo articulo dic, vt l.1.C.de furtis.& p Dy. in c.nullus pluribus.de reg.iu.lib.6.&c.

SVMMAE.

1 *Promissio indiscreta, quæ reperitur in instrumento, sine cautione non obligat promissorem efficaciter.*
2 *Confessio facta verbotenus, præsente parte, obligat confitentem. & hoc si facta est in iudicio.*
3 *Confessioni emissæ cum causa statur, nisi probetur contrarium. fallit in casibus.*

Causa

4 *Causa an requiratur in confessione: vel promissione.*
5 *Confessio facta parte absente, an praeiudicet parti.*

SI cautio. Si in instrumento debiti exprimitur causa, condemnatur debitor, nisi probet indebitum: si non exprimatur, necesse est, vt creditor probet illud esse debitum. hoc dicit communis diuisio. Secunda ibi [sed si causam.] ¶ Primò no. † q̃ promissio indiscreta, i. sine causa, quæ deprehenditur in instrumento, siue cautione non obligat promissorem efficaciter. si aũt non in instrumento, sed verbo tenus, præsente parte, confiteatur qs se teneri mihi in certum: an obligetur. Ho. dicit, q̃ sic. & aliud sit in instrumento: quod facit tabellio, sicut placet. de conuersi. coniuga. c. dudũ. aliud in cõfitente, qui potest loqui apertius, & causam exprimere: sibi igitur nocere debet verbũ dubiũ, & non parti, vt l. veteribus. ff. de pac. Remittit ad summã de confes. c. fi. Ego credo opi. Ho. veram, si confessio est facta in iudicio: in quo quasi contrahitur, vt l. de ætate. §. qui interrogatus. ff. de interro. ac. vel ex eo, q̃ confessio facta in iudicio habet vim condemnationis, in quo causa non requiritur, vt
2 in ca. sicut nobis. de re iud. † Si autem confessio facta est extra iudiciũ: nõ credo, q̃ efficacius obliget cõfessio, quàm cautio sine causa. licèt. n. notarius loquatur, vt placet, in prima, vel tertia persona, vt dicto c. dudum. tamen tenor facti trahit originem à partibus: nec præsumendum est notarium omisisse causam in instrumento, si fuisset à partibus expressa. est enim cautio contractus probatio, non cõtractus, vt l. qui chirographum. ff. de leg. 3. nec debet esse maioris efficaciæ confessio
3 nõ redacta in scripturã: q̃ si redacta fuerit. ¶ Scdò no. † q̃ statur confessioni emissæ cum cã: nisi probetur contrariũ. Fallit in casibus, de quib. in pe. gl. quæ dicit, q̃ debet opponi ĩ. bienniũ, & nõ post. quod est verũ: nisi prælatus nõie ecclesiæ, vel pro ipsius ecclesiæ negocijs expediendis confiteretur se mutuum recepisse. hic. n. post bieniũ, & in perpetuum cõpeteret contra creditorem dicta exceptio: nisi ipse probet in vtilitatem ecclesiæ pecuniam fuisse conuersam. 17. q. 2. c. hoc ius. & infra de soluti. c. vlti. vbi de hoc. Aduerte etiam, q̃ licèt post biennium sit præclusa via opponendi istam exceptionem nõ numeratæ pecuniæ, posset tamen de dolo, vel fraude excipi, etiam post bienniũ. qua probata, transfertur onus probandi in aduersarij partem, sm̃ Ho. & ita no. Dy. in c. locupletari. de
4 reg. iuris. li. 6. ¶ Quærit hic primò Io. An. † Vtrum quod hic dicitur, sit verum regulariter, videlicet q̃ in confessione, vel promissione requiratur causa: & minus plenè loquitur. & q̃a materia est longa, remitto ad no. in l. generaliter. & ibi Salice. C. de non nu. pec. per Cy. vbi plenè prosequitur in contractibus, vltimis voluntatibus, & iudicijs. facit quod no. in l. Lu
5 cius. §. quisquis. ff. de leg. 2. ¶ Quærit glo. † si quis confiteatur parte absente: an talis confessio præiudicet confitenti. tenet, q̃ non. Bart. examinat plenissimè hanc quæstionem in l. non solũ. §. si liberationis verba. ff. de li. le. facit qđ no. in l. postq̃
a liti. a C. de pact. & l. 1. C. de confes. & in c. veniens. ĩ. de renun. per Inno.

ADDITIO.

a ¶ In l. postquam liti. & ibi Pet. de Anch. tangit Salic. in l. generaliter. C. de non nu. pec.

SVMMAE.

1 *Notæ, & protocolla possunt legari.*
2 *Tabellionem, siue notarium quis possit creare.*
3 *Contractus si reperitur nimis abbreuiatus in protocollo notarij, quid iuris.*
4 *Exemplatio coram quo debeat fieri: & an sint vocandi illi, quos res tangit.*

CVm P. tabellio. Auctoritate ordinarij. potest notarius notas notarij mortui in publicam formam redigere. h. d. nõ diuiditur. ¶ Primò no. q̃ ista Decre. dirigitur P.
1 tabellioni, de quo in subscriptione. † & fortè ideò; q̃a sibi fuerunt legatæ notæ, & protocolla istius P. quod esse potest, vt. ff. de edẽ. l. quidã. §. nihil interest. & tunc est etiam necessaria iudicis auctori. de qua dicit tex. facit C. de eden. l. procurator.
2 de admi. tu. l. chirographis. ¶ Quærit Inno. quis possit creare tabellionem. quam tractat Spe. in ti. de instr. edi. §. restat. ver. sed quis potest facere tabellionem. tenet hic Inn. q̃ solus Papa, & Imperator, & habentes ab eis priuilegium, & etiã consuetudo: ita reges, qui habent supremum, & merum imperiũ. ĩ. qui filij sint leg. c. per venerabilem. §. j. & per Host. in summa. e. tit. §. quibus instrumentis. ver. dicitur aũt publicum. & seq. & vide quod not. Specu. eo. tit. §. postremò. vbi quærit, an tabellio creatus ab inferiore possit extra territoriũ illius instrumenta conficere: vel notarius Imperialis possit super rebus ecclesiasticis conficere instrumenta: vel econtra ecclesiasticus super rebus temporalibus. dic vt ibi. & in. §. restat. e. ti. & ibi. §. ostenso. ver. quid si abbreuiatura. & ver. se. vbi quæri
3 tur, † quid iuris, si in protocollo notarij reperitur contractus nimis abbreuiatus. de quo hic per Io. An. qui dicit, q̃ poterit percipi tenor ex alijs instrumentis eiusdem notarij: & sm̃ illa extendi dictam abbreuiaturam. & hoc tene menti. Multoties n. contingit, q̃ notarij, qui sunt pigri in scribendo, ponunt nimis abbreuiatè in suis protocollis contractus. Communiter enim solent dicere, promisit, &c. pro quibus omnibus, &c. iurauit, &c. quid autem ista, &c. importent. dic vt in Spec. de instru. edit. §. ostenso. & §. instrumentum. §. quid si. & per Bart.
4 in l. Gallus. ff. de li. & posthu. ¶ † Quæritur hic per Doc. an in
a ista exemplatione a sint vocandi illi, quos res tangit. dicunt, q̃ sic. & requiruntur alia, de quibus hic in nouella. Coram quo fiat ista exemplatio. dic vt in dicto. §. ostenso. ver. fiebat autẽ. & §. postquam. ver. sed nunquid. vbi no. an in instrumento cõficiẽdo requiratur mãdatũ partiũ. de quo in dicto. §. instrumentum. ver. itẽ opponitur. & ibi no. an notarius, dum viuit, possit alteri committere completionẽ instrumenti. de quo in gl.

ADDITIO.

a ¶ Exemplatione. Vide Sali. in l. contractus. in 6. q. C. eo. titu. vbi plenè, & pulchrè.

SVMMAE.

1 *Instrumenta, vel testamenta cum quibus solemnitatibus debeant publicari, & in formam publicam redigi.*
2 *Testamentum factum solemniter per notarium, an indigeat publicatione.*
3 *Testamentum publicatum quem effectum habeat.*
4 *Pars, quæ debet vocari in publicatione testamenti instrumenti: si est in remotis partibus: & charta, quæ petitur publicari, & redigi in publicam formam, vetustate consumatur: & periculum est in mora, quid iuris.*
5 *Partes omnes, quarum interest, si consentiunt, quòd tabellio aliquam priuatam scripturam publicet: ita quòd à principio adhibeatur fides. quid iuris.*

SI instrumenta. Instrumentum extractũ per tabellionem auctoritate ordinarij, eandem vim habet cum originali. hoc d. se summat, ponens petitionem: præsentationem: examinationem: præceptum: & effectum. Innocen. & Ioan. And. post
1 eum plenè prosequitur. † cum quibus solemnitatibus debeãt instrumenta (aliàs testamẽta) publicari: & in formam publicam redigi. ¶ Primò dicit, quòd debeat adiri iudex competens. ¶ Secundò, quòd ille, qui petit hoc, de calumnia iurare debet. ¶ Tertiò vocantur illi, quos res tangit. ¶ Quartò testes

stes inscripti in eodem producentur. aliàs producerentur, si coram testibus, & sine scriptura testamentum factum dicatur. ¶ Item est fienda publicatio coram officiarijs laicis, non
2 clericis: quod tamen limita, vt hic in nouella. † quid autem si tale testamẽtum factum est per notarium: an indiget tali publicatione? aliqui, quòd si. c. aliqui contra. quod est verius, se-
3 cundùm Inn. ¶ † Quæritur de effectu publicationis huius testamenti. dic, ꝙ post publicationem ponendus est hæres, qui publicari fecit, in possessionem hæreditatis. ī. de verbo. sign. c. dilecto. per Host. item faciet perpetuam fidem. vt l. 2. C. de
4 testa. ¶ Secundò quæritur. dictum est, † ꝙ sunt vocandi, quorum interest. quid si sint in remotis partibus, & hæc charta, quę publicari petitur, & redigi in publicam formam, vetustate cõsumatur. & periculum est in mora. dic, quòd ipso absente, fieri poterit, saluo iure ipsius, vt. s. vt lite non contest. in c.
5 quoniam frequenter. in princi. ¶ Tertiò quæritur. † Si partes, & omnes, quorum interest, cõsentiant, quòd tabellio aliquã priuatam scripturam publicet: ita quòd tali scripturæ adhibeatur fides: ac si à principio manu publica facta esset: nunquid talis scriptura faciet perpetuam fidem, saltem inter illas partes, quæ consenserunt? dic, quòd sic, vi pacti solemnis, non vi scripturæ. In contrarium facit quod no. in c. cum. P. tabellio. s. proximo. vbi dicit idem Inn. quòd non possunt conuenire partes nudo pacto, quòd credatur instrumentis confectis manu alicuius priuati: sicut non possent priuato iurisdictionem conferre, vt l. priuatorum consensus. C. de iuris. omnium iudi. dic, vt in Specu. de instru. edi. §. restat. ¶ Vltimò quærit hic Inno. vtrùm publicatio, de qua loquitur hoc c. habeat locum in omnib. instrumentis publicis: priuilegijs: breuiaturis: dictis testium: sententijs: actis: & omnibus, quæ possunt vetustate consumi. dicit, quòd sic.

De præsumptionibus.

QVIA Præsumptiones interdum solemnẽ probationem faciunt: quandoque alias probationes adiuuant: quandoq; plenè probant, vt violentæ. Ideo post tractatum de probationibus de testibus: & de fide instrumẽ. inseritur hæc rub. ad materiam facit 18. distinct. c. peruenit. ī. de spon. c. is, qui fidem. cum alijs hic multis similibus allegatis in glo.

SVMMAE.

1 *Noxius est, qui mittit lanceas, & sagittas in mortem: licèt mors non fuerit subsecuta.*
2 *Animus delinquentis præsumitur ex qualitate instrumenti.*
3 *Fraus, & praua intentio per exteriora probantur.*
4 *Malum, & damnum illatum semper præsumitur malo animo factum.*
5 *Offendens alium verbo, vel opere (quamuis protestetur, quòd non animo iniuriandi, vel occidendi) talis protestatio nihil operatur.*

1 SIcut. No. † ꝙ noxius est, qui mittit lanceas, & sagittas in mortem: licèt mors nõ fuerit subsecuta. de pœni. di. 1. c. si quis cum telo. quia in maleficijs voluntas spectatur, non exitus, l. diuus. ff. de sica. & punitur affectus: licèt non subsequatur effectus, vt l. si quis non dicam.
2 de episcopis. & cleri. ¶ Secũdò no. † quòd ex qualitate instrumenti præsumitur animus delinquentis. proijciendo enim lãceas, & sagittas, præsumitur animus occidendi, vt hic. secus si pugno, vel calce, vt l. j. §. diuus. ff. de sica. & l. si non conuicij.
3 C. de iniur. ¶ Tertiò no. † ꝙ fraus, & praua intentio per exte-
4 riora probantur. vnde dicit Inno. † malum, & damnum illatum semper præsumitur malo animo factum: nisi probetur contrarium, vt ff. ad legem Aquili. l. itẽ si obstetrix. imò plus.
5 † vbi verbo, vel opere quis offendit. aliũ est protestatur, ꝙ nõ animo iniuriandi, vel occidendi: talis protestatio nihil operatur. facit c. fina. de homici. lib. 6. & quod no. Bar. in l. non solùm. §. sed vt probari. ff. de noui ope. nun.

SVMMAE.

1 *Iudex pro habenda veritate debet fingere, quod non esset facturus.*
2 *Iudex exequitur præcepta sua per ministros.*
3 *Cessio litis facta ob timorem, & intuitu pietatis, non præiudicat.*
4 *Infans, super quo istæ duæ mulieres litigabant: si vtraque decessit lite pendente: cui succedet? vtrùm vtrique: neutri: aut alteri.*

AFferte mihi. Ex violẽta præsumptione fertur diffinitiua. h. d. Et prima pars ponit factum, ex quo. secunda
1 diffinit. ibi [respondet.] ¶ Primò no. † quòd iudex debet pro habenda veritate fingere, quod non esset facturus. & alibi dicit l. non esse cõstantis iudicis, cuius animi motum vultus detegit. vt l. obseruandum. ff. de offic. prę. & in istis dubijs supplendo de facto suum officium est latissimum, vt. s. titu.
2 proxi. c. cum Ioannes. ¶ Secundò no. † quòd iudex exequitur per ministros præcepta sua. dum dicit [diuidite.] facit. C. de
3 execu. rei iudi. l. executorem. ¶ Tertiò no. † ꝙ sicut confessio extorta formidine tormentorum non nocet confitenti: ita ẽt litis cessio facta ob timorem, & intuitu pietatis non præiudicat. quod est no. dicit enim mulier vera mater, da illi. & sic liti videbatur cessisse. & tamen sibi non prȩiudicat. quia emissa ob timorem: ne filius eius diuideretur. ¶ Quartò no. ꝙ ex falsa vnica prȩsumptione iudex fert sententiam in causa. quia fuit violenta præsumptio. & condemnauit in ciuili ad restitutionem, non criminaliter, mulierẽ, quæ subtraxit. quod qua-
4 re fecit, dicam infra. eod. c. quia verosimile. ¶ Querit glo. † si lite pendẽte vtraque mulier decessit, cui succedet iste infans: vtrùm vtrique, neutri, vel alteri. Lau. dicit, quòd succedet illi, quæ eum possidebat: siue ei, quæ erat in possessione filiationis. Si autẽ neutra, & volebat alteri succedere: oportet quòd probet se filium: aliàs repellitur. Si autem ambas hæreditates possidet. dic vt hic per Io. An. & plenè in disputatione Iac. de Bel. quam posuit in l. j. C. quorum bonorum.

SVMMAE.

1 *Præsumptio bonitatis resultat ex bona vita, & conuersatione sapiẽtum.*
2 *Intrinseca probant mores hominum.*

1 EX studijs. Verba sunt Salomonis Prouer. 20. cap. ¶ Primò not. † quòd ex bona vita, & conuersatione sapientum resultat præsumptio bonitatis. vnde quidam poeta Græcus ait. Primum esse beatum, qui per se sapit. secundum, qui sapientem audit. illum autem, qui vtroque caret, inutilem esse tam sibi,
2 quàm omnibus. † probant ergo intrinseca mores hominum. vt l. non codicillum. C. de codicil. quandoq; tamen homines mutant mores in melius. vnde Tullius de Catilina. Multos vidi, & audiui. qui cum totam adolescentiam voluptatibus dedissent: se ad bonam frugem recepisse: & graues, & illustres homines fuisse. multa exempla ponit Valerius libro 6. cap. fina.

SVMMAE.

1 *Contumax præsumitur fouere iniustam causam.*
2 *Iura præsumunt contra petentem plures dilationes.*

NVllus. Præsumitur contra illum, qui dilationibus subterfugit iudicium. pone casum p c. veritatis. s. de dolo, & cõtu. ¶ Pri-
1 mo no. † quòd præsumitur contra contumacem, vt foueat in iustam

2 iustam causam ¶ Secundò not. † ꝙ contra petentem plures dilationes iura præsumunt: & videtur confiteri.vt hic. non tamen est adeo vehemens præsumptio, quòd ad condemnationem sufficiat:sed contra tales in ciuili,& criminali multis modis iura prouident.facit.c.2.de consecra. dist. 6. & c. quoniã frequenter.§.in aliis.vt lite non contest.& de dolo., & contu. c.veritatis.cum multis similibus.

S V M M AE.

1 *Qui redarguitur de pluribus,& in delatione criminum aliqua prætermittit, quicquid tacuerit, confitetur.*

2 *Tacens consentire videtur.*

3 *Propositis duabus quæstionibus,si respon detur vni negatiuè,& altera relinquitur insoluta: videtur solui negatiuè.*

NOnne. Qui tacet,consentire præsumitur. 1 ¶Primò no.† ꝙ qui redarguit de pluribus,& in delatione criminum aliqua prætermittit:quidquid tacuerit,confitetur.verba sunt Hiero.contra 2 Ioannem episcopũ.¶Secundò no.†ꝙ tacẽs consentire videt. de qua materia plenè in l.quæ dotis.ff.so.ma.per Barto. si tacens cõsentire videtur:multò fortius agens & sic facit ad quęstionem episcopi,cuius constitutio prohibet alienationẽ fieri sine sua licentia: cum si fiat,in eo videatur cõsensisse:& licẽtiam dedisse.de qua in regu. qui tacet.in mercuriali.& ad materiam vide in mercuria.in regula. is qui tacet. ¶ Tertiò no. 3 † quòd propositis duab. quæstionibus, si respondetur vni negatiuè, & altera relinquitur in soluta:videtur solui negatiuè. ar.contra.ff.de cura.furi.l.consilio.& quod no.s̃.de offi.dele. c.prudentiam.1.responso.

S V M M AE.

1 *Papa debet diuidere,& partiri solicitudinem sui officij inter plures.*

2 *Papa committit in vna prouincia alij vices suas.*

3 *Cessio,siue commissio alicuius administrationis non videtur in dubio fieri loco,sed personæ.*

4 *Commissio facta sub nomine dignitatis,an transeat in successorem.*

5 *Præsumptio fit de preterito in præsens. maximè concurrente præsumptione naturę.*

4 *Iurans illicitè an possit propria auctoritate iuramentum deserere.*
5 *Monetam cudere spectat ad reges.*
6 *Moneta antiqua, quæ est eiusdem bonitatis cũ illa, quæ reformatur, debet pariter cum illa expendi.*
7 *Moneta, quòd fraudetur in pondere: vel quòd malè cudatur: quomodo cognoscatur.*
8 *Moneta an possit de consensu populi aliquãtulum cudi deterior, quã requiratur.*
9 *Moneta quot modis fraudetur.*
10 *Valor pecuniæ si est diminutus: an debitor soluendo de illa pecunia diminuta liberetur à creditore, ipsam recipere recusante.*
11 *Pœna quæ sit falsantis monetam.*

QVantò personam. Princeps, qui iurauit certam seruare monetam: si sciebat illam legitimo pondere defraudatam, pœnitere debet de iuramento, quod fuit illicitum. & ideo non seruandum. si verò ignorabat: tunc iuramentum seruat, si illam faciat restaurare. communis di
1 uisio. secunda ibi: [super quo.] ¶† Primò not.tex.in ver.imò. quia hæc dictio ponitur correctiuè.ff.de hæred.institu.l.si ita scriptum fuerit. dantes enim malum consilium sunt deceptores. consiliarius enim debet esse optimus, & purus vndiq;, & contentus his, quæ dantur à fisco. quòd si transgressus fuerit, appellatur.vt in Authen. de manda.princi. §. præcipuè verò.collat.3. vnde Salustius. Omnes, qui de rebus dubijs consultant, odio, amicitia, ira, misericordia vacuos esse oportet: haud animus præuidet verum, vbi quatuor illa officiunt.facit. 11. quæstio. 3.cap.quatuor.vnde assessores, qui dant malum consilium Potestati in ferendis sententijs: vel etiam imperitum, tenẽtur, vt l.2.ff.quod quisque iuris.¶Se-
2 cundò colligitur hic. † quòd sine consensu populi, non potest dominus minuere valorem monetæ, & cursum eius consuetum. Ratio est, quia tractatur de populi præiudicio circa diminutionem patrimonij.quod præiudicium inferre non potest superior sine causa, absque subditorum consensu, vt supra de offic.arch. cap.ad hæc.in regula, quod omnes tangit.& supra de constitu.cap. quæ in ecclesiarum. & est argu. secundùm Hostien. quòd princeps non potest per se componere de dam. populo datis, ratione guerræ. de quo remittit Hostien.ad summam de pœnis.§.fina. versi. sed pone, quòd guerra. facit quod not.Innocen.in cap.dilectus.infra de appella.vbi omnino vide. ¶ Tertiò not.† quòd interpretatio
3 iuramenti spectat ad Papam: quandoque autem fit interpretatio secundùm iurantis intentionem. supra cap. veniens. ¶Quartò not. quòd illicitum iuramentum non debet quis
4 obseruare. † & sic videtur, quòd iurans possit ipsum propria auctoritate deserere. circa quod dicit Hostien. quòd quandoque est certum iuramentum fore illicitum: & iurans sine absolutione potest, & debet conuenire. 22.quæstio.4.cap.in malis.& l.si aliquis. Quandoq; certum est, quòd est licitum: & omnino debet obseruari. infra eodem cap. & si Christus, & §.Apostolus. in fin.saluo quod notatur in glos.2. & in dubio semper est ad Papam recurrendum. supra de elect. cap. venerabilem.§.pen. & ibi in nouella. post Innocen.¶Quin-
5 tò not. † quòd ad reges spectat cudere monetam, a quæ de-
a bet esse legitimi ponderis. vt infra dicam.¶Sextò no.† quòd
6 moneta antiqua, quæ est eiusdem bonitatis cum illa, quæ reformatur, debet pariter cum illa expendi &c. ¶Venio
7 ad quæstiones. & quæro primò. † quomodo cognoscatur. quòd pondus pecuniæ fraudetur, vel malè cudatur. dicunt

doctores, q in moneta tria requiruntur, quãtitas ponderis materia & publica forma, vt l. i. ff. de contrahend. emptio. debet ergo considerari materia, de qua fit, quantum valeat in massa. Item debent considerari expensę artificum in cudendo. & deductis expensis tantum dẽt valere, quando est formata: quantum valet in materia. & sic expensæ debẽt deduci vtiles, & necessariæ: quas præstans auctoritatem monetæ de suo facere non tenetur. quia ex officio nõ debet habere dispendium, nec damnum. & hoc no. hic Inno. & Doc. in dicta. l. 1. ff. de contrahen. emp. videtur sentire, quòd expen.
8 in cudendo fiant de publico. ¶ Secundò quæro. † an possit de consensu populi aliquantulum cudi deterior, quàm dictum sit: vt dominus aliquid lucretur. Inno. dicit, quòd sic. si non sit multũ minoris valoris, quàm sit metallum, & deductis expensis: vt inde modicum, & non multum lucrum sentiat. quod est verum, si est inops moneta, non spargatur extra regnum suũ. quo casu possit hoc tolerari. allegat Hostien. ff. de iur. om. iudi. l. fi. & sufficit in hoc consensus maioris partis regni. ff. de
9 condi. & demon. l. ciuibus. ¶ Tertiò quæro † quot modis fraudetur moneta. dic q quandoque fraudatur per cãpsores ponderantes singulos denarios: grauiores conflantes: alios transire permittentes. fraudatur etiã, quãdo domini terrarum monetam minoris põderis cogũt recipi cum moneta maioris. Item quando bonam monetam reprobant, & æquiualẽtem, vel minus valẽtem recipiunt: vt reprobatam bono pretio habeant. & illam conflari faciant, & cudi in pondere minoris approbatæ monetæ. Item fraudatur ex materia. quæ non est tota argentea, vel aurea: vt consueuit. & ex pondere, quo fraudata est, & ex cursu. quia non currit, vt consueuit. facit. ff. de pig. act. l. eleganter. §. qui reprobos. & l. creditorem. ff. de so-
10 lu. ¶ Quartò quæro. † si valor pecuniæ est diminutus b vtrũ
b debitor soluendo de illa pecunia diminuta liberetur à creditore ipsam recipere recusante. Pone exemplũ Paduæ. vbi de antiquis solidis valet florenus tres li. & 10. solidos. sed de nouiter fabricatis valet 10. libras. debitor ergo in mille libris obligatus, antequam noua moneta cuderetur, monetam prædictam nouiter fabricatam vult soluere, & de illa creditori satisfacere in mille libris. creditor cõtradicit, & petit sibi solui de antiqua. quæritur quid iuris. Host. primò arguit, q ista diminutio sit periculo debitoris, non creditoris, vt d. l. creditorem. ff. de solut. & d. §. qui reprobos. In contrarium facit. quia quò ad æstimationem rei debitæ inspicitur tempus, quo petitur, non quo contractus, vt l. vinum. ff. si certum peta. cum alijs iuribus hic alle. Solu. dic, q aliquando ista diminutio cõtingit in qualitate extrinseca (quia magis est grossa noua: quàm antiqua.) & tunc debitor tenetur soluere de antiqua, vt d. l. creditorem. & probatur. ĩ. de senten. c. olim causa. vbi autem non est mutata materia: sed valor, quia quandoque valet floren. Senis tres libras & 15. solidos. quãdoq;. 14. Sed qualitas auri est eadem, & quantitas: licẽt ęstimatio decreuerit: & tunc distingue creditorem morosum à non moroso: vt morosus teneatur in illo pluri: non morosus nõ teneatur. & versa vice, si creditor fuit in mora recipiendi, & florenus plus valet mõ: quàm tẽpore morę, non teneatur debitor tradere florenos in illa maiori æstimatione. Et hæc collige ex dictis Bar. in l. Paulus ff. de solu. & Old. in consilijs suis fol. 12. & ista quæstio est de quæstionibus disputatis per Pileum. domi. Io. de Ligna. ponit hæc de verbo ad verbum notata per Bar. in dicta l. Paulus. ff. de solu. & quod no. Cy. in l. si quis argentum. C. de dona. ¶ Quid iuris si mutuaui florenos, an cogar recipere monetam, & econuerso. facit quod no. in l. in mino. C. in qui. cau. in integ. resti. non est necessa. ¶ Quintò, &
11 vltimò quæro. † quę sit pœna falsantis monetã. dic vt in prima glo. super qua refert Io. An. quòd iura, quæ simpliciter dicunt, quem puniri capitali pœna. cũ pœna capitalis sit multiplex, debet intelligi de minori, & mitiori. & per istud dictũ Ioan. An. liberauit quemdam à morte Bonon. qui falsauerat monetam eiusdem ciuitatis, eo quòd exilium, & relegatio sint capitales, vt dicta. l. 2. pro hoc dicto eiusdem allego glo. notabilem. in l. criminali. C. de iurisdi. omni. iudi.

ADDITIONES.

a ¶ Cudere monetam. Adde Bar. in l. fi. C de vete. numis. pot. li. 11. & in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. Bal. in c. 1. quæ sunt regalia. glo. Bar. & Rebuf C. de fal. mo. Roma. fin. 513.

b ¶ Est diminutus. vide Cy. in l in mino. in 11. q. C. in quibus cau. in integ. rest. non est neces. Bar. & Alex in l. Paulus. de solu. Doc. in c. olim causam. de censi. And. de Iser. in tit. quæ sint. rega in vsi. feu. Ange. in l. cum quid si cer. pe. Bar. & Sal in l. quod te. & in l. vinum. eo. ti. Bal. in l. 2. C. communia de leg. Bar. in l. res in doté. de iure dot. Old. consi. 149. Bal. in l. fi. C. de non nume. pec.

SVMMAE.

1 *Iudex, qui appellationem non friuolam ad superiorem interpositam non admittit, reprehensibilis est.*
2 *Sententiæ post appellationem non debent executioni mandari.*
3 *Consules, & rectores ciuitatum an habeant iurisdictionem: & cognoscant de causis.*
4 *Tempus à iure præfixum ad sententias exequendas potest arctari propter statutum: vel consuetudinem.*
5 *Consuetudo recipit interpretationem à iure communi.*
6 *Inferior non potest statuere, quòd ab eius sententia non appelletur.*
7 *Executio facta appellatione pendente, est ante omnia reuocanda.*

VEnientes. Iudices, qui iurant sentẽtias infra certum tẽpus exequi: hoc non obstante, appellationibus ab eis interiectis, differre tenẽtur. hoc dicit. potest diuidi in quatuor partes. In prima reprehensio consulum. in secunda, ibi [verùm] ipsorum excusatio. In tertia, ibi [quia verò] excusationis reprobatio, & generale mandatum. In quarta ibi [cum ergo.] mandatum speciale, & comminatio non parentis. ¶ Primò no. q hic excedebant cõsules, & tamen plenè impingitur culpa, & delictum officialium. & ratio est, quia consules hoc agebant vigore consuetudinis. & sic videtur delictum populi, nõ ipsorum principaliter. Ideo à populo petitur ratio, & emendatio, vt apparet in tex. coniuncta subscriptione. facit quod no. Inno. in c. grauem. de senten. excom. vbi autem consules non vigore statuti, vel consuetudinis deliquissent, ipsi punirẽtur ex delicto, non populus, vt l. 1. ff. de magi. conue. ¶ Secun
1 dò no. † quod redarguitur iudex, qui appellationem ad superiorem interpositam non admittit. quod intellige, nisi esset friuola, vt in c. cum appellationibus. de appel. lib. 6. & l. quoniam iudices. & l. iudicibus. C. de appel. & in l. cum beatus. 45. distin. & per Ho. in summa de tempo. ordi. ver. & cui. sub.
2 §. octaua regula. & §. sequen. ¶ Tertiò no. † quòd sententiæ post appellationem non debent executioni mandari. quia effectus ipsarum per appellationem suspenditur, vt s. de offic. deleg. c. pastoralis. vtrùm autem sit hoc verum in sententijs latis in causa criminali. dic, vt l. aditos. C. de appel. & ff. eod. titu. l. non tantùm. Et istud est verum de executione. quæ est fienda per hominem: secus si per legem, quæ per appellationem non suspenditur. facit quod no. in l. furti. ff. de his, qui not. infa. & l. quod ad statum. ff de pœnis. & ĩ. de appel. c. pa-
3 storalis. ¶ Quartò no. † quòd consules, & rectores ciuitatũ habent iurisdictionem, & cognoscunt de causis. quod dic, vt no. Inno. in c. quæ in ecclesiarum. s. de consti. & c. cũ omnes. eo. tit. & l. 1. ff. quod quisque iuris. per Doct. ¶ Quintò no.
4 † quòd tempus à iure præfixum ad sententias exequendas, potest arctari propter statutum, siue consuetudinem: per iudicem autem non possent arctari sine causa: sed suppleatur à iure, quod sententiæ iudicis deest. ff. de re iudi. l. 4. §. si quis.
5 facit l. 2. ff eod. tit. ¶ Sexto no. † q consuetudo recipit interpretationem à iure communi; vt scilicet ille, qui iurauit sentẽtiã exequi. ĩ. tempus secundũ cõsuetudinẽ: debet intelligi, nisi fuerit

si fuerit appellatum.& quòd in iuramento intelligitur excep
6 ta auctoritas superioris.¶Septimò not. †ꝙ non potest inferior statuere,ꝙ ab eius sententia non appelletur. quia tale statutum lædit ius superioris.Ciuitates ergo,quæ habent ex priuilegio,quòd cognoscant de primis causis appellationũ, nõ possunt statuere,ne liceat secundò appellare. potest ergo circa exclusionem appellationis plus pactum, quàm statutum: quia litigantes possunt conuenire,ne liceat appellare,vt l. si. de tempo.appel.sed per statutum hoc disponi non potest. Et circa hoc vide,quod no.Bart.in l.si in publica.ff.de aqua plu.
7 arc.¶Octauò no.†ꝙ executio facta appellatione pendente, est ante omnia reuocanda.concor.l.chirographis. de admin. tuto.ff.& hoc notum de appellatione interposita à diffinitiua sententia. ¶In appellatione autem ab interlocutoria an statim debeant reuocari attentata post appellationem.dic,vt tãgit hic glo.vtrùm appellatio extinguat pronunciationem.dic vt l.j.ff.ad Turpil.in l.tale pactũ.§.qui prouocauit.ff. de pac. per dominum Bal.de Perusio plenius.

TVMMAE.

1 *Promittens non mouere quæstionem,non impeditur iudicis officiũ implorare,*
2 *Vsurarius non manifestus potest facere testamentum.*
3 *Vsurarum querimonia,siue petitio potest proponi coram iudice seculari.*
4 *Solennes vsuras vsurario cum promissione de non repetendo (licèt creditor postea mandet vsuras restitui in testamento) non repetit.*
5 *Relictum factum hoc modo.damno hæredes meos:vt vsuras restituãt illis,qui probauerint se soluisse,an valeat.*
6 *Iurans aliquid tenetur ad obseruantiam iuramenti, etiam hæredibus eius,cui præstitum est iuramentum.*
7 *Iudex potest super vsuris procedere per inquisitionẽ, vt restituãtur. & etiam testes citare:& monere per generale proclama.*
8 *Casus,in quo hæres tenetur ex delicto defuncti.*
9 *Iudici quando sit permissum inquirere ad priuatum interesse.*

AD nostram. Per officium iudicis subuenitur illi,qui propter iuramentum non potest repetere vsuras.h.d. communis diuisio.secunda ibi[mandamus.]¶Primò not.ꝙ quandoq; iurat debitor non repetere id,quod soluit: vel non quæstionem mouere.Ista ante verba,mouere quæstionẽ,non excludunt denunciationem iudici fiendam, vt sentit Io.And.
1 †Ex quo infero,ꝙ ille,qui promittit non mouere quæstionẽ: non impeditur iudicis of. implorare.facit l.fi.ff.de pet.here.
a An autem prohibeatur excipere.adic,vt.ff.de procura.l.non solum.§.status.& l.Lucius.§.tres hæredes. ff. ad Trebel.facit quod no.in l.amplius.ff. rem ra.ha.& quod dixi in c. si diligẽ
2 ti.s̃.de foro.compe. ¶ Secundò hic colligitur,†ꝙ vsurarius potest facere testamentum.quod est verum:nisi sit vsurarius manifestus.tunc enim non potest,nisi seruata forma c.quãq. de vsur.lib.6.de quo latius.s̃.de do.& contu.c. veritatis. per
3 Inno.& in nouella.¶Tertiò†coram iudice seculari potest ꝓponi querimonia, siue petitio vsurarum.de quo dic, vt 14.q. 4.c.quid dicam.per Archi.& in cle.dispendiosam.in gl. cum repetuntur.de iudi.& ff.so.ma.l.Titia.per Bar.& Bal.¶Quar
4 tò colligitur.†ꝙ si quis soluit vsuras vsurario cum promissione de non repetendo (licèt creditor postea mandet vsuras restitui in testamento)istud legatum non extenditur ad istũ, qui specialiter iuri suo renunciauit.qđ potest; quia in eo huic non subuenitur per actionem ex testamento : sed per officiũ iudicis, vt probat tex.Idem si quis mandet creditoribus satis fieri.non.n.intelligitur de eo,cui iam testator satisfecit, vt l. Lucius.in prin.ff.de lega.2. Item non intelligitur de naturali debito tm̃:sed de eo,quod põt exigi cum effectu.vt l. si is cui §.Flauius.ff.de solu. ¶Et aduertendum de iuribus huius gña
5 lis relicti.†Scilicet dãno hr̃des meos,vt vsuras restituant illis, qui probauerint se soluisse.videtur.n. legatum nullũ:sicut cũ debitor legat debitum creditori,vt l.si creditori.ff.de le.j.Sed fortè est vtile legatum in casu huius.c.quia licèt quis iuret nõ repetere:non videtur per tale pactum extincta obligatio omni iure,sed parata exceptio contra petentem:quæ tollitur vigore testamenti.& ideò vtile est legatum. vt d.l.si creditori.facit quod no.Inn.s̃.de rescri.c.constitutus.& sm̃ hoc, quod dixi in quarto notabili,non ꝓcedit,videlicet, ꝙ repetãtur istæ vsuræ per officium iudicis.quia imò petentur per vigorem te
6 stamenti.& hoc sentit glo.3.¶Quintò no.†ꝙ ille,qui iurauit aliquid,tenetur ad obseruantiam hæredibus eius,cui præsti-
7 tum est iuramentum.de quo s̃.eo.c.veritatis.¶Sextò no.†ꝙ super vsuris(vt restituantur)potest iudex procedere per inquisitionem,& testes citare, & monere per generale proclama, vt compareant ad testificãdũ.Ex quo collige, ꝙ sicut quãdo aduersarius est incertus,sufficit generalis citatio, vt in Auth. si omnes.C.si vt se ab here.absti.Ita ẽt, quia testes sunt incerti,vt hic,possint generaliter citari.quod not. ¶Septimò not.
8 †ꝙ hæres tenetur ex delicto defuncti. quod patet,quia tenetur ad restitutionem vsurarum.de quo plenè,vt in c.vl.de sepul.& l.j.de priua.delic.per Bar.¶Octauò, & vltimò not. ꝙ causa vsurarum est de foro ecclesiastico.de quo.s̃.de fo.cõp. c.cum sit generale.&c.Opponitur.dicitur hic, ꝙ iudex proponit edictum publicum in ecclesia &c.& sic innuit, ꝙ ex officio possit iudex inquirere super restitutione vsurarũ.Sed contra.non potest iudex impendere suum officium nõ petitum, vt l.4.§.vl.ff.de dam.infec.& dixi.s̃.de postu.c. bonæ.il.j. hic autem dicitur,ꝙ nemine petente,iudex procedit. quare ma-
9 lè.Solu.huius timore Inn.†hic tractat,quando sit permissum iudici inquirere ad priuatũ interesse. dic ergo latius post eũ; ꝙ aut quæris,an possit inquirere super criminibus puniẽdis. & dic,vt in c.qualiter,& quando.de accu.& l.2.§. si publico. ff.de adul.per Bar.Aut quæris,an possit inquirere super interesse alterius priuati,non super punitione delictorum: & tũc aut quæris,an possit inquirere de iuribus principis:&potest, vt l.penul.C.de bo.vacan.lib.10.& c.cum dilecta.§. volẽtes. de confirma.vti.vel inuti. Quandoque quæris, an possit inquirere de iuribus priuati. & tunc aut illis, contra quos inquiritur,impingitur crimen vsurarum : vel aliud concernens interesse priuatum.& tunc Papa potest hoc facere ex plenitudine potestatis. & etiam episcopi,ad pœnitentiam peragendam.& sic loquitur de offi.ordi.c.1.licèt tunc in consequentiam veniat restitutio interesse priuati:quia alias non esset pœnitentia fructuosa,nisi restitueret alienum.14.q.6.c.1.& de vsur.c.quia frustra.in glo.hic apparet.in nouella. Quandoq; tamen in modum inquisitionis agitur ad consequendum priuatum interesse.De quo.s̃.de iudic.c.nouit.in nouella. & generaliter vbicunque agitur de correctione criminum: vel imminet periculum animarum,fit inquisitio ex puro, & mero officio iudicis,nullo conquerente,& nulla infamia præcedente,sm̃ Ho.vnde potest inquirere de consanguinitate inter cõiuges:& de quolibet alio impedimento canonico.& sic intelligitur de offic.ordi.c.1.facit quod plenè no.in l.si vacantia.C. de bo.vacan.in repetitione domini Angeli de Perusio.vbi plenè.de statu autem,& moribus ecclesiarum an possit episcopus, vel inferior à Papa inquirere,tenet Inno. ꝙ non potest alius,nisi Papa.sed sibi licet ex plenitudine potestatis.de quo s̃.de testi.c.cum olim.& de foro compet.c.vlti.lib.6.in gl. licèt causam.

ADDITIO.

a ¶Prohibeatur excipere.vide Bal.in l si quis maior.C.de transa.

SVMMAE.

1 *Iuramentum præstitum intelligitur secundùm communem interpretationem iuris communis.*
2 *Promissio quantumcunque verbis generalibus concepta, & iuramento firmata, recipit interpretationem secundùm ius commune.*

3 *Omissio ordinis talis qualis an vitiet.*
4 *Iuramentum per metum extortum super re licita an obliget.*
5 *Pars an debeat citari in notorijs, & sententia ferri.*

AD nostram noueris. Iudex, qui iurauit in omni causa ordinem iudiciarium obseruare, in notorijs ordinem iudiciarium non seruabit. cō
1 munis diuisio. secunda ibi[verùm.] ¶ Primò no. † ꝙ iuramē tum prestitum intelligitur secundùm communem interpretationem iuris communis, & secūdum subiectam materiam, secundùm quam sunt intelligendi sermones, vt l. si ita stipulatus. ff. de vsur. & l. si vno. ff. loca. ¶ Secundò no. reg. quòd manifesta accusatione non indigent: nec in eis est ordo iudiciarius seruandus. concor. 2. q. 1. c. de manifesta. ¶ Tertiò no.
2 † ꝙ promissio, quantuncunque verbis generalibus cōcepta, & iuramento firmata, recipit interpretationem secundū ius commune. sub generali obligatione non videtur cogitatum de illicitis: sed ciuili modo verba generalia sunt intelligenda, & non captiosè. vt l. si cui. ff. de seruitu. l. vt gradatim §. sed si lege. ff. de mune. & hono. & c. 1. ȷ̃. eo. lib. 6. ¶ Quartò no. tex. dum dicit [quàm in his non per omnia seruari ipsa.] quasi innuat, quòd etiam in notoriis & manifestis seruetur ordo iu
3 diciarius talis qualis. ¶ † Vnde sicut omissio iudicii ordinarii in causis, vbi exigitur, vitiat processum, vt l. prolatam. C. de senté. ita omissio huius ordinis talis qualis. vt videtur sentire Inno. in c. nostra. ȷ̃. de cohabita. cleri. & mu. qd tene menti. ¶ Quintò hic colligitur, coniuncto principio cum fi. ꝙ iuramentum extortum per metum obliget. videbatur enim cōtra. ȷ̃. de priui. c. cū olim. il. 2. & de cōuer. cōiug. c. accedēs. Sed in illis fuit vera extorsio: hic secus, secundùm Inn. facit. ȷ̃.
4 de insti. c. cum venissent. ¶ † Vtrùm autem iuramentum per metum extortū super re licita obliget. dicit Io. An. quòd nō. nisi aliàs sit in precepto. & tunc tenetur ex vi precepti, non ex vi iuramenti: quamuis & ab obseruatione ipsius debeat per superiorem absolui. de quo. s. quod metus causa. c. ad aures. & s. eo. c. debitores. ¶ Oppo. glo. innuit tex. quòd iuramentum præstitum de seruando ordinem iudiciarium, in notoriis sit illicitum. contra. s. de elec. c. bonæ. & in alijs iuribus allegatis in gl. Sol. vt in ea. & adde, quia læderetur disciplina iudicialis, si præcisè ad obseruantiam teneretur. & quando trāsirent crimina impunita contra no. in c. vt famæ. de senten. ex communi. & sic induceret periculum salutis. 12. q. 2. c. cum
5 deuotissimam. ¶ Quærit glo. † an in notorijs debeat pars citari, & sententia ferri. tenet, quòd non, quando sunt notoria iudici, & aliis. Idem no. de purg. canoni. c. dilectus. in gl. quia hæc. Et idem hic Inno. Io. 2. quæs. 1. c. quæ Lotharius. dicit, ꝙ fortè in notorio est fienda citatio. Io. An. remittit ad Decre. cum sit Romana. de appel. super vlti. glo. & de re iudi. c. cum olim. & de coha. cle. & mu. c. nostra. super glos. intelligentia. in 2. colum. ver. citatio. & ver. sunt qui dicunt. Sententia autē an sit ferenda, no. in Decre. ex parte. la. 1. de verb. signi. in gl. per vnum. post prin. aduerte tamen singulariter ad hanc glo. quando quid est notorium in vna prouincia, & non in alia, in qua iudex vult procedere, tanquam super notorio: an debeat tanquam super occulto. cui adde, quod no. de offi. deleg. c. 1. lib. 6. in glo. 2. & de sen. excom. c. licèt. eo. lib.

SVMMAE.

1 *Liberatio non cōtingit, si vni soluitur improuidè, quod alteri debetur.*
2 *Iuramentum fidelitatis soli domino: & illi, cui hoc commiserit, est præstandum.*

a
1 EA te credimus. a † Qui iurauit, cui non debuit: ei, cui debuit, iurare compellitur. & ad modū epistolę tria facit. ponit exordium. Secunda. ibi [sanè.] ponit narrationē. Tertia ibi. [cum igitur.] conclusionem. ¶ Primò no. regulā, quòd nō contingit liberatio, si vni soluitur improuidè, quod alteri debetur. quod est verum, si soluitur prorsus extraneo. secus si creditori: tunc enim contingit liberatio, etiam si solutio facta sit, creditore inuito, vt l. solutum. §. solutam. & ibi de hoc. de pig. act. & l. solutionem, & iudicium. ff. de solu. Item est verum, nisi soluatur procuratori etiam reuocato, si debitor hoc ignorat, vt ff. si cer. pet. l. is qui in prouincia. & de solu. l. procuratori. Item etiam liberatur quis, soluendo adiecto in stipulatione, vt ff. de solut. l. quod si stipulatus. Ille autem, qui recipit, quod alteri debetur: qua actione teneatur, longa est materia. de qua in l. falsus. C. de fur. l. si procuratori. ff. de condi. inde. & l. quoniam. ff. de condic. fur. ¶ Secundò not.
2 † quòd iuramentum fidelitatis solùm domino, & illi, cui hoc commiserit, est præstandum: & nō alii, etiam si dicatur (saluo iure domini mei) videtur enim protestatio contraria facto: sicut refert Ho. ꝙ quidam Senescallus fecit hominem suspendi, saluo iure suo. & quidam alius iuramentum prestandum duab. ecclesiis fecit eo modo, saluo iure illarum ecclesiarum. Non enim hoc fit sine violatione fidelitatis: nisi quando fecit fidelitatē duob. dominis, maiori, & minori: licitè enim iuratur minori domino, saluo iure maioris, secundùm Hosti. qui circa hoc quærit: an feudū ex hoc cadat in commissum. & dicit. quòd sic, quia quantum in eo fuit, alienauit. 11. col. de feu. non alie. l. imperialem. & maximè, si fiat contra pacta iuramenti. vt. C. de transac. l. si quis maior. de ista dictione, saluo. dic, vt no. in l. item Labeo. ff. fa. ercis.

ADDITIO.

a ¶ Ea te credimus. De materia huis. c. habetur in c. si diligē. de rescrip.

SVMMAE.

1 *Pater potest compromittere de iniuria à filijs irrogata.*
2 *Iniuria potest compromitti in offensum.*
3 *Iniuria irrogatur facto, & verbo.*
4 *Verbum iniuriosum factum quod dicatur.*
5 *Exhæredatio filiorum non potest deduci in pactum.*
6 *Obijcens crimen contumeliosè extra iudicium tenetur actione iniuriarum.*
7 *Arbitrator, qui perperam pronunciauit, debet reuocare quod fecit.*
8 *Arbitrium si est iniquum, recurrendum est ad superiorem.*
9 *Actio aliqualis an oriatur ex sententia arbitratoris.*
10 *Arbiter, & arbitrator in quibus differant. vsque ad nu. 14.*
11 *Præsentia partium an requiratur in ferendo arbitramento.*
12 *Arbitramentum non emologatur cursu decem dierum. sicut sententia arbitri.*
13 *Emologatio an habeat locum, vbi pœna in compromisso est apposita.*
14 *Reductio ad arbitrium boni viri, infra quantum tempus possit fieri.*
15 *Officium iudicis quando datur ad rescindendum id, quod de iure communi valet, finitur anno vtili.*
16 *Partes si compromiserunt stare dicto arbitratoris sub pœna centum librarum: & arbitrator iniquè pronunciet, & mandet adimpleri infra octo dies. cui pars condemnata non paret: an possit ab ea peti pœna.*
17 *Renunciari an possit petitioni reductionis ad arbitrium boni viri.*
18 *Compromissum si fuerit in aliquem, tā quam in arbitrum, arbitratorē, & amicabilem compositorem: an eius sententia censeatur lata, tanquam ab arbitro, vel ab arbitratore.*
19 *Potestas arbitrandi quanto tempore duret.*
20 *Laudum an transeat ad hæredes.*

QVintauallis. Is, cuius mandato stare iuraui: nō pōt mihi pcipere, vt filias exheredē, & vxorē abiiciā. h. d. cō
1 munis diuisio. secūda ibi[quo circa] ¶ Priō not. † ꝙ pater cō promittit de iniuria à filijs irrogata. ex delicto ergo filij pater ciui-

ter ciuiliter cōuenitur:criminaliter verò,siue in publicis iudicijs,agitur contra ipsum filium delinquentem : nec requirit consensus patris. vt.l.inter liberas.§.si filius.ff.de adul.p Bar. curatoris autē auctoritas an requirat, si delinquēs sit minor. dic vt.l.clarum.C.de auct.præstan.pro iniuria verò facta filio patri actio competit:nisi esset vilis persona:filius aūt in dignitate,vt.l.sed si vnius.§.filio.ff.de iniur.&.l.si filius.ff.de ꝓcu.
2 ¶ Secundò not. † ꝙ in offensum potest iniuria compromitti. & offendens se ponere in manibus iniuriati. & in hoc arbitrator differt ab arbitro,& à iudice, qui non pn̄t arbitrari,vel iudicare in re propria,vt.l.1.C.ne quis in sua causa.facit qđ ibi no.in.l.pęnul.ff.de arbit.&.l.si libertus.ff.de ope.libertorum
3 ¶Tertiò no.†ꝙ iniuria irrogatur facto , & verbo.
4 † qđ autē dicatur verbum iniuriosum.dic quoties improperro aliquod maleficium per te commissum,vt.l.1.in fi.ff.de obseq.pat.præstan.& idem si reimproperat aliqua iniuria in te, vel in tuos commissa, vt.l.si inimicitię. & ibi no.ff.de his quę vt indig.Idem si in genere dicam,latro,homicida, uel fur,vt l.1.in prin.ff.de lib.& posthu.Idem si dicit,tu mentiris. qđ est verbum iniuriosum.an autem hæc sint vera, si reimproperaretur illud,qđ est verū.puta homicidā:uel adulterū : vel spurium sic appello.dic,vt.l.eum qui nocentem.ff.de iniur.Quid autem si idem uerbum iniuriosum pluries dicatur:an oriant plures actio.dic,vt not.Bar.in.l.Item apud Labeonem.§.qđ dicitur.ff.de iniu.vbi ista not. & etiā qd dicatur blasphemia.
5 ¶Quartò no.† quòd exhæredatio filiorum non potest deduci in pactum.causæ enim exhæredationis in iure enumerant, vt in Auth. vt cū de appel.cog.§.causas.col.8.vnde non videtur,quòd per pactū,siue laudū possint ampliari,vt hic.qđ est verū,nisi filius consentiret:tunc enim non videtur filio danda querela inofficiosi,si exheredationi consentit, vt.l.non putauit.§.si quis sua manu.ff.de contrata.¶ Quintò hic colligit,
6 †ꝙ ille,qui obijcit crimē,teneat actione iniuriarum.qđ intelligo verum,qn̄ obijcitur extra iudicium cōtumeliosè,vt hic. Si quis aūt in iudicio obijceret exceptionem criminosam,et non probaret.dic vt dixi.s̄.in fi.illius.c.de ordi.cog.c.cū dilectus.
7 ¶Sextò no.†ꝙ arbitrator,qui perperā pronūciauit,debet reuocare qđ fecit.An aūt iterū arbitrari possit.dic vt no. Dy.in.l.serui electione.ff.de leg.1.facit c. si cōpromissarius.
8 de elec.lib.6.¶ Septimò no.†ꝙ si arbitrium est iniquum,recurritur ad superiorē.¶ Quis autem in hoc casu dicatur superior,siue iudex cōpetēs,corā quo petatur ista reductio.q.dam dicūt,ꝙ iudex appellationis,cū ista reductio sit species appellādi vt l.non distinguemus.§.cū quidā.ff.de arbi.¶Cōtrariū tenet Bar. & dicit, ꝙ iudex principalis causæ est iudex cōpetēs,vt not.in.l.societatē.§. arbitriorum.ff.pro socio.vbi omnino vide.¶Venio ad apparatū Innoc.& nouellæ,quē ordino per questiones.& priò quæro,† an ex sententia arbitra
9 toris oriatur aliqualis actio.dicit Inno. ꝙ aut est iuratū stari suo arbitrio.& tunc orit actio.Sed hic aduerte,qa alibi dicit idē Inno.ꝙ ex iuramento nulla orit actio.vt in c.cū venissent. j.de insti.sed dic,ꝙ in isto casu orit actio ex conuentione,q̄ de se quamq̄ inefficax sit iuramēto tn̄ conuentionali pręstito super lite, reddit efficax,vt.ff.de iureiurā.l.iusiurandū quod ex conuen.Aut non interuenit iuramētū.& tunc aut arbitrator est assumptus super contractu,aut super lite.Si super contractu.tunc aut in continenti. & ex eius arbitramento oritur actio ex eo contractu:licèt ex interuallo arbitretur.vt.l. petens.C.de pac.&.l.neptis.C.si cer.peta.aut non fuit assumptus incontinenti:sed ex interuallo.& tunc aut intercessit stipulatio : & tunc agetur ex stipulatione. aut non intercessit : & tunc eius dicto non datur actio : sed exceptio tantùm , vt d.l. petens. &.l. neptis. &.l. iuris gentium.§.quinimò.ff. de pact. quod credo verum de iure ciuili : sed de iure canonico. quod ex nudo pacto tribuit potestatem agendi , vt in.c. 1.supra de pact. videtur danda actio ex dicto eius , si petens ita conuenerit stare eius arbitramēto.aut arbitrator nō assumitur super contractu:sed super lite: tunc dicit dominus Bal.quòd aut laudat formiter.& tunc oritur actio ex illa causa,quæ probatur per laudū,vt.ff.de iureiuran.l.si duo patroni.§.penul.aut laudat informiter.& tunc non oritur actio ex laudo arbitratoris:sed agendum est ex stipulatione, si intercessit in cōpromisso: aliàs nō pareret actionē:sed si sit ęquū, etiam vna parte contradicente, erit officio iudicis executioni mandandum, secūdum Hosti.Et idem si sit iniquum, postquam ad æquitatem fuerit redactū.s̄. de appel.c.2.& ad ibi no.remittit Hostien.Bar.tamē in dicto.§.arbitriorū. tenet,ꝙ sententia arbitratoris non habet paratam executionem : sed agendum est ex stipulatione,si intercessit:vel ex præambulo contractu completo per arbitramentum. Statuta tn̄ communiter prouident,vt mandetur executioni,sicut sententia.
10 ¶Secundò quæro.† quę sit differentia inter arbitrum,& arbitratorē.dic, quòd multiplex colligitur hic ex notatis per Doct. & Speculator tangit in titulo de arbitris.§.primo.in prin.& differunt primò in eo, qđ.s̄.dixi. qa ex sententia arbitri orit actio,non ex sentētia arbitratoris,scđm Bar.vbi supra. ¶Secundò differunt.quia arbiter nō assumitur in re propria:sed arbitrator sic,vt dixi.s̄.¶Tertiò differunt.quia arbiter,sicut iudex,debet ꝓcedere,seruato iuris ordine. arbitrator verò, nullo seruato iuris ordine,dicit : qđ sibi arbitrando videbit, vt.l.si societatē.&.l.cui.&.l.in proposita.ff.pro socio. Si verò arbitrator litē fecerit contestari,siue nō:uel etiam in scriptis pronunciauerit:siue simpliciter verbo nudo,non est vis,ꝙ p̄dictarū solemnitatū obseruatio non habeat locum, nisi corā iudice,vel arbitro,secundùm Inno.¶Cuius gratia incidenter
11 quæritur.†vtrùm in referendo arbitramento requiratur partium præsentia. Pe.& Ia.de Ra.ꝙ sic.allegant pro casu.l.si qs arbitratu.ff.de verbo.obli.& ibi Bar.hoc tenet.& probat pluribus rationibus,ꝙ partis præsentia requiratur. D.Bal.ibi distinguit:dicit enim,ꝙ aut partes fuerunt præsentes in uentilatione causæ.& tunc valet arbitramentum:licèt tempore laudi partes sint absentes.aut partes fuerunt absentes in discussione,& pronunciatione:& tunc tenet laudū arbitratoris: qa non debuit facere arbitrari,vt.ff.de condi.& demō.l.2. Et ꝓ hoc dicto facit, qđ no.hic Inno. scilicet corā arbitratoribus nullus ordo est seruandus. sufficit enim præsentia partis tempore contractus.tempore verò,quo circa ipsum contractum aliud declaratur per communem ministrum ambarum partium:non requiritur ipsarum præsentia.quia ipse videtur organum ipsarū partium,vt.ff.de manu.vindi.l.pater ex prouincia.& hoc latius prosequere,vt ibi per eū.Facit qđ no.Cy.in l.si quis in cōscribēdo.C.de epi. & cle.&.l. Theopompus.ff. de do.præle.per Bart. ¶ Quarta differentia inter arbitrū,& arbitratorem est:quia sententię arbitri est parēdum , siue sit æqua,siue iniqua:& etiam si grauiter lædat. aliàs pęna committitur.C.de arbit.l.1.& si nō est promissa pœna,agitur ad interesse,si stipulatio intercessit:vel si partes emologauerunt ipsam:vel si infra.10.dies nō contradixerunt.omnibus enim istis casibus oritur actio , & ex sententia arbitri , etiam si sit iniqua:nec reducitur ad arbitriū boni viri, secundum Inn.licèt Host.cōtra.s̄.de arbi.c.2.Sentētia verò arbitratoris semper reducitur ad arbitrium boni viri, vt hic. & dicto.§.arbitriorum &.d.l.si libertus.ff.de ope.liber.facit qđ no.s̄.de ar-
12 bi.c.dilectus.Arbitramentum ergo nō emologatur cursu decem dierum.sicut sententia arbitri. hic tamen aduerte , quia si compromissum factum est sine pęna : videtur habere locū dicta emologatio sententiæ arbitri per dictam.l.cum antea. &.l.fina.C.de arbi. Si autem cum pęna : tunc videtur cessare prouisio dictę.l.cum antea, propter specialem prouisionem hominis,vt.l.fin. de pact.conuen, & de hoc variant glo. iuris
13 ciuilis.†an scilicet dicta emologatio locū habeat,vbi est pœna in compromisso apposita.Bart.distinguit, quòd aut in cōpromisso vallato appositione pęnæ est apposita dicta clausula.& tunc emologatio cessat.& tantùmodo cōmittitur pęna,

si fuerit contra factum.quod dic, vt no. Bar.in l.ait prætor.in
prin.ff.de re iudi.in dicta l.cum antea. & per Innocen. in c.p
14 tuas.supra de arbi. l.2. ¶ † Tertiò quæro infra quantum tem
a pus possit fieri reductio[a] ad arbitrium boni viri.Spe. in tit.de
arbi.§. sequit. videtur dicere, quòd infra.10.dies,sicut dicit
appellari,vt d.l.non distinguemus.§.cum quidem. ff.de arbi.
Bar.côtra.in dicto.§.arbitriorû.vbi côcludit,vt si per ânû ta
ceat: videtur arbitramentum comprobare. quod est verum,
secundùm eum,quando petitur per modum actionis, vel offi
cio iudicis, subrogato loco actionis.Sed quando officium iu
dicis proponitur principaliter (vt in contractibus stricti iu-
ris)tûc debet proponi infra quadriennium hodie: olim infra
15 annum vtilem.Regula enim est, † quòd quando officium iu-
dicis datur ad rescindendum id, quod de iure communi va-
let, anno vtili finitur, vt l.in honorariis.§ sed cum rescissa.ff.
de act.& oblig.dic latius per eum in dicto.§. arbitriorum.
16 ¶ Quartò quæritur, † si partes promiserunt stare dicto arbi-
tratoris sub pœna centum librarum, & arbitrator iniquè pro-
nunciet: & mandat adimpleri infra octo dies. cui pars con-
demnata non paret:an possit pœna ab ea peti. quidam quòd
sic.quia in re sua,&c.vt in l.in re mandata.C.mandati.& l.ne
mo exterus. C. de iude. ¶ Alij contra. Si enim iuramentum
non prohibet reductionem ad arbitrium boni viri, vt hic,&
supra c.veniens. multò minus debet impedire appositio pœ-
næ.& hoc tenet Host.quando generaliter est iuratum de stan
do dicto arbitratoris.Si autem specialiter, & expressè dictû
fuit,quòd ius vnius partis possit in totum, & pro parte dare
alteri. & promissum fuerit & iuratum stare suæ pronuncia-
tioni iniquæ:videret standû eius dicto de rigore:& nô parês
deieraret, & nô penâ hic promissam incurreret de rigore:licèt
fortè ex æquitate iudex debet occurrere iniquitati, pensatis
causis, locis, & temporibus, & qualitatibus personarum:vt
patet in eo,quod legi.& no.supra de transac. c. fi. secundùm
Hostien.Cui adde, quod plenè not.Dy. in reg.scienti.de reg.
iuris lib. 6. ¶ Videtur tamen mihi, quòd solutio quæstionis
17 proposita pendeat ab alia. † scilicet an possit renunciari peti
tioni renunciationis ad arbitrium boni viri. in qua Barto. sic
distinguit.aut arbitratur iniquè per dolum. & talis renuncia-
tio nihil operatur.& ita loquitur tota distinctio Dy.in d.reg.
scienti.aut sine dolo:& tunc aut est deceptio in magna quan
titate:aut in parua.si in magna,potest peti reductio. si in par
ua:tunc secus, vt ff.de mino.l.ait prætor.§.quæsitum.& ita de
bet intelligi glos.in l.si de meis.§. recepisse.ff. de arbi.quæ di
cit,quòd potest auferre de iure vnius, & dare alteri.Intelligi
tur enim moderatè:sed si esset expressè dictum, quòd possit
auferri in magna,& parua quâtitate:tunc valet pactum de iu
ris rigore, vt dixi supra,secundùm Hostien. nisi esset ita ma-
gna quantitas.quòd faceret ipsum dolum præsumi,vt l.om-
nes.§.Lucius. ff. de his, quæ in frau.cre. Et de ista quæstio-
ne dic per Dyn.in l.quidam cum filium. ff. de verbo. obliga.
& in dicta reg.scienti.& per Cyn. in l.cum antea. C. de ar. &
per Guli.de Cun.in l.si vnus.§.illud.ff.de pac.¶ Qualiter au-
tem cognoscatur,quæ dicatur parua, vel magna quantitas.&
qualiter probetur iniquitas.dic per Bar.in d. §. arbitriorum.
In dubio autem semper præsumitur pro laudo,quòd sit bo-
num,& æquum, vt not. Dyn.in consil.quod incipit. Ptolo-
meus manentis. & pendente petitione reductionis ad arbi-
trium boni viri,non potest fieri executio laudi: sicut nec exe
cutio sententiæ appellatione pendente. & hoc not.Bald.in d.
l.si quis arbitratus. in repetitione. ¶ Quintò quæritur. dictû
est supra,quòd multiplex est differentia inter arbitrum,& ar
bitratorem: & quòd diuersus est effectus sententiæ vnius, &
18 alterius. † pone ergo,quòd compromissum fuit in aliquem,
tanquam in arbitrum,& arbitratorem, & amicabilem com-
positorem:an eius sententia censeatur lata, tanquam ab ar-
bitro:vel tanquam ab arbitratore. & sic sciamus effectum pro
ductiuum.dic,quòd hoc perpendi poterit ex ordine proce-
dendi.si enim seruauerit iuris ordinem: videbitur eius senten
tia lata tanquam ab arbitro. Si autem non seruauerit, cense
bitur lata tanquam ab arbitratore.& hoc no.glo.notabilis in
l.1.ff. de iudic. ¶ Sed hic incidenter quæritur, quid si partim
processit iuris ordine seruato,partim non seruato. dicunt q-
dam,quòd non valet processus: quasi inchoando processum
vna via,præclusa erit sibi via in alia.contrarium tenet Hostiê.
dicens,quòd in hoc dubio potius debet iste iudicari proces-
sus arbitratoris, quàm arbitri:vt res potius valeat, quàm pe
reat,vt in c.abbate.de verbo.significa.Dy.no. de hac quæsti.
in l.similes.ff.de testamento milita.& Bart. in l. si dominium
rei.ff.de fur.& Spec.in titu.de arbi.§. sequitur.versicu.quid si
compromissum.facit optimè ad prædicta cle.sæpe. de verbo.
significa.in fin.aduertendum tamen secundùm Innocê.quòd
concessa potestate tanquam arbitro, non potest procedere,
vt arbitrator:nec econtra: nisi per aliqua verba possit aliud
comprehendi.remittit Ioann.And.ad Spe.de arbi. §. fi.in se-
19 cunda colum.ver.sed pone,quòd sicut.& ver. sequen. ¶ † Sex
tò quæro quanto tempore durat potestas arbitrandi. dic,quòd
aut recusat arbitrari.& statim finitur, vt l.multa.ff.de condi.
& demonstra.& l.fin.C.de contrahend.emptio.Aut differt ar
bitrari:& tunc refert. aut confertur in arbitriû contrahentis:
aut tertij. si contrahentis:& tunc aut aliquid substantiale: &
debet arbitrari infra.60. dies, vt l.quod si nolit.§. fina. ff.de
ædil.edic.aut aliquid accidentale,siue qualitas:tunc debet ar
bitrari,cum primum potest, vt l. hæc venditio.ff.de contra-
hen.emptio. aut confertur in arbitrium tertij; & tunc durat
potestas anno,vt l.fin.§.fin.C.communia. de leg. Et prædicta
procedunt in contractibus.in vltimis voluntatibus dic.vt l.1.
de leg.2.vbi etiam plenè de ista materia in repetitione domi
20 ni mei, & per Bart.¶ Septimò quæro: † vtrùm laudum tran-
seat ad hæredes.dic per Cyn.in l.fina.C.de contrahend.emp.
vbi distinguit,quòd aut debet quis arbitrari iure suo:& tran
sit.aut iure alieno:& non transit, vt êt not.Bart.in l.stipulatus
fuero. de verbo. obligatio. contra hæredem verò compro-
mittentis an transeat:& si est electus arbitrator super lite,est
dubium. Si enim arbitramentum æquiparatur arbitrio, nô
transit.si iudicio,transit,sicut instantia iudicii. vt l.si eum ho
minem.ff.de fideiuss.Specu.in tit.de arbi.§.finitur.tenet,quòd
transeat.quia arbitramentum est quædâ transactio,vt in Au-
then.vt diffe. iudi.in prin. dic vt ibi not. ¶ Octauò quæro, si
arbitrator assumptus super contractu, vel vltima voluntate,
non vult arbitrari:an recedatur, illo arbitrari nolente. Bar.
plenè distinguit in contractibus. ¶ Vltimò quæro, quæ sunt
causæ,propter quas pater potest exheredare filium.dic, vt in
gl.cui adde,quòd ex omnibus causis (ex quibus potest exhe
redare)potest etiam alimenta denegare,vt no.Spe. in tit. qui
filii sint legiti.vers.quid si filia.& se.& Bart. in l.si quis à libe-
ris.ff.de liberis agno.

ADDITIO.

a ¶ Reductio.qualiter possit fieri,ne petatur reductio. vide Dy. in consil. incipien.Ptolomeus.Lanfran.in tract.de arb. ver. ex omnibus.Floria.in l.societatem §.arbitriorum.ff.pro socio.Bald.consi.161.Bald.in l.quod de bonis.§.1.ff.ad leg.fal.Io.An.in addi.Spe.de arbi.§.fin. ver. item si cô promissum.

SVMMAE.

1 *Coniuges abiurare non possunt.*
2 *Vir & vxor non possunt cogi, vt maneant separatim,pacto etiam iuramento firmato,*
3 *Coniuges si iurant se continentiam seruaturos : vlterius non possunt repetere,*
4 *Coniugum altero ad religionem transeunte, quare alter non possit in seculo remanere.*
5 *Matrimonia debent esse libera in contrahendo, & dissoluendo.*

1 TVanos. † Cōiuges se abiurare non possunt. hoc dicit.cōmunis diuisio. Secunda
2 ibi[nos igitur.]¶ Primò no.† ꝙ pacto etiam iuramento firmato,non possunt vir,& vxor cogi. vt maneant separatim.volentes autem bene possunt.& aduerte,quia tex.dicit,ꝙ iurauerunt se nunquam mutuò petituros:sed † quid si
3 iurassent se continentiam seruaturos.dicit Inn. ꝙ vlterius repetere se non possunt.Io.An.remittit ad no.in c.dudū,de cōuer.cōiuga.super ver.castitatis.& de coniug.lepro.c.1.super glo.4.¶ Quærit glo.dicitur in tex.ꝙ debet dimittere sic commorari:Sed an hoc sit verum,etiam non transeundo ad religionem.quidā,quòd non.alij contra,per hunc tex. Sed tunc
4 quæri,† quare altero transeunte, non potest alius in seculo remanere, & ambo separati possunt in seculo commorari. dicit Hosti.quia posset sequi absurdum,vno transeunte,& altero remanente.si remanens non contineret:vel professus adduceretur de monasterio:vel alter viueret semper in adulterio.ad hoc de conuer.cōiug.c.ex parte A.vbi verò ambo sūt in seculo:si non contineant,nihil absurdum,si cogitur alter alteri adhærere,vt hic.¶ Quærit glo.e conuerso ad tex.dicitur in tex.ꝙ si iurauerāt se nunquam adinuicem discessuros,nec
5 peterēt separari:videt,ꝙ nō valeat. † qa matrimonia debēt esse libera in contrahendo,& dissoluendo.ff.de verb.oblig.l. Titia.glo.dicit,quòd per tale iuramentum non prohibentur separari obtentu religionis.Io.An.dicit,ꝙ quotiescunq; subesset iusta causa(puta consanguinitatis,vel aliud impedimentum)possit alter agere ad diuortium,non obstante iuramento,vt hic per eum.

SVMMAE.

1 *Vir si iurauerit non accusare vxorem, temerarium est iuramentum.*
2 *Maritus non potest accusare vxorem de fornicatione præcedente matrimonium.*
3 *Obligatio,quantūcunque generalis,& indistinctè contracta cum aliquo,intelligitur,si fidem seruauerit.*
4 *Constitui procuratorem ad negocia, qui tempore constitutionis erat bonæ vitæ,& conditionis;deinde me absente, & ignorante,efficitur baratator,& prodigus: videor tacitè reuocare.*
5 *Promissio generalis,& indistincta,etiam cum iuramento multas recipit limitationes.*
6 *Sponsæ de futuro non potest obijci fornicatio præcedens sponsalia.*
7 *Sponsalia de futuro pluribus causis dissoluuntur.*
8 *Iura,quæ loquuntur in marito,& vxore: vendicant sibi locum in sponso,& sponsa.*
9 *Statuto cauetur,quòd fœmina maritata non admittatur ad successionem cum masculis in bonis patris: an desponsata tantùm admittetur.*
10 *Pactum etiam iuramento firmatum non valet,quando concernit delicta futura.*
11 *Iuramentum,quo quis se obligat ad non accusandum vxorem de adulterio,an valeat.*
12 *Maritus an possit vxorem corrigere,& castigare.*
13 *Prohibitus accusare,non prohibetur denunciare.*
14 *Maritus quid consequatur per denunciationem factam de vxore.*

QVemadmodum. Is, qui iurauit cum muliere contrahere: propter superuenientem fornicationem,vel difformitatem eam repellere potest:propter p̄cedentē verò non.† Et si vir iurauit non accusare vxorem,te
1 merarium est iuramentum:Sed si specialiter de adulterio iurauit,denunciare poterit:sed accusare non debet.h.d.¶ Et sunt tres partes.Secunda ibi[illud autem]tertia ibi[ꝙ si.]prima subdiuiditur.quia priò inducit simile solutioni fiedæ: secundò soluit.ibi[ita si quis.[tertia probat solutionē per euitationem absurditatis,& per rationem.ibi [alioqui] quartò respondit ad oppositionem iuramenti,ibi [non obstante]qđ respōsum probat per euitationē absurditatis.ibi [ꝙ si post] secunda non subdiuiditur.sed tertia subdiuidit in tres. quia primò ponit.secundò allegat pro parte negatiua.ibi[cū scriptura]tertiò pro affirmatiua.ibi [sed nūquid.] quartò soluit
2 ibi[tutius ergo.]¶ Primò no.† maritū nō posse accusare vxorem de fornicatione præcedente matrimonium.Ratio redditur in gl.q̄ incipit.quia ex quo.facit.ff.de adul.l.si vxorem.§. si quis vxor.& j.de elec.c.nulli.lib.6.adulteriū verò, siue fornicationem subsequentem potest vir obijcere.simile.s̄.đ test. c.præterea.Et facit ad quęstionem, ꝙ debitor non posit allegari,& capi vt suspectus, ratione inopiæ subsequentis tm̄, vt no.Dy.ff.vt in pos.le.l.3.§.fi.& l.si creditores.ff.de priuile.
3 cred.& l.fin.C.de spon.¶ Secundò no.† ꝙ obligatio,quantū cūque generalis,& indistincta contracta cum aliquo,intelligitur,si fidem ille seruauerit.concor.s̄.ti.proxi.c.3. Ita subintelligitur,si res in eodem statu permanserit, vt in ver.ꝙ si post.& facit ad quæstionem.Si feci pacem cum inimico,& iuraui non offendere.qui postea efficitur rebellis, & hostis ciuitatis,ita vt possit impunè offendi: potero impunè ipsum offēdere,non obstante iuramento. quod dic, vt in disputatione Bar.quæ incipit.Lucanæ ciuitatis,&c.ad hoc facit l.quero.§.
4 inter locatorē.ff.loca.facit etiam ad quæst. † ꝙ si constitui ꝓcuratorem ad negocia.qui tempore cōstitutionis erat bonæ vitæ,& conditionis:deinde me absente, & ignorante efficit baratator,& ꝓdigus:ꝙ tacitè videor reuocare mādatū. & debitores mei scientes eius conditionem mutatam in deterius, non liberantur soluendo eidē.ad hoc facit l.si cū Cornelius. ff.de sol.& l.3.§.quāuis.ff.de admi.tuto.& c. nulli.đ elec.lib. 6.& alia iura hic allega.in gl.quæ incipit. non.regulariter.n. receditur ab eo,quod firmatum est cum iuramento, si tendit ad noxā,vt in c.suggestū.de deci.& in l.ex facto.ff.de vul. & pupil.& c.insinuante.de offi.deleg.& l.si vnquam.C.de re
5 uo.do.† Et ex his patet,quòd promissio generalis,& indistincta etiam cum iuramēto, multas recipit limitationes. qđ est verum,secundùm glo.in iuramentis promissarijs,sed in acceptorijs nulla conditio,vel limitatio intelligitur.32.q.vlt.c.vlt. vbi de hoc. & hoc dictū nota. & adde ad illa, quæ dixi.s̄.c.si verò.& corrigit hic Io.An.prælatū prætextu criminis præcedentis promotionē suam accusari nō posse.ad hoc de purga.
6 ca.c.fi.& in d.c.præterea.de testi.cog.¶ Tertiò no.† ꝙ sponsæ de futuro non potest obijci fornicatio præcedens sponsalia:sed subsequens bene potest.ergo, sicut in vxore, cōmittitur adulterium.quia neque matrimonium: neque spem matrimonij violare permittitur. vt l.si vxor.§.diui.& §. si quis vxorē. ff.de adult.& hic in glo.q̄ incipit.nā sponsus.¶ Quartò nota in versi.nam & etsi.quòd ea, quæ dirimunt iam contracta:multò magis impediunt contrahenda. quia Turpius eijcitur,quàm non admittitur hospes.vt dicit tex. fortius est enim ius in re,quàm ius ad rem,vt l.Sempronius Attalus.ff.đ vsufruc.le.& patet.c.pe.& fi.de præb.li.6.&c. ¶ Quintò no.
7 in versi.quòd si post.† ꝙ sponsalia de futuro pluribus de causis dissoluuntur:& impediunt contrahenda, quæ non dirimūt iam contracta:vt decrepitas, & alij defectus, qui impediunt promouendum:sed non deijciunt iam promotum,vt in c.p̄cepta.55.di.& de cor.viti.per totum. ¶ Sextò not. † ꝙ iura,
8 quæ loquuntur in marito, & vxore, vendicant sibi locum in sponso,& sponsa.& sic appellatione vxoris continetur sponsa.& facit ad quæstionē.† quòd fœmina maritata non admit
9 titur ad successionem cum masculis in bonis patris. pone ergo,quòd est tantummodo desponsata: an admittetur. videt, quòd non.quia prouisio, quæ loquitur de vxore extenditur ad sponsam.vt hic.ad idem.l.non sine.C.de bo.q̄ lib.& l.4.ff. de fundo dotali.32. q.2. c.sufficiat.& c.cum initiatur. cū se. ¶ In contrarium facit eadem causa,& quæstio.c.non est dubium. cum pluribus sequentibus. videtur enim matrimonium initiatum,non consummatum per sola sponsalia,vt ibi. facit l. vxores. & l. solet.ff. de his, qui no. infa. & fortè ista pars est vera. & quando tractatur de odio irrationabili.

vt

(vt est exclusio successionis in bonis paternis vt l. maximum vitium.C.de lib.præte.)appellatione vxoris, & mariti non cõtineatur sponsus & sponsa.pro hoc facit ratio dictæ l. non sine.vbi Imperator propter causam fauorabilem mouetur ad illam decisionem:aliàs vbi esset odium (vt in questione proposita)esset aliter respondendum. ¶Septimò no.de efficacia
1 *Archiepiſcopus poteſt viſitare prouinciam ſuam,& procurationem recipere.*
2 *Archiepiſcopus in caſibus viſitationis,& negligentiæ epiſcopi eſt iudex competens,& poteſt ferre ſententiam.*
3 *Archiepiſcopus,& epiſcopus ſi concurrant in viſitatione,præfertur archiepiſcopus.*
4 *Petitio ſi facta fuerit eius,quod de iure debetur,et denegatur, debet denegans cauſam probabilem allegare.*
5 *Connexorum idem eſt iudicium.*
6 *Archiepiſcopus poteſt exercere cenſuram contra eos, qui denegant procurationem.*
7 *Procuratio non poteſt tolli præſcriptione temporis.*
8 *Epiſcopus debet ſentētiam ſui archiepiſcopi facere obſeruari per ſuā dioeceſim.*
9 *Epiſcopus ſi viſitauit,et nullam procurationem recipit,an poſsit præſcribi procuratio.*
10 *Viſitans ſemper ex conſuetudine per ſeipſum:nūc impeditus vult per alium viſitare:an poſsit inuitis illis,qui viſitantur*
11 *Ordinarius proceſsit in cauſa auctoritate Papæ: & auctoritate ordinaria:an appellabitur ad proximum ſuperiorem ordinarij: an ad Papam.*
12 *Auctoritatibus duabus qui poteſt procedere:non cogetur alteram eligere:ſed ſi elegit,valet electio:& illa auctoritate vtetur.*
Et quid ſi habet vnam:ſed credit habere duas:an tunc proceſſus factus vigore illius,quam non habebat,valebit.nume.13.
14 *Mercatores ſocij hic conſtituunt quendam procuratorem in Alexandria,qui ignorabat conſtitutionem prædictam, nomine ipſorum,et nomine, & vice ſocietatis ſe obligauit (quia ſocius eorum erat) modò illi de ſocietates conueniuntur vigore dictæ procurationis. quid iuris.*
15 *Ordinarius,qui poterat de cauſa cognoſcere ordinariè,cognoſcit tanquam delegatus ab eo,qui non habebat poteſtatem delegandi: & partes hoc ſcientes coram eo litigauerunt: an valeat eius ſententia.*
16 *Iudex delegatus ſi à principio delegationis non habebat iuriſdictionē: ſed poſtea habuit,an teneat eius proceſſus. Vt quid ſi à principio habuit iuriſdictionem, ſed erat incompetens quò ad reum.nu.17.*

CVm ex officij Procuratio, quæ debetur ordinario viſitanti,præſcribi non poteſt.h.d.& prima pars narrat factum.& allegationem rerū.ſecunda ibi[nos igitur]allegationem reprobat:& proceſſum contra eos factum ſeruari præcipit.tertia ibi[ſi qd.]reſeruat alias allegationes,ſi quas
1 habet legitimas,vſque ad finem.¶Primò no.ꝙ†archiepiſcopus pōt viſitare prouinciam ſuam,& procurationem recipere.quod poteſt facere,ſeruata forma c.j.de cenſi.l.6. & c. ſi. non viſitando autem an poſsit punire delicta,negligente epo dic,vt.ĵ.de cēſi.c.ſi.li.6.& 9.q.3.c.in ſumma.& c.ſi cū ſimus
2 In his enim caſibus viſitationis, & negligentiæ archiepiſcopus eſt iudex competens.& poteſt ferre ſententiam.In alijs verò caſibus non conceſsis:non valeret eius ſententia cenſuræ.quod dic,vt.ſ.de offi.ordi.c.paſtoralis.& no.hic Innocē.
3 †ꝙ ſi concurrant archiepiſcopus,& epiſcopus in viſitatione, præfertur archiepiſcopus.de quo remittit Hoſt.ſ.de tempo. ordi.c.ad aures.& dicto c.paſtoralis.& quod no.in c.cum parati.de app.& plenius.ĵ.de cēſi.c.j.§.j.li.6.in gl. ſi concurrāt.
4 ¶Secundò no.†ꝙ ſi petitur,quod de iure debetur, & negatur:debet ille,qui negat,cauſam probabilem allegare: cum petitoris intentio ſit fundata de iure communi.facit 100.diſ.
5 c.contra morem.¶†Tertiò no.in ver. nos igitur.ꝙ idem eſt iudiciū de cōnexis:vt ſi cōtra viſitationem non præſcribitur: nec ſimiliter contra procurationem:quæ debetur occaſione viſitationis.& vide quod not.Io. An.de abbate, qui præſcripſit viſitationē ſine pcuratione.& cōpleta pſcriptione,vult pcuratione exigere.de qua hic p Ho.& p Io.An.ĵ.de reg.iu.c. odia.

odia.li.6.¶Quartò no.in ver.& ſi alius.ꝙ licèt tertius poſsit
viſitationem,& procurationem præſcribere:non tamen ille,
6 qui viſitatur.facit quod dictum eſt.ſ.c.proxi.¶†Quintò no.
ꝙ archiepiſcopus poteſt exercere cenſuram contra eos, qui
denegant procurationem. & ſic videtur iudex in re propria.
quod pōt,cum debitum eſt eccleſiæ, & non ſuū. quod dic,vt
le.& no.ī.de cenſi.c.ſignificauit.extra de verb. ſig.c.ex par-
7 te.¶†Sextò no.ꝙ procura. non poteſt tolli præſcriptione tē
poris.quod eſt verum,ſi debetur de iure communi, vt ordi-
nario loci:ſed ſi de conſuetudine.dicunt quidam, quòd ſi cō
ſuetudo contraria eſſet in totā prouincia,poſſet tolli: ſecus ſi
in ſingulari eccleſia;quia turpis eſt.&c.80.diſtin.c. quia con
tra minorem.Alij dicunt diſtinctè,ꝙ viſitatio ex conſuetudi
ne debita,contraria conſuetudine tolli poteſt :viſitatio ergo,
de qua loquitur Decre.iſta,non debebatur ex ſola conſuetu-
dine,ſed ex iure publico. vnde nec pacto, nec conſuetudine
præſcribi poteſt.ī.de cenſi.c.ſopitæ.& c.cum venerabilis. &
8 infra eod.c.Romana.li.6.¶†Septimò nota, quòd epiſcopus
dēt ſn̄iam ſui archiepiſcopi facere obſeruari per ſuā diœce-
ſim.facit.c.cum ab eccleſiarum prælatis.ſ.de offi.or.¶Octa
uò nota dictum Apoſtoli.[non eſt magnum]&c.ſcribitur.1.
ad Corinth.9.c.& intellige de eo, qui ſeminat ex debito. qđ
probat verbum,cogatur,quod ſequitur.alias quilibet ſpon-
te prædicans poſsit procurationem exigere.quod eſt falſum,
9 ſm̄ Hoſt.¶Venio ad quæſt.& primò quæro, † an poſsit præ-
ſcribi procuratio,ſi epiſcopus viſitauit, & nullam procura-
tionem recepit,arguit gl.ꝙ ſic: quia poteſt commutari.ī. de
cenſib.c.exigit.& c.felicis.lib.6.ergo & remitti.glo. tenet cō
trarium,ꝙ non poſsit:quia procuratio annexa viſitationi cō
ſiſtit in iure publico.cui renunciari non poteſt,vt in.c. ſi dili-
genti.de foro.competenti.Io. de Lig. dicit ꝙ aliquando epus
nō viſitat nec procuratur, & in neutro præſcribitur.aliquādo
viſitat,& procurat:& certum eſt,quòd retinet vtrunq;.aliqñ
viſitat,& procuratur,ſed non plenè:& pręſcribitur.ī.de cēſi.
c.ex parte.aliquando viſitat,& non procuratur: & tunc ſi viſi
tat iure communi,procedit opinio gl.Si priuilegio, vel cōſue
tudine,procedit opi.Iuri.dicentis,præſcribit. facit quod no.
Arch.ī.de cenſi.c.fi.li.6.in Spe.de cenſi.§.fin.& extrauagan.
Benedicti,quę incipit.vas electionis.¶Sed circa viſitationē,
10 ratione conſuetudinis,occurrit dubium: † ſi quis ex conſue-
tudine viſitauit ſemper per ſeipſum: nunc impeditus vult per
alium uiſitare:an poſsit,inuitis illis,qui viſitantur, refert hic
Io.de Ligna.fuiſſe obtentum in cancel.ꝙ non ob.no. per In.
in c.dilecto.de offi.or.niſi conſuetudo extenditur.nam ibi fit
extenſio de loco ad locum:non de cauſa ad cauſam,vt in ca-
ſu noſtro.¶Tertiò quæritur in hac Decr.dicebatur indeciſa
tam auct.reſcripti,quàm ſecundùm conſuetudinem: tulit.n.
ſn̄iam archiepiſcopus in tex.& ſic duabus auctoritatib. man
dauit Papa in hoc facto procedi.Et hac deciſa,ſumpta occa-
11 ſione,quærit Inn.†quis poteſt procedere in cauſa auctorita
te Papæ:& auct.ordinaria.& ſi proceſsit, an appelletur ad ꝓ
ximū ſuperiorem ordinarij:an ad Papam.tenet, ꝙ ad Papā,
ratione maioris auctoritatis admixtę.& ſic magis dignū tra-
hat ad ſe minus dignum.ī.de conſe.ecc.c. quod in dubijs.&
de offi.dele.c.ſi duob.li.6.& l.præcipimus.C.de ap.Dicit.n.
12 circa hoc, † ꝙ qui duab. auctoritatibus poteſt procedere,
non cogitur alteram eligere:ſed ſi eligat,valet electio ex illa
auctoritate.ſup.de offic.deleg.c.ſignificantibus. Item poteſt
exigere, quòd vna parte vtatur ordinaria:in alia delegatis.
de præben.niſi eſſent.& hæc ſunt vera, vbi habet duas aucto
13 ritates.&c.¶Quæro tertiò circa hoc. † quid ſi habet vnam:
ſed credit ſe habere duas.quod poteſt contingere, vt in c.li-
cet.de offi.ordi.& c.quia regulares.de ſupplen.neg.præla.an
tunc proceſſus factus vigore auctoritatis,quam nō habebat,
valeat eo modo, quo valere poteſt, ſcilicet auctoritate pro-
pria,quam habeat.& videtur,quòd valeat, per l.cum qui.§.
ſi iniuria.ff.de iniur.vbi potius inſpicitur veritas, quàm opi-
nio.Item iſte error,qui eſt iuris, non debet impedire verum
proceſſum,etiam ſi expreſsè diceret ordinarius ſe procede-
re vigore iuriſdictionis,quam non habet.hoc enim non vide
tur,quòd poſsit à ſe merum imperium abdicare.vt l.legatus.
ff.de offi.procon.Alij dicunt contrarium,ꝙ ſiue ex errore, ſi
ue ex certa ſcientia eligat iudex viam incompetentem circa
iuriſdictionem,proceſſus,non teneat. quia quod potuit, no-
luit:quod voluit adimplere nequiuit.ſ.de offi.delega. c. cum
ſuper.pro prima opi.quòd iudicis ignorantis ſpeciem ſuæ iu
riſdictionis proceſſus teneat ex illa,qūam habet, optimè fa-
cit.l.Claudius Claudianus.ff.de acquiren.hæred.pro ſecunda
opi.quòd proceſſus non teneat.facit l.quęro.ff.de eo,qui pro
tutore.Si enim falſa cauſa inſerta in ſententia concernit litē:
reddit ſententiam nullam,vt l.ſi is ad quem.ff. de acquir. hæ-
re.& c.ex parte.de conceſsio.præben. multò magis ſi error,
& falſitas concernunt iuriſdictionem.vbi eſt maior ratio irri
tandi,vt patet ex no.c.ſuper literis.de reſcrip.Conſtare enim
debet,& liquere prætori,quod agitur, vt plenè per Bart. in l.
multum.ff.de condi.& demonſt.Et hanc opi. ſcilicet ꝙ pro-
ceſſus non valeat dictis caſibus,tenet Hoſt. per dictum.c.cū
ſuper.& vide in Spe.de iuriſ.om.iudi.ver.vltimo. Et faciunt
14 prædicta ad quæſtionem,in qua conſuluit Dy.pone.† quidā
mercatores ſocij hic Venetijs conſtituunt quendam procu-
ratorem in Alexandria,qui ignorans conſtitutionem prædi-
ctam,nomine ipſorum,& nomine, & vice ſocietatis quibuſ-
dam ſe obligauit (quia ſocius eorum erat.) modò illi de ſo-
cietate conueniuntur vigore dictæ procurationis; quia aliàs
non poſſent:illi ſe opponunt,ꝙ non tanquam procurator ip-
ſorum contraxerat,cum hoc ignorauerat. per conſequens ſe
non teneri,ar.dictæ l.quæro.& l.qui erat.circa fi.ver.& ideò.
ff.fa.herc.& l.eius qui in prouinciam.ff.ſi cer.pe.quibus om-
nibus dicitur,quòd debet ſcire conditionem ſuæ perſonæ.ip
ſe conſuluit contrarium. ſcilicet hos teneri ex tali contractu.
iura enim contraria loquuntur, cum de incommodo ignorā
tis tractatur. Sed cum tractatur de præiudicio illius, quem
conſtat ſciuiſſe, non eſt curandum de alterius ignorantia, vt
in caſu noſtro.ff.pro emp.l.3.§.ſub conditione. & ibi not. &
incipit conſilium.In Chriſti nomine.Amen.quæſtio talis eſt.
15 quidam Federicus nomine &c. ¶ Quartò quæro.†quidam,
qui poterat de cauſa ordinariè cognoſcere, cognoſcit tāquā
delegatus ab eo,qui non habebat poteſtatem delegandi. &
partes ſcientes eum ab incongruo delegatum,ſub eo litigaue
runt.tenet gl.ꝙ valeat ſententia in l.1. C. qui pro ſua iuriſdi-
ctione.Pet.tenet ibi contra.Sed pro opi.glo.facit quod dictū
eſt.ſ.ſecundùm Dy. quia hic tractatur de incommodo illo-
rum,qui hoc ſciebant.ergo miniſtri.ſcilicet iudicis, ſicut nec
16 procuratoris,ignorantia eſt curanda. ¶ Quintò quæritur† ſi
iudex à principio delegationis non habebat iuriſdictionem:
ſed poſtea habuit.an teneat proceſſus.dicit Guil.ꝙ ſic in d.l.
1.vt ex nunc: non vt ex tunc,vt l.obſeruare. de offi. procon-
ſul.quod eſt verum ſecundùm.Io. An. quādo in delegante e-
rat iuriſdictio radicata.licet nō exercitiū,vt d.l.obſeruare.ſe
cus ſi in delegante nulla à principio erat iuriſdictio,& ſine ra
17 dice.ar.ff.de rei vē.l.ſi à Titio. ¶ Sextò† ſi à principio iudex
habebat iuriſdictionē:ſed erat incōpetens quò ad reum, qui
hoc ignorabat.& ſic iudiciū nullū,vt l.ſi ꝑ errorē. ff. de iuriſ.
om.iud.Sed lite pēdēte ſupuenit ſciētia,& ꝓſequutus ē cādē:
an valebit ſn̄ia:vř,ꝙ non.qa ad iſtū litigatorē pōt dici ab ip
ſo principio iudicē caruiſſe iuriſdōne.ergo ꝓceſſus nullus, ꝑ
iam dicta.contrariū tenet.G.in d.l.1.C.vbi de crimi.agi opor
tet.Et ibi rn̄det ſubtiliter ad hoc,quod dixi.ſ.in contrarium.
quod nullus tangit.quod tene menti.

SVMMAE.

1 *Sardinia tota ſpectat ad ius, & proprietatem Romanæ Eccleſiæ.*
2 *Superior poteſt ſe opponere, nequis exigat à ſuis ſubditis fidelitatem.*
3 *Prætendens aliquod ius in ſuo territorio, debet oſtendere titulum*

præscriptionis,priuilegium,vel aliud.
4 *Comites, & alij domini temporales fundant intentionem suam de iure communi,quò ad res sitas infra limites suæ terræ.*
5 *Quasi possessio retinetur per receptionem iuramenti fidelitatis.*
6 *Mala fides potest probari per confesionem partis.*
7 *Possidere aliqua non potest aliquis contra iuramentum.*
8 *Titulus, & bona fides requiruntur in præscriptione rerum ecclesiasticarum.*
9 *In prescriptione an præsumatur bona fides: vel mala.*

SI diligenti, Qui alieno nomine posśidet, non præscribit. nec etiam is, qui posśidet:si non habet bonam fidem;& iustum titulum.h.d.Et primò ponit vnam rationem contra archiepisco
pum.secundò reprobat excusationem ipsius per locum à di
1 uisione.¶ Primò no. † quòd tota Sardinia spectat ad ius, &
proprietatem Romanæ Ecclesiæ:sicut & Similia.s̃.de presũ-
ption. c.mandata.Similiter ciuitas Romana,& aliæ regiones
de quibus 63.dist.c.tibi domino.& c.Ludouicus. & 96. dist.
c.Constantinus.& in c.fundamenta.de elec.li. 6. ¶ Secundò
2 no.† ꝙ potest superior se opponere, ne quis exigat à suis sub
ditis fidelitatem,vt facit hic Papa.Interest enim dominorum
ne sui subditi alij sint subiecti.de quo.s̃.e.c.auditis.per Inno.
facit c.dilecto.s̃.de offi.Archi.¶ Tertiò.no.in ver.nos igitur
3 &c.† ꝙ qui in alio territorio aliquid ius prætẽdit,debet ostẽ
dere titulum præscriptionis,priuilegium,vel aliud:aliàs dixit
tex.quòd præsumitur vsurpasse in c.vt decimas.de resti.spo.
lib.6.Et adde,quod no.in c.nimis.de iureiuran.per Ioã. An.
4 Et dicit hic Hosti.† ꝙ comites,& alij domini temporales fun
dat intentionem suam de iure communi. quò ad res sitas in-
fra limites suę terræ.de quo.s̃.de offi.Archi.c.fi.in nouella.
5 ¶ Quartò no. † ꝙ per receptionem iuramenti fidelitatis re-
tinetur quasi possessio:posset per instrumenta fidelitatis pro
bari,vt dixi.s̃.eo.c.cum nobis.¶ Quintò no. reg.ꝙ is posśi-
det,cuius nomine posśidetur.& ille, qui nomine alterius ge-
rit actum,dicitur præbere ministerium. quod qualiter intel-
ligatur,dic,vt no.in l.quod in eo.ff.de acquir.possesś. vbi not.
de colono,qui nomine alterius se constituit posśidere . an ex
hoc queratur alteri aliqua possesśio. dic vt ibi . ¶ Sextò not.
6 † ꝙ mala fides probatur per confesśionem partis.confiteba-
tur enim iste archiepiscopus Ecclesiam Romanam in quasi
possesśione fuisse.probatur ex aliis modis,de quibus in glos.
7 & per Bar.in l.Celsus.ff.de vsuca.¶ Septimò not. † ꝙ contra
iuramentum non potest quis iustè aliqua posśidere.Idem de
aliis cum peccato quæsitis,vt in c.cũm sit.de iude.¶ Octauò
8 nota.†ꝙ in præscriptione rerum ecclesiasticarum requiritur
titulus,& bona fides.quod dic,vt no.in c.1.eo.tit.lib.6. & in
c.fine possesśione.& in c.possessor malæfidei.& de re iudi.eo.
li.& alia requiruntur,de quibus in d. l. Celsus. de vsuca. per
Bart.& l.naturaliter.ff.de acquir.pos.¶ Nonò no.de centena
ria præscriptione,de qua. s̃. eo. c. cum nobis. & in Authen.
quas actiones.C.de sacrosanc.ecc.per Bal. & alio . ¶ Venio
ad quæst.dicitur in hoc.c.ꝙ requiritur bona fides in præscri-
ptione . & quòd mala fides impedit cursum præscriptionis.
9 quæro an bona fides præsumatur,vel mala, glo.hic , & com-
muniter vbique dicunt, qđ presumit̃ bona. idẽ Io. 16. q. 3.c.
dilecto.in glo.fi.vbi dicit, super bona fide,& titulo statur iu-
ramento. quod dictum est probabile quò ad bonam fidem:
quæ consistit in conscientia. vt Insti.de actio.§. aliæ.hoc autẽ
verum,quò ad omnem,qui non nititur ex antiquiori posses-
sione.Antiquior.n.possessor dẽt dicere.scire debes,quod tuũ
non est,ad alium pertinere,&c.vt l.fin.C.vnde vi.& ita hic Pa
pa argumentatur contra archiepiscopum.Si autem possessor
antiquior non apparet:tunc quilibet dicitur possessor bonæ
fidei,cumsibi non resistat ius commune. & ita dicit Bart. in
d.l.Celsus.vbi etiam vide qualiter probabitur mala fides: de
quo in glo.quæritur.quia inter bonam fidem , & malam sunt
media.s.error:titubatio:& ignorantia.An isti.s.ignorantes, &
errantes dicantur habere bonam fidem.In errante tangit gl.
distinguens inter errantem in iure , vel in facto. quod prose-
quere per Dyn.in reg.possessor malæ fidei.de reg.iuris lib.6.
vbi etiam,quid iuris,si error facti, & iuris simul concurrant.
& per Bar.in d.l.Celsus.& ff.pro do.l.si vir.De dubitante. &
ignorante:an dicantur habere bonam fidem,vel malam, di-
cam.ĩ.eo.c.fi.¶ Vltimò scias,ꝙ materia glo.mag.de qua hic
an in præscriptione rerum ecclesiasticarum requiratur titu-
lus,& bona fides: vel sufficiat bona fides tantùm,dic vt infra.
eo.c.1.lib.6.

SVMMAE.

1 *Superior conueniri debet, quando aliquis prætendit habere ius in subiectis.*
2 *Subditus potest præscribere ius episcopale in alio,non in se.*
3 *Episcopus in ecclesiis suæ diœcesis fundat intentionem suam de iure communi.*
4 *Priuilegia plura possunt concedi super vno facto.*
5 *Abbas potest præscriberc institutionem in capellis.*
6 *Ordinandi ius non potest quæri præscriptione per abbatem.*
7 *Potestas excommunicandi: absoluendi : & interdicendi potest quæri præscriptione.*
8 *Præscriptio aliquorum capitulorum alterius vniuersalis , siue generalis iurisdictionis non extenditur ad alia capitula sub eodem vniuersali comprehensa.*
9 *Sententia quomodo formetur,quando petitur aliquid generale, vt ius episcopale.*
10 *Arbitrium in spiritualibus priuilegiatum valet. & seruandum est.*

CVm olim. Abbas in capellis præscri-
bere potest episcopalia:ob
tinet tamen in his solis,quæ præscripsit.primò po
nit petitionem actoris:& ipsius iura . secundò ponit iura ab-
batis.ibi[ad eligendam]tertia diffinit.ibi[quia prædictus.]
& partim pro abbate; vsque ibi [super aliis.] & abinde vsq;
in finem pro episcopo.¶ Primò. no. ꝙ agitur contra abbatẽ
super vendicatione plebis: nõ autem contra ipsum plebanũ.
1 † Superior ergo non subiecti,in quo alius ius pretendit,con-
ueniri debet.de quo.s̃.eo.c.auditis.super.4.glo.per Ioã. An.
2 ¶ Secundò no.† quod subditus(vt est abbas)potest præscri
bere ius episcopale.quod est verum in alios, non in seipsum.
3 de quo etiam in dicto c.auditis &c.¶ Tertiò no.† ꝙ episco-
pus in ecclesiis suæ diœcesis fundat principaliter intentionẽ
suam de iure communi.An idem in ciuitate,in castris, & vil-
lis sitis intra suum territorium.dic vt supra de iureiuran.c.ni
mis. ¶ Quartò no. quòd quis potest rem aliquam pluribus
de causis vendicare. vt iste episcopus, qui fundabat se super
iure cõmuni,& arbitrio. noua ergo actio oritur de arbitrio,
sicut ex sententia,vt l.fin. C. de arbi. & hæc noua non extin-
g it veterem actionem . imò corroborat, & accidit ei. quod
dic,vt no.in l.1.C.de iudic. ¶ Quintò nota. ꝙ archipresby-
a ter, a & primicerius Lucani fuerunt arbitri pro sua ecclesia
Lucana, quæ.cum isto abbate litigabat . & patet in ista sub-
scriptione:in persona ergo ecclesiæ potest de iure ipsius eccle
siæ compromitti . quod patet, quia Papa approbat istud ar-
bitriũ,vt patet ĩ fi.c.facit quod no.in Spe.de arbi.§. sequitur.
4 versi.sed nunquid abbas.¶ Sextò no.† ꝙ super vno facto (vt
super exceptione huius plebis)fuerunt plura priuilegia con-
cessa.vnum ante arbitrium promulgatum,& alia post.ar.cõ-
tra.de fi.instru.c.inter dilectos.vbi quod semel meum est,am
plius meũ fieri non potest.vt l.si creditori.de le.2.¶ Septimò
5 no.†ꝙ abbas potest præscribere institutionem in capellis.&
sunt hæc nota.insti. pro collatur. nam autorizabilis institutio
in illis præscribi non potest,secd̃m Host.est.n. necesse,vt cura
tus auctoritate epi ingrediatur,& egrediatur. de quo remit-
tit Hosti.de offi. Archi.c.cũ satis.de cle.pe.c. penul. de renũ.
c.am-

c.ammouet.vel dic,sm̃ eum, illud,quod hic dicitur, referendũ est ad simplices clericos:vel capellas sine cura. de priuile.
6 ca.volentes.§.fina.li.6.¶Octauò no. †quòd ordinãdi ius potest quæri præscriptione per abbatem.quod intelligitur in ordinibus,quos conferre potest abbas.j.de priuile.c. abbates. in fine li.6.Simile ad recipiendum in leuioribus culpis,super quo vide,quod no.de pen.& re.Similiter & præscribit abbas facultatem celebrandi in diuinis officijs:& potest intelligi de facultate celebrandi,secundùm officium monachale,sm̃ Ho. de iure tamen cõi monachus assumptus ad regimen ecclesiæ parochialis non reget illam sm̃ officiũ monachale.vt no. 16. q.1.c.1.& quod no.in cle.2.de cele.mis.in gl.pe.¶Nonò no.
7 †ꝙ ptãs excõicandi,& absoluendi,atque interdicẽdi potest quæri præscriptione.Sunt.n.ista iura de his,quæ præscriptione quæruntur.quod est verum cum titulo.j.eo.c. li.6.dicit tñ Ho.quod licèt in præscriptione sit necessarius titulus,in consuetudine non:sed sufficit vsus cum præscriptione, vt j.c.pro xi.de cã pos.& proprie.c.cum ecclesiã.& c. cum olim.de consue.c.cum dilectus.& plenius in c.fi.de offi.archi.¶Decimò
8 not.†ꝙ licet quis præscripserit aliqua capitula alterius vniuersalis, siue generalis iurisdictionis:dicta præscriptio nõ extenditur ad alia capitula sub eodem vniuersali apprehensa. sed capitula non præscripta priori domino dimittuntur.facit quod no.Bar.in l.j.§.si quis.& ff.de iti.ac.que priuato.Strictè ergo præscriptio sumitur:consuetudo verò latius,vt no.s̃.de offi.archi.c.fi.¶Et ex hoc colligo aliud:videlicet quòd ꝑ vsũ, & exercitium in quibusdam capitulis non retinetur possessio in aliis,quæ ab alio possidentur.secus si à nullo possidentur: quia tunc per retentionem,& exercitium in quibusdã possessio in alijs retinetur.quod dic,vt no.infra de c.mo.c. cũ dilectus.generi ergo per scriptas species derogatur. in alijs præ-
9 seruatur illæsum.¶Et aduerte ad formã sñiæ,cum petitur aliquid generale:vt ius epale.nã sñia est formanda in specie quò ad ea, quę probata sunt. quò ad non probata fertur sententia generalis. quę valet in iudiciis vniuersalibus,& generalibus.vt.s̃.de libel.ob.c.2. & de offic. ordi. c. conquerente.secundùm Innocen. ¶Vndecimò no.quòd Papa nititur hic arbitrio licèt priuilegia fuerint post arbitrium abbati super libertate concessa.& hoc ideo,quia de arbitrio non faciebant
10 mentionẽ:iõ non valebãt,vt c.ex multiplici.j.de deci.†valet ergo,& seruandum est arbitriũ in spiritualib.priuilegiatũ. & & sic de talib.p̃t cõponi.qđ intellige ĩ clericũ,vel ĩ clericũ, & laicum.de arbi.c.cum tpe.& c.per tuas.¶Opp.hic Papa pronunciat pro abbate super quibusdam capitulis,ratione præscriptionis. Sed contra ista præscriptio non potuit inchoari post arbitrium,rõne defectus bonę fidei:quæ adesse non põt per abbatẽ post latum arbitrium.absq; aũt bona fide prescriptio non procedit,vt in reg.malæ fidei.So. dicit gl.priuilegiũ non tangit capitula, super quibus fuit pronuntiatum, siue arbitratũ. ¶Secundò oppo.sententia arbitri non impedit exercitium actionis: sed operatur commissionem pœnæ: ergo videtur,quòd abbati non obstet arbitrium.vt.C.de arbi.l.cum manna.& ff.e.l.quis rem. Sol.dic, quòd ex sententia arbitrorum assumptorum sine pœna datur actio,& exceptio,vt l.penul.C.de arbi.Innocen. dicit quòd isti arbitri fuerant electi, vt iudices sine pœna compromissa.& hoc potest esse, quãdo aliàs habuissent iurisdictionem, secundùm Hostien.qui remittit ac not.supra de foro competen.cap.significasti. Item & si priuati essent: & electi communiter ab episcopo conquerente de subdito, & ipso subdito(licèt vocentur arbitri) iudices sunt, & iurisdictionem habent à lege, vel iure scripto. ij.quæst.prima.c.si clerici.& ff.de iurisdic.omnium iudicum. l.& quia &c.

ADDITIO.

a ¶Archipresbyter.Vacante archipresbytero,cui spectet officium custodiendi ecclesias,vide Ioan.de Turre cre.in c.si in plebibus.63 dist.

SVMMAE.

1 *Interdictum vti posidetis resultat cõtra impedientem, ne subditi soluant domino decimas,& similia.*
2 *Agens interdicto vti posidetis: potest reconueniri interdicto vnde vi.*
3 *Episcopali ordini,quæ attribuantur.*
4 *Impetrat aliquis primò priuilegium limitatè cum diminutione iurisdictionis alterius:deinde ille impetrat aliud cum diminutione iurisdictionis eiusdem:debet de primo priuilegio facere mentionem:aliàs non valet secundùm.& nu.8.*
5 *Impetrans priuilegium super iure præscripto post completam præscriptionem:videtur præscriptioni renuntiare.*
6 *Posidentis nulla presumitur fides,eo ipso quòd impetrat.*
7 *Indultum in fauorem:non debet in odium retorqueri.*
9 *Papa si alicui concedit partem alicuius rei(vt decimarum)ex priuilegio:& partem reliquit iure communi:quam postea eidem,vel alteri concesit:non valebit ista secunda concessio:nisi de priori fuerit facta mentio.*
10 *Renunciatio iurium ecclesiæ sponte facta videtur donatio.*
11 *Officium iudicis quod sit,quando vna pars opponit interdictum vti posidetis:altera vnde vi.*
12 *Verba legis dicentis,quòd per interdictum vti posi.defendetur posse sor:nisi procedat ab aduersario vi clam,vel precario:quomodo intelligatur remissiuè.*

VEniens. Qui præscriptione cõpleta priuilegiũ impetrat, & vtitur illo: prescriptioni renunciat.Et si præscriptio nõ erat completa,malam fidem habet:& ideò nõ prescribit.h.d. primò ponitur conuentio abbatis:secundò reconuentio episcopi.ibi[prefatus.]tertiò diffinitio.ibi[chrisma.] in qua duo soluit obstacula. primum ibi[non obstan.] secundùm ibi [nec obstare.]¶Primò no.petitionem abbatis agentis contra episcopum impedientem, ne illi, de quibus in text.deci-
1 mas sibi soluant. † Quæ autem species actionis resultet ex hac forma agendi:sentiunt hic Doct. & glo. quòd interdictũ vti posidetis.aliter videtur sentire Inn.in c. querelam. s̃. de elec.vbi dicit,ꝙ si ille,qui tenetur mihi soluere, cessat propter dictam prohibitionem alterius videor spoliari.& competit interdictum vnde vi.uel officium iudicis. pro opin. tamen Docto.hic vide quod no.in l.vim.facit.ff.de ui & ui ar.& c.fi. de offi.Archi.Et procedit iste modus agendi, quando pro interesse meo ago contra turbantem homines mihi obligatos aliquo onere reali,vt est solutio decimarum.Si autem aliquis detineret debitorem meum carceratum(& sic impediret ne mihi solueret.)an posim agere iuxta formam huius capitu. videtur dicere Innoc.quòd non.c.dilectis.j.de appell.vbi etiam dicit,quòd ad interesse,quod deberet subditis meis, agere non posim. ¶ Conclude ergo, quòd aut ago pro interesse meo contra impedientem meum debitorem,ne mihi soluat;& tunc aut illa obligatio est realis: & posim interdicto vti posidetis:vel alio,vt hic:aut debetur actione personali. & vt posim. & similiter tertio casu, cum nolo agere pro eo,quod sibi debetur,vt dicto.c.dilectis.¶Secundò no.quod iste abbas agens interdicto vti posidetis contra episcopum impedientem allegabat scilicet priuilegium Paschalis:& regis Stephani.& forte ideò, quia erat iuris presumptio contra eum:cum decimas peteret in aliena diocceſi.vt in cap.ad decimas.de restitu.spolia.lib.6.& distin.c.contra morem.secus vbi non esset presumptio contra posidentem iura. quia siue iustè,siue iniustè quis posideat,turbari non debet regulariter, vt l.1.in fi.cum l.sequen.ff.vti poside.¶Tertiò not.
2 † quòd agens interdicto vti posidetis, potest reconueniri interdicto vnde vi.ut facit iste episcopus,secundùm opi.Inn. uel ẽt rei uẽdicatione.& sic ẽt potest intelligi iste uer. p̃fatus.

ꝙ episcopus reconueniebat abbatem intrerdicto vnde vi. & sic officio iudicis in finiendo, & cognoscendo vtranque causam vti possit, & interdicto vnde vi, vt hic subtiliter per Inno.& ꝩ.dicam.¶ Quartò not. in ver. chrisma. † quinque, quæ sunt episcopalis ordi. & quæ de iure communi non debent recipi ab alio, quàm à suo episcopo. Et innuit iste text. (dum loquitur de sacris ordinibus recipiēdis ab episcopo) ꝙ minores possunt recipi à quocunq;. quod non est verum, vt ꝩ.tit. 1.c.cū inter.de ordi.ab episcopo.c. 1. Vel dic, sacros ordines hic largè sumi, vt no. 32.distinc.in summa.vel est dictum propter illos minores, quos possunt conferre abbates presbyteri Benedicti his, in quos habent temporalem iurisdictionem, vel quasi.de æta.& quali. c. cum contingat. & de
4 priui.c.abbates.in fin.li.6.¶ Quintò no.in ver.non obstā.† ꝙ si quis impetrat primò priuilegium limitatè cum diminutione iurisdictionis alterius. deinde ille impetrat aliud cum alia diminutione iurisdictionis eiusdem, debet de primo priuilegio facere mentionem. aliàs non valeat, secundum quod. ꝩ. postea declarabo post Inno.¶ Sextò no.in ver.nec obstare.
5 † ꝙ qui post præscriptionem completam impetrat priuilegiū super iure præscripto: videtur præscriptioni renunciare. quod est mirum: nec fortè alibi reperitur cōtra id, quod no.in l.cū quis §.si qs pro eo.ff.de solu. vbi gl. no. ꝙ recognitio debiti post præscriptionem completam nihil operatur. facit etiam in contrarium, quod nota. supra eo.tit.c. vigilanti. vbi etiam mala fides superueniens, præscriptione completa, non impedit effectum præscriptionis. Obstat etiam fortiter l.si quis vi. §.differentia.ff.de acquiren. posses. certum est enim, ꝙ per præscriptionem, maximè canonicam, quæ procedit cum titulo, & bona fide, quæritur dominium. iuxta nota.in Auth. nisi C.de bonis mater. quomodo ergo impetrando priuilegium, perdit impetrans dominium ex præscriptione quæsitum: & maximè si persona, quę vult dominiū à se abdicare, est eccle-
6 siastica: vt est abbas. cogita.¶ Septimò nota, † ꝙ nulla fides possidentis præsumitur eo ipso, quòd impetrat priuilegium super re, quam præscribit. quasi videatur fateri se non legitimè possidere: cum nouum quærit titulum. argu.contra.C. de euictio.l.non ex eo. vbi licèt nihil teneam, nō ideo sciam: vel mala fides præsumitur. dic vt ibi.¶ Venio ad oppositiones, & primò opponitur. dicitur hic, quòd abbas nitebatur ex priuilegio regis sancti Stephani super petitione decimaruoeS.md contra de.c.tua nos.& c.dudum.infra de decimis.glo.2.tangit istud contrarium, & non soluit. Innoc.dicit, ꝙ iste rex erat sanctus, & legatus Papæ. vel secundùm Hosti. donauit temporalia: & Paschalis spiritualia. s̄.eodem tit.c.auditis. vel dic, ꝙ iste articulus non discutitur, an valuerit hæc cōcessio, vel ne. Sed certè non discutiatur: tamen si non processisset de iure, non fuisset libellus admissus: sed reiectus propter manifestā ineptitudinem. ff.de officio assesso.l. 1.& supra de offi.vica.c. 1.& per Innoc.¶ Secundò opponitur, & videtur, ꝙ priuilegia Paschalis, & Alexandri non valeant. concesserunt enim abbati: vt illa, de quibus in tex. peteret ab episcopo suo, si esset Catholicus: aliàs à quocunque &c. Sed hoc sine priuilegio videtur licere. 45.distin.c.si forte.& 7.q. 1. pontifices. frustra ergo precibus impetratur, quod de iure communi conceditur. vt l. 1.de thesau.li. 10.¶ Sol. vt in glo. idem videtur. Host. contra, per.c.Romana.de sup.negli.præb.li.6. Et hoc approbat Io.An.remittens ad c.eos.de tempo.or.eo.li.6.¶ Tertiò opponitur. hic actum fuit cum abbate, & clericis suis. mandatur, vt recipiant illa, de quibus in tex.& sic videntur clerici cōdemnari, qui in iudicio non sunt contra.l. 1. C. de sen. & res inter ali.acta.per totum. sententia enim lata cum domino superiore pro, vel contra, non debet prodesse, vel obesse subditis non vocatis in illo iudicio, vt s̄.eo.in c.auditis. post Innoc. ¶ Sol.dicit Ioan.An.quòd abbas hic egit de mandato clericorum: aliàs oppositio esset vera.¶ Quartò oppo.dicitur hic quòd post priuilegium Clementis Papæ postea impetratum super his, de quibus in tex. ideò non valet. quia in ipso de priuilegiis Paschalis, & Alexandri non fiebat mentio. Sed cōtra, quia non videtur fuisse expediens. nam dicta priuilegia: & ēt hæc cle. tendunt ad eundem effectum. scilicet ad confirmationem, & augmentum iuris abbatis. Si enim habeo per priuilegium debile ius, siue paruum super certa re (vt habebat iste abbas ex priuilegiis Pascalis & Alexandri) non videtur prohibitum, sed concessum alia priuilegia magis plena impetrare super eodem. sicut valet legatum factum creditori de eo, quod sibi debetur, si ex legato maius emolumentum consequitur. vt l.si creditori.ff.de legatis. 1.¶ Et si aliquid additum est rei iudicatæ: non est à re iudicata recessum, vt l. 3.ff. de re iudi. Item facilius transitur de imperfecto ad perfectū, quàm
7 de nihilo ad aliquid, vt sup.de electi.c.quod † sicut.& c.auditis. Item indultum in fauorem, non debet in odium retorqueri, vt in reg.quod ob gratiam. quæ ratio, & iura videntur obstare huic dicto, videlicet quòd habens priuilegium minus pingue, teneatur de ipso facere mentionem, aliud pinguius
8 impetrando. So. dicit notabiliter & Inno. † quòd si per priuilegium est ius ordinarii diminutum in certa parte.& sibi alia portio reseruata: si sine portione sibi reseruata ab eodem, vel alio nouum priuilegium impetretur (non facta mentione de primo priuilegio) non valet istud secundùm. ratio est, quia si Papa, vel alius sciuisset de primo priuilegio moderato, non concessisset istud secundum. ar.de hoc. ꝩ.de fil.presby.c. 2. li.
9 6.& ꝩ.titu. 1.cum olim. Et ex hoc infert † quòd si Papa, vel alius primo concessit partem alicuius rei (vt decimarum ex priuilegio) & partem reliquit iuri communi, quam postea eidem, vel alteri concessit, nō valebit ista cōcessio. nisi de priori fuerit facta mentio. quod dic, vt ꝩ.de deci.c. 2. lib.6.& pro hoc faciunt no. ꝩ.de rescrip.c.penul.lib.6. ¶ Si enim in collatione tituli non intendit Papa grauare ecclesiam de duobus, vel pluribus (nisi de priori collatione fecerit mētionem) multo minus videtur grauare ecclesiam in diminutione patrimonii, & proprietatis: nisi hoc expressè sentiat.¶ Quinto oppo. dicitur hic, ꝙ etiam si abbas præscripsisset hoc ius, ꝙ posset percipere hęc sacramenta à quo vellet episcopo: tn̄ post completā præscriptionem impetrando ptiuilegium ab Alex. videtur renunciare iuri ex præscriptione acquisito. contra quod nō pōt renunciari expresse, non videtur posse tacitè. quia nō est maioris efficaciæ tacitū, q̄ expressum. vt l.qui ad certum.ff. loca.¶ Sed expressè abbas non posset renunciare iuribus ecclesiæ: sicut nec alius administrator donare, dilapidare, vel deteriorem domini conditionē facere potest, vt l.præses. C.
10 de transac.& l.contra iuris ciuilis.ff.de pac.† Renūciatio em̄ iurium ecclesiæ sponte facta videtur donatio, vt no.Cyn.in l. vnica. C.de confes.¶ Sol.modica fuit hæc donatio: quæ non censetur prohibita prælatis. ꝩ.de dona.c.ceterum.& maxime quia reuertebatur ad ordinarium suum: & de facili quælibet res reuertitur ad naturam suam, vt l.si vnus.§.pactus.ff.de pactis. fatetur enim Inno.& Doc. ꝙ si ex ista tacita renunciatione, quæ resultat ex impetratione priuilegij monasterii, grauiter læderetur: posset petere restitutionem, vt s̄.de resti.in inte.c. 1. vnde si episcopus pręscripsisset decimas in aliena parochia: vel ecclesiam aliam. & postea super his priuilegium impetraret, non tolleretur, saltem in effectu, ius suæ ecclesię ex pręscriptione quęsitum. Et cogita, an iste tex. vendicet sibi locum in aliis iuribus realibus, & personalibus ex pręscriptione quęsitis. & super his priuilegium posta impetrando, videatur iuri quæsito renunciare.& in alio titulo, quàm pręscriptionis, videtur casus, quòd priuilegium isto casu sit nullum concessum super iure quęsito ex concessis. supra de fide instrumen. c. cum inter dilectos. circa finem. ¶ Sextò opponitur. dicitur in fine, quòd si ille, qui pręscribit, impetrat priuilegium super dicta re: videtur habere malam fidem. contra quod fit ad augmentum, non operatur diminutionem, vt l.legata inutiliter.ff.de lega. 1.& abūdare in cautela,

non

non eſt præſumptio malæ fidei,vt dicta.l.non ex eo.C.de eui cti.& ſuper hoc,quòd nõ eſt firmũ de iure cõi,ſæpiſsimè pri uilegia impetrantur,vt patet in toto titulo de confir. vti. vel inuti.de procura.c.quia in cauſis.& de iureiuran. c. & ſi Chri ſtus.& l.3.de teſta.militari.malè ergo videtur dicere iſte tex. Sol.dicunt Hoſt.& Ab.ꝙ quãque id, quod impetratur per pri uilegium,eſt contrarium præſcriptioni. & procedit iſte text. & hoc ſonat verbum poſt impetratũ hmõi.Qñq; id,quod eſt de iure cõi ſine contrarietate aliqua & priuilegium impetra- tur.& procedunt contraria.Vel dic ſm̃ Io.An.ꝙ licèt ab im- petratione priuilegij poſsit inchoari præſcriptio ex illo titu- lo cũ bona fide.tñ curſus inchoatæ præſcriptionis videtur im pediri per priuilegium impetratũ ſimpliciter:cum impetran do ſimpliciter,videatur fateri rem ad ſe non pertinere.& hoc forte voluit gl.pe.& antepe.ſm̃ Ioa.An. periculoſum eſt ergo habenti titulũ(& ſic præſcribenti)in curſu præſcriptionis pri uilegium impetrare. quia dicta impetratio interrumpit ef- fectum tituli præcedentis.& inducit malam fidem . vt in fine huius c.quod no.¶ Quæro de vtili quæſtione,quã hic format
11 Inno.† iſte epus contra iſtum abbatem agentẽ interdicto vti poſsidetis ſuper eiſdem rebus intẽtauit interdictum vnde vi. Quæro ergo,quod eſt officium iudicis ſuper vtraq; cã. dic ꝙ qñq; cõuentus interdicto vti poſsi.excipit de ſpoliatione ſua qñq; agit.ſi excipit:& tunc non videtur dubiũ,ꝙ repellit agẽ tem per c.vlt.& c.cum dilectus.ſ.de ordi.cogni.licèt Inn. ali ter ibi.vt ĩ.dicam.¶ Secundo caſu qñ agit: & tũc qñq; prius liquet de turbatione,de qua principaliter agit, quàm de ſpo liatione.& hoc caſu fertur ſententia ſuper interdicto vti poſ- ſi.& compeſcetur reus à moleſtia, donec conſtet de interdi- cto vnde vi.in arg.de inſtitu. c.cum veniſſent. Quandoque ſi mul de vtroq; liquet.ſ.quod reus turbat actorem. & ꝙ actor ſpoliauit reum.& tunc ſuper interdicto vti poſſid.non eſt fe- renda ſententia ſm̃ quoſdam:qui ita intelligunt l.1.in fine. ff. vti.poſsid.vbi dicitur,ꝙ ſi quis vi.clã, aut præcariò ab aduer ſario poſsidet,nõ dẽt vincere.i.nulla pro eo eſt ferenda ſnĩa. tutius tamen eſt,ꝙ feratur,ſm̃ alios. Quandoq; prius liquet de vi,quàm de turbatione. & hoc caſu non videtur dubium. ꝙ ſit ſtatim actor condemnandus.Aduerte tamẽ ad id,quod dixi.quòd ſi ſpoliatio in modũ exceptionis opponitur cõtra agentem interdicto vti poſsid. an poſsit dicta exceptione re pelli,dubitat Inno.magna.n.(ſm̃ eum)ſequitur abſurditas,ſi hæc dicamus.Abſoluendo.n.eum videtur ei concedi,ꝙ poſ- ſit moleſtare ſucceſſorem.& hoc eſt iniuſtum.quia etiam præ do eſt reſtituendus.ſ.de reſtit.ſpolia. c.in literis. ergo multò magis deferẽdus.ff.de ſuperficie.l.j.§.quod ait.ad finẽ. ¶ Itẽ ſi dicamus,ꝙ huic ſpoliato liceret turbare. ergo eadẽ rõne ſpoliare.quod eſt falſum,vt l.ſi quis in tantam.C.vnde vi. & etiam ipſi ſpoliatori competeret interdictum cõtra ſecundũ ſpoliatorem:quamuis ab illo ſpoliatum. ff.de vi, & vi ar.l.cũ à te.& per has rationes videtur concludere Inno. ꝙ tunc tan tum agens interdicto vti poſsi.debet ſuccumbere contra ſpo liatum, quando contra ipſum ſpoliatio principaliter intenta tur,& probatur.vel ſi expoliatus conuentus excipiat, & reſti tutionem petat.Sed Cyn.C. vti poſ. l.1.in 5.quæſtione.poſt Dy.tenet indiſtinctè,ꝙ ſpoliatus repellat agentem,& turba- re poſsit impunè.Idem Bart.in l.1.§. quod ait prætor. ff. vti. poſ.vbi dicit verba Inn.ſunt contra caſum illius.l.& conclu- dit,ꝙ licitum eſt deiecto.i.turbato,inquietare. ſ.turbare ſpo liatorẽ ſuũ,quandocunque nec tenetur dicto interdicto,ſi ex pellere non licet:niſi incontinenti.vt l.3.§.cum ergo.ff.de vi,
12 & vi ar.¶ Secundò quæro poſt Inn.† quomodo intelligantur verba legis dicentis,ꝙ per interdictum vti poſsi. defendetur poſſeſſor:niſi poſsideat ab aduerſario vi,clam,vel præcariò. & latius per dictum Bar.in d.§ quod ait prætor.vbi etiã tra ctat,ſi quis vaſallum meum, vel emphi. expellit : videtur me turbare in meo ciuili per naturalem occupatã. Et iõ mihi li- cet incontinenti talem expellere,iuxta no.in l.clam poſside-

re.§.qui ad nundinas.ff.de acquir. poſ. Et aduerte quia dicit tex.quòd impetrando priuilegium, videtur renunciare præ- ſcriptioni iam completæ.An autem per pactum poſsit renun ciari,ne currat præſcriptio contra creditorem, quominus in perpetuum poſsit debitum petere.dic, vt l.1.ff.de vſucap.per Barto.

SVMMAE.

1 *Poſſeſſor malæ fidei multo tempore præſcribit.*
2 *Præſcriptio omnis canonica,ciuilis,& conſuetudinaria, quæ non habet bonam fidem,eſt ſublata de iure canonico.*
3 *Continuatio in toto tempore requiritur in qualibet præſcriptione.*
4 *Debitor ſi ignorat ſe debere:& creditor ceſſat petere: præſcribit debitor licèt ignorans non poſſit dici bonæ fidei.*
5 *Ius canonicum rectius procedit,quàm ciuile circa impediendum curſum præſcriptionis propter malam fidem ſuperuenientem.*
6 *Bona fides ſola an ſufficiat in ſubſcriptione ſine titulo.*
7 *Habens bonam fidem contra vnum , & contra alium,an præſcribat.*
8 *Mala fides adminiſtratoris an noceat domino,vel econtra.*
9 *Actor ſi habuit malam fidem,et ſucceſſor bonã:an præſcribat:vel noceat ſibi mala fides auctoris.*
10 *Furor ſi ſuperueniat in præſcribente an præſcribat.*
11 *Errans in præſcribendo an dicatur malæ fidei.*
12 *Error iuſtus quid dicatur.Et quid iuſtiſsimus.nu.13.*
14 *Pater meus ſi poſſedit.10.annis,& deceſsit:ego hæres eius alijs 10. annis.& à poſſeſsione cecidi:& non habeo inſtrumentum,vel teſtes,per quos poſsim probare titulum poſſeſsionis. 20. ann. quid iuris.*
15 *Dubitans an dicatur bonæ fidei,vel malæ.*
16 *Titulus an requiratur in præſcriptione cuiuſcunque rei,etiam de iure canonico.*
17 *Titulus putatiuus an ſufficiat ad præſcriptionem. Et an ſufficiat ad præſcriptionem habere titulum ab vno,& poſſeſsionem ab alio. numero.19.*
18 *Poſſeſsio continuata qualiter probetur.*

1 QVoniam. † Poſſeſſor malæ fidei vllo tpe non præſcribit. Et eſt regula
2 iuris.de reg.iu.li.6.&c.¶ Primò no. † ꝙ de iure canonico omnis præſcriptio canonica,& ciuilis eſt ſublata:quæ non habet bonam fidem:& etiam cõſuetudinaria.Ratio red ditur in text.quia non poſſunt tales conſuetudines obſeruari ſine Dei offenſa.tendit ergo oĩs conſtitutio legalis,& canoni ca legi Dei 11.q.3.c.Iulianus.& c.ſeq.An aũt ĩ ſeculari iſtud ius canonicũ ſit ſeruandũ.no.hic gl.& plenius.ĩ.de reg.iur.c. 2.li.6.¶ Secundò no.ſm̃ quoſdã,ꝙ iſta conſtitutio non reſpi cit præterita,ſed futura.vnde illis,qui ante iſtam conſtitutio nem præſcripſerunt:conſulerant,vt præſcripta non debeant reſtituere.& hoc ſentit gl.3.in fi.¶ Idem Io.Vin.& Gof.Phi. & Io.An.contra,per not.in c.vlt.ſ.de conſtit. & in c.cum tu. de vſur.præſcriptiones autem inchoatas,ſed nondum conſũ matas tempore huius conſtitutionis. tenet Io.illas non inter rumpi.Gof.contra.¶ Tertiò no. regulam in materia præſcri
3 ptionum.† ꝙ in qualibet præſcriptione requiritur continua- tio toto tempore,vt in dicta reg.poſſeſſor malæ fidei. ¶ Venio ad aliqua vtilia circa materiam tit.alibi per Doct. tacta. vt.ĩ.dicã.¶ Opponitur ergo primò, & videtur, ꝙ poſſeſſor malæ fidei præſcribat ſaltem ſpatio.30.vel.40.annorum . vt l.ſicut & l.omnes.C.de præſcrip.30.vel.40.anno.Sol.aliud ſe cundùm leges,vt ibi.aliud ſm̃ canones,vt hic.Canon enim cõ ſyderat naturalem æquitatem conuenientem diſpoſitioni di uinæ,qua cauetur,quòd nullus cum aliena iactura debet lo- cupletari.Ius autem ciuile conſyderat rigorem, publica vtili tate ſuadente:ne rerum dominia ſint in incerto ſemper.& ita ſit litium finis,vt l.j.ff.de vſuca.& pro ſuo.l.fin.¶ Et aduerten dum,quia cõiter canones, qui exigunt continuam bonam fi dem in præſcriptione,loquuntur in poſſeſſoribus.vt patet in regu.poſſeſſor. & in ſimilibus. Quid autem in obligationi

bus merè personalibus , vbi non est dare possessionem , vel
quasi.vt in debitore,qui tenetur mihi in certa summa.an pos
sit præscribere.Bar.mouet istud dubium,quòd ius ciuile non
corrigatur in actionibus personalibus,vbi nõ reperitur pos
sessio ex parte præscribentis. sed creditor potius dicitur per
4 dere actionem per suam negligentiã. † Vnde si debitor igno
rat se debere:& creditor cessat petere:præscribit debitor : li
cèt ignorans non possit dici bonæ fidei,vel malæ.vt l.1.& ibi
no.C.de acqui.pos.Et in debitore ignorante procedit hoc di
ctum:sed in sciente se obligatum : quòd præscribat , non vi-
detur bene dictum,per illud c.vbi non fit mentio de præscri-
ptione:quæ procedit cum possessione,vel sine:sed indistinctè
simpliciter dicit[nulla valeat absque bona fide præscriptio]
quæ verba non ponderauit.Barto. ¶ Secundò opponitur , &
videtur , quòd licèt mala fides ab initio interueniens impe-
diat præscriptionem inchoari:non tamen tollit effectum in-
choatæ,per illã regulam: ꝙ quædam à principio impediunt,
quæ ex post facto non dirimunt.l.distin.c. præcepta.& c.quẽ
admodum.de iureiuran. ¶ Sol.dicit Dyn. ꝙ aut impedimen
tum superuenit post factum perfectũ,& cõsummatum:& nõ
impedit,vt reg.factum legitimè.de reg.iur.lib.6. Quãdoque
factum est inchoatum , sed non consummatum.& tunc casus
superueniens post factum inceptũ impedit inchoatũ. & pro-
batur hæc solutio in l.pluribus.& §.& si placeat.ff.de verbo.
obli.& l.pro parte.de serui.Sol:qua ratione patet, secundùm
5 communes regulas vtriusque iuris. † Rectius procedit ius ca
nonicum quàm ciuile circa impediendum cursum prescrip-
tionis propter malã fidem superuenientem,secundum Dyn.
in d.reg.possessor in secunda opposi.¶ Tertiò opponitur, &
videtur,ꝙ quantumcunque interueniat bona fides, præscri-
ptio non possit procedere.Cõstat enim,ꝙ æquitas realis scri
pta est,neminem debere cum alteri us damno locupletari,vt
l.nam & natura.ff.de condi.indebi.ergo & rigor iuris præscri
ptionem inducẽs , debet succumbere naturali æquitati , vt l.
placuit.C. de iudi.& deposi.l.bona fides.Sol. vt ibi per Dyn.
6 ¶ Venio ad quæstiones.& primò quæro.† an sola bona fides
sufficiat in præscriptione sine titulo.respondeo. de iure ciuili
certum est,ꝙ in præscri.10.vel.20.an.requiritur tit. & bona
fides,vt l.1.§.hoc tantummodo.C.de vsucap.transfor.Et idẽ
in vsucapione triennii,vt ibi . in præscriptione autẽ.30. vel.
40.annorum titulus non requiritur.nec bona fides necessario
sed maius affert commodum , si accedat in tali præscriptio-
ne,iuxta not.in Auth.nisi.C.de bo.ma.& l.si quis. de præscri.
30.ann.de iure verò canonico videtur sufficere bona fides si
ne titulo in rebus , quæ possunt possideri de iure communi,
vt J.eodem.c.1.Et hoc fortè ideo propter longissimum tem
pus:quod exigit ius canonicum in præscriptione rerum ec-
clesiasticarum,scilicet.40.annorum.S.eod.c.de quarta. & c.
7 illud.&c.¶ Secundò quæritur.† si habeo bonam fidem con-
tra vnum,& non contra alium:an præscribam.dic, ꝙ sic con
tra illum,contra quem habeo bonã fidem, vt not. in l.si quis
fundum.ff.de acquiren.poss.& l.sicut.de præscrip. 30. anno.
in glo.quæ incipit.mala fide.& l.qui balneum.§.fin.ff.qui po.
8 in pig.ha.¶ Tertiò quæro † an mala fides administratoris
noceat domino, vel econtra.dic vt l.in huiusmodi. de contra
hen.empt.& l.procuratoris.ff.de institu.actio.& l. qui fundũ
§.qui bona.& § procurator.ff.de pro.empt. ¶ Quartò quæ-
9 ro.† pone,quòd actor habuit malam fidem:sed successor bo
nam.an prescribat,vel noceat sibi mala fides auctoris in hæ-
rede vniuersali videtur,ꝙde iure ciuili mala fides sibi noceat
Sed de æquitate canonica dicit Dyn.ꝙ si vult à se præscriptio
nem inchoare poterit.de quo plenè in l.vitia.C. de acquiren.
poss.ff.pro empto.l.pro emptione.§.eius bona.l.Pomponius.
§.cum quis.& §.preterea.cum sequen.ff. eodem titu. facit.c.
10 cura.de iure patro.¶ Quintò quæro.† Quid si non superue-
nit mala fides:sed furor.dicit,ꝙ dum est in furore,præsumi-
tur perdurare in bona fide,vel mala, prout erat ante furorẽ.

argu.ad hoc.J.de baptis.c.maiores. ver. sed adhuc quæritur.
11 & ff.de vsucap.l.nunquam.§.si vi.¶ Sextò quæritur . † quid
de illo, qui errat:an dicatur bonæ fidei.dicas, ꝙ est error. iu-
12 stus:iustissimum:& iniustus. ¶ Error iustus est,quando quis
errat in facto proprio,inductus persuasione aduersarii,vt l.1.
in fi.ff.quando.ac.de pec.est anna.l.doli.excep.in fi. cum sua
13 glo .de noua.¶ † Error iustissimus est in facto alieno. Item
ex euidentia rei.quia erat pupillus,& apparebat maior ex a-
specta:vel ex publica opi.viciniæ. inducitur error iustissimus
vt l.cum quidam.§.quod dicitur.ff. de acqui. hære. ¶ Et per
14 ista Bar.consuluit in tali quæstione.† pater meus possedit rẽ.
10.annis,& decessit:ergo hæres eius alijs.10.annis,& à pos-
sessione cecidi:non habeo instrumentum,vel testes,per quos
possim probare titulum possessionis.20.annorum.non suffi-
cit sine titulo.Item titulum pro suo nõ possum allegare: quia
suus videtur,l.nihil.C.pro hære.Bar.consuluit, ꝙ allegato ti-
tulo,& probato per aliquã ex prædictis causis,& secuta pos-
sessione decem annorum sufficit mihi.quod dic per Bar.in l.
Celsus.ff.de vsucap. Iustus autem error quo ad præscriptionẽ
vel vsucapionem idẽ quod bona fides operatur. quod est ve-
rum in errore facti.secus in errore iuris,qui nõ nocet in vsuca
pione.vt l.nunquã.ff.de vsuca.¶ Quid autẽ si erretur in iure,
& in facto simul.vtrum dicatur bonæ fidei:vel malæ fidei ar-
guit Dynus pro,& contra in dicta regula possessor.& conclu
dit quod reputetur bonæ fidei.& ꝙ possit præscribere . & qđ
error facti cum errore iuris concurrens inducit bonæ fidei
præsumptionem.vt ff.pro donato.legẽ si vir vxori. & ibi ple-
15 nè per Bar.¶ Septimò quæro,† quid in eo qui dubitat,an di
catur bonæ fidei,vel malæ.glo.dicit, ꝙ bonæ fidei.& habet iu
stam causam dubitandi.alibi dicit glo.ꝙ ille qui dubitat, nõ
dicitur habere bonam fidem,vel malam fidem. vt l.3.§.gene
ra.in fi.ff.de acqu..pos.facit.l.manifestissimi.§. sinautem du-
bius.C.de fur.l.fi.C.de cõdi.inde. ¶ Et prædictæ quæstiones
omnes concernunt bonã fidem,quæ in præscriptione requi-
ritur.Sed quia in præscriptionibus de iure ciuili requiritur ẽt
titulus,vt S.dixi.ideo de titulo est videndum.¶ Octauò ergo
16 quæro,† an in præscriptione cuiuscunque rei requiratur ti-
tulus etiam de iure canon.quia circa vsucapionem triennii ẽt
in rebus ecclesiæ nihil reperitur per ius canonicum immuta
tum:vt no.Dyn.in dicta regula possessor.in 2.columna,ꝙ te
ne menti.in præscriptione aũt aliarum rerum an requiratur
titulus.dic,ꝙ in præscriptione seruitutis titulus non requira-
tur.per l.si quis diuturno.ff.de ser.vr.pre.imo.ff.serui.ven.sed
in præscribendo vsumfructum,vt ibi per eum. & per Cyn. in
17 l.1.C.de serui.dic,vt in d.c.possessor.¶ Nonò qritur, † vtrũ
tit.putatiuus sufficiat ad præscri ptionẽ.dic,ꝙ sic, vt l. quod
vulgo.ff.pro emp.& l.nunquã.§.si defunctus.ff.de vsuca.facit
l.si te.ff.si cer.pe.& l. non solum. §. quod vulgo . de vsuca. &
hoc de tit.breuiter sufficiat remisisse.Requiritur etiã in præ
scriptione continuata possessio,vt d.l.1.§. hoc tantummodo.
18 C.de vsucap.transfor.¶ Decimò quæro,†qualiter probetur
possessio cõtinuata.Spe.ponit in ti.de probat.§.1.ver. si quæ
ritur qualiter.& dicit ꝙ ꝓbatur cõtinuata, probãdo ꝙ anno
quolibet recollegit fructus.vt l.Titia.ff. de solu. & de agri. &
cẽsi.l.litibus.l.11.Alio modo probatur probãdo extremita-
tes,scilicet initiũ decẽnij,& ꝙ in fine possideo.ar.in l. pen.C.
de app.Bar.tñ dicit,ꝙ qui semel possidet cũ de suo cõmodo
tractatur semp præsumitur possidere.nisi cõtrariũ probetur.
ita no.in l.Celsus.de vsuca.& l.sup lõgi tpis.per Cy.&c.¶ Vl
19 terius quæro.†vtrũ sufficiat ad præscriptionem habere tit.ab
vno,& possessionẽ ab alio.dic vt l.cũ solus.eo.ti.& an debeat
18 quæro. † cum petitur plus, & iudex condemnat in minus, an videatur à reliquis absoluere. Respondeo, quòd aut in eo in quo facta est condemnatio, sententia non tenet: puta quia facta super parte certæ summæ, vel speciei secundum opi. Azo. de qua supra. & tunc frustra quærimus an videatur reus à residuo absolutus cū sentētia sit nulla, vt supra dictū est: aut quęris in casibus, in q̄bus sentētia super parte valeat, & tunc an videatur in residuo absolutus est dubiū: videtur enim quòd non, cum sententia debeat ferri de scripti recitatione, sed quod tacitè venit non est scriptum, quia legi non potest. vt l. 1. ff. de his quæ in testa. delen. & l. fin. C. de senten. ex peri. reci. ¶ Super hoc dicit Innocen. quòd quandoque pars non specificata includitur sub generali petitione: & tunc condemnatio in parte abducit absolutionem reliquæ partis, alias secus, vt l. 1. C. si aduer. rem iudic. Accur. ibi contra, quòd placet Pet. & Iac. de Rauenn. qui respondet ad dictam l. 1. quia ibi tutor fuit in parte condemnatus, & in parte absolutus, & contra partem absolutionis petebatur absolutio. ¶ Alij distinguunt, an per iudices, vel per arbitros lata sit sententia condemnatoria, vt primò casu intelligatur absolutio in residuo. in secundo non. & de hoc vide in Specu. de senten. prola. § qualiter. ver. quid si petò. circa hoc etiam vide quod no. in l. si ex testamento. ff. de except. rei iudic. in glos. quæ videtur sentire contra opinionem Azonis, inquantum dicit, quòd si petebantur viginti, & condemnatio fiat in decem, non videtur in residuo absolutus. ¶ Ex prædictis mihi non remanet intellectus clarus, cum petitur quid vniuersale, vel generale, & fertur sententia super quibusdam capitulis super vniuersali comprehensis an videatur reus in alijs absolutus. Innoc. sentit quòd sic, vt supra dixi. Ioan. & Host. contra Ioan. And. sic pertransit. & dominus Ioan. de Ligna. ego refero me ad notata in l. licet. C. de iudic. vbi distinguitur, an petitio generalis, prosecutio, & sententia specialis: an verò petitio, & prosecutio generalis, & sententia specialis. vt ibi plenè per Doc. & gl. & l. age. C. de transac. facit quod no. in l. si minor de administra. tuto.

S V M M AE.

1 *Capitulum super collatione præbendæ, potest se opponere singulari personæ*
2 *Sententia contra formam mandati, potest dici nulla.*
3 *Ordinem omissum dicens debet probare.*

CAusam quæ inter. Sufficit ad cōfirmationem senīæ nihil cōtinentis iniquum, ꝙ cōtra ipsam aliquid

Pet. de Anch. sup. 2. Decr. EEe

aliquid non probetur. h. d. in prima ponit delegatorum processum sententiam, & appellationem. secunda ibi: licet ponit allegationem appellantis: & motiuum suum, & confirmationem sententiæ. ¶ Primò no. † ꝙ capitulum super collatione
1 præbendæ pōt se opponere singulari personæ, de quo. s̃. de
2 rescrip. c. mandatum. ¶ Secundò no. † ꝙ sententia contra formam mandati potest dici nulla. ad idem. s̃. de rescrip. c. cum dilecta aliud si præter formam secundùm gl. quod est verum si fit de coniunctis, nec vitietur forma: aliàs idem esset facere præter, ꝙ contra: remittit Hosti. ad no. s̃. de offi. deleg. prudētiam. 1. responso. ad hoc. ĩ. de elec. si cui. li. 6. vnde iudex etiā ordinem formæ sequi debet, & mentem. s̃. de rescrip. causā
3 quæ. ¶ Tertiò no. † ꝙ ille qui dicit ordinem omissum debet probare. ¶ Quartò no. ꝙ non semper ad vnam speciem probationis iudex inclinat motum animi sui. concor. s̃. de renun. c. in præsentia. Et not. positionē casus per Io. An. dicit enim, ꝙ mandatum erat pronunciari, vel sententiari pro clerico: si probaret se à maiori parte capituli electum: quod cum probasset per testes viles, & subornatus iudex non pro ipso, sed contra pronunciauit. & ex hoc dicebat clericus sententiatum contra formam rescripti, sed malè. quia iudex potest non dicta testium sequi, vt plenè no. s̃. de proba. quoniam qui glos. magna. circa medium. versi. ille etiam qui testes. ¶ Item illa verba rescripti quod condemnet partem si probatum fuerit non dant formam rescripto: sed monitionem inducunt, & ponuntur ad iustitiam, non ad formam. vt in simili dicit Inno. in c. vlti. s̃. de præsumpt. vnde posito, ꝙ non esset probatum valeret condemnatio, & transiret in rem iudicatam si nō esset appellatum: & ita not. Inno. in c. prudentiam. s̃. de offi. deleg.

SVMMAE.

1 *Sententia per quam inducitur purgatio, est interlocutoria.*
2 *Practica libellandi, & sententiandi.*
3 *Sententia, quòd transeat in rem iudicatam post decem dies, quomodo intelligatur. & nu. 12.*
4 *Non appellans præsumitur sententiæ consentire.*
5 *Obligatio naturalis, an oriatur ex sententia.*
6 *Quadrimestre quod datur iudicatis, potest arctari à iudice, & prorogari.*
7 *Quadrimestre datur condemnatis, quando agitur actione personali ad quantitatem.*
8 *Petens terminum ad soluendum, videtur sententiæ consentire.*
9 *Appellari potest, cum exceditur modus in exequendo.*
10 *Terminus prorogatus, vel restrictus, an dicatur legalis, vel iudicialis.*
11 *Delegatur causa decidenda infra mensem, reus propter contumaciam excommunicatur, lapso mense venit, & petit absolui, an delegatus ille absoluet.*

QVod ad cōsultationem. Sententia per lapsum decem dierum transit in rē iudicatam si prius non fuerit appellatum: & quadrimestre tēpus quod datur condemnatus in personali ad soluendum ex causa potest per iudicem arctari. h. d. duas ponit per ordinē quæstiones. secunda ibi [sed nec.] ¶ Pro declaratione text. quæro de casus positione. glo. dicit quòd fuit inducta purgatio vsque ad. 20. dies, & recepta. Item fuit condemnatus in pecunia soluenda in eodem termino. & ad vtrumque responderet quod elapsis dictis. 10. diebus nō poterit appellari, vel sm̄ Gof. fuit condemnatus ad soluēdum. 10. Titio vsq; ad 20. dies, aut ad iurandum, quod ei nihil deberet. vt l. miles. §. 1. ff. de re iudica. vel sm̄ Host. fuit condemnatus ad duplum. 20. nisi interim se purgaret. vel sm̄ Inn. fuerunt latæ duæ sententię. vna interlocutoria, quod se purgaret. ĩ. 20. dies. alia diffinitiua, per quam nisi purgaret esset priuatus ipsa ecclesia quantum autē ad propositum. c. quilibet intellectus tendit ad vnū finem, quòd. 10. dies qui dantur ad appellandum computentur à tempore pronunciationis, non habito respectu ad tempus solutioni præfixum. facit l. 1. §. biduum. ff. quādo app. sit.
1 ¶ Primò no. hic Abb. † quòd sententia per quam inducitur purgatio est interlocutoria: nam diffinitiua subsequitur cum
2 præstiterit, vel defecerit in purgatione, † & potest sentētia diffinitiua cum dicta interlocutoria cumulari, hoc est, indico tibi purgationem infra tantum tempus: quam nisi præstiteris te condemno. facit quod no. in simili in l. si cum exceptio. §. hic autem. ff. quod me. causa. & ibi not. an. 10. dies à tempore primæ, an à tempore sententiæ subsequentis computētur: dic
3 subtiliter, vt ibi. ¶ Secundò no. † ꝙ post decē dies trāsit sententia in rē iudicatā: quod est verū in diffinitiua, & ēt in interlocutoria quo ad partē, non quo ad iudicē. ĩ. de app. cū cessāte. Quid aūt si qs nō appellat ab interlocutoria infra. 10. dies sed appellat à diffinitiua, quæ postea sequit̄, an illum articulū per interlocutoriam iam decisum poterit appellans à diffinitiua deducere in iudicio appellationis, dic vt infra de ap. c. si. li. 6. & eo. ti. c. fi. in Cle. qui tex. determinat quæstionē prædi-
4 ctam, q̄ hic latè ꝓsequunt̄ Inno. & Host. ¶ Tertiò no. † ꝙ ille qui non appellat præsumitur sententiæ consentire. concor. l. ab eo. C. quō, & qn̄ iudex. l. 1. C. si in integrū restit. pe. ibi: ap. enim debuissetis si nobis sentētia displicebat. ad idē l. vlti. C. de sen. q̄ sine certa quanti. ibi facto tuo cōfirmasti iudicatum
5 &c. † Ex quibus iuribus dicunt quidā, ꝙ ex sententia oritur
a obligatio naturalis,[a] quę causatur ex illo consensu à iure prę
6 sumpto. qd̄ dic, vt l. 1. C. de cōdi. inde. ¶ Quartò no. † ꝙ quadrimestre, qd̄ datur iudicatis potest arctari à iudice, & etiam prorogari. qd̄ intellige ex cā alias supplet à iure, qd̄ sentētiæ iudicis deest: vt l. 4. §. si quis condemnatis. ff. de re iudic. & in
7 c. indultum. de reg. iur. lib. 6. per Dyn. ¶ Quintò no. † quòd condemnatis datur quadrimestre: quod est verum, quando agitur de actione personali ad quantitatem. Si autem dicta actione agatur ad speciem, tunc videtur idem. licet glos. innuat contrarium in l. si cum exceptio. §. quatenus. ff. quod me. cau. de quo per Doct. l. eos. C. de execut. rei iudic. Si autem agitur actione reali, non est dubiū, quòd statim fit executio cū iudici videbit̄, vt l. in fideicommissis. ff. de vsur. Si autē quis nō condemnet̄, sed confitenti fit præceptū, datur terminus. 10. dierum hodie, vt no. in l. si debitori. ff. de iud. ¶ Collige ergo, quòd sit præceptum debitori cōfitenti, aut fertur sententia contra eum. Et isto casu, aut agitur reali, aut personali, & si personali, aut actum est ad quantitatem, aut ad speciem:
8 vt ex p̄dictis patet. ¶ Sextò no. † quòd petēs terminū ad soluēdū vr̄ sentētiæ cōsentire. & ideo nō appellat, vt l. ad solutionē. C. eo. ti. & dicit Inn. ꝙ si statuitur breuior terminus, & nō appellatur, præsumitur consentire: licet cōtradicat, quia nō suf-
9 ficit contradictio sine appellatione. ¶ Septimò no. ꝙ cū exceditur modus in exequēdo potest appellari. concor. l. ab executione. C. quorum appel. non reci. ¶ Sed hic incidenter quæritur. pone quòd vnus iudex exequitur sententiam alterius, quod frequenter contingit, vt l. à diuo Pio. ff. de re iudic. Sed iste iudex excedit modum in exequendo: an appellabitur ad superiorem pronunciatis, aut ad superiorem exequentis: dic vt l. à diuo Pio. §. sententiam. ff. de re iudic. per Bar. Oppon. dicitur hic, quòd iudex potest arctare terminum. Sed contra de l. 4. §. si quis condemnatus. ff. de re iudic. Sol. vt in glo. & dixi in quarto nota. quòd cum causę cognitione potest coarctare, & prorogare. alias secus facit quod not. in c. Romana. ĩ. ti.
10 1. ¶ Sed hic incidenter quæritur † an ille terminus prorogatus, vel rescriptus dicetur terminus legalis, vel iudicialis. hoc inuestigare est vtile propter purgationem more, quam dilatio legalis admittit: & non iudicialis, siue conuentionalis. vt c. potuit. de loca. coniuncta. l. Celsus. ff. de arbit. dic de ista quæstione, vt nota. Bart. ff. de leg. 1. in l. hæc verba. dixi supra de rescript. c. super literis. ¶ Secundò oppon. & dicitur hic,

hic, ꝙ si modus exceditur poteſt appellari. Sed cõtra hoc opponitur, & videtur ꝙ non poſsit modus excedi. & arg. à diuiſione, vt in gl. ſic. 2. q. 6. ſuper qua dicit Io. An. ꝙ quando executor facit aliquid de facto, vtile eſt appellare ne condemnatus de facto grauetur. ff. de mino. l. ſexta. vnde à ſentẽtia, quæ eſt nulla appellatur. ỹ. ti. 1. c. ſolicitudinem. Et in caſu in quo modus exceditur in exequendo ſi appellatur, ſuſpẽditur executio. ¶ Alij autem caſus in quibus executio impeditur no. in Spec. in tit. de execu. ſen. §. fi. & de app. §. in quibus. ver. 1. & ver. ſeq. An autem vbi non apppellatur, ſed dicitur ſententia nulla, debet ſuspendi executio iudicati hoc ponit Io. An. latius, q̃ Innoc. in c. de cætero. ſ̃. eo. vbi plenè dixi. ¶ Quærit
11 Hoſt. † delegatur cauſa decidenda infra menſem reus propter contumaciam excõmunicatur: lapſo menſe venit, & petit abſolui, an delegatus ille abſoluet, quod videt. vt in c. quærenti. ſ̃. de offi. dele. Hoſt. tenet, ꝙ finito mẽſe nõ poterit abſoluere. non obſt. c. quærẽti. quia loquitur cum iuriſdictio eſt extincta per ſententiam diffinitiuam: ſecus ſi lapſu termini: quia tunc de interlocutorijs prius latis non poteſt ſe intromittere: vt hic, quod not. ¶ Secundò quæro dicitur hic, ꝙ lapſis. 10. diebus tranſit in rem iudicatam: & ſic ante non poteſt
12 exequi. ¶ † Quid in ſententia corporali vtrũ poſsit. ỹ. 10. dies qui dantur ad appellandũ executioni mandari. videtur quòd non; vt l. 1. circa prin. & ibi no. ff. nil. no. app. pen. in contrariũ videtur tex. in l. addictos. C. de app. primã partẽ tenet Spec. in tit. de execu. reo. §. videndum. ver. porro. idem Io. An. in c. inquiſitione. de hęreti. lib. 6. Bar. dicit, ꝙ quędam executio fit à iure, vt ꝙ quis efficiatur infamis, ſeruus, & ſimilia: tunc talis executio fit ſtatim lata: vt l. quo ad ſtatum. & l. qui vltimo. ff. de pœnis. Quædam eſt executio, quæ debet fieri ab homine, & iſta debet differri poſt decem dies de iure, licet de conſuetudine non expectentur ſecundùm Bart. qui ita no. in d. l. qui vltimo.

ADDITIO.

a ¶ Obligatio naturalis. Vide gl. Bar. Alex. & Doc. in l. Iulianus verum. ff. de condi. indebi. Bar. in l. 3. C. quomodo, & quando iudi. Alex. in l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pa.

SVMMAE.

1 *Sententia lata ſine expreſsione cauſæ, tenet.*
2 *Obligatus ad annuam penſionem, poteſt conueniri vt pro futuro tempore, condemnetur.*
3 *Exceptio rei iudicatæ opponitur contra petentem, quę impedit litis conteſtationem.*
4 *Tenor ſententiæ, poteſt probari per teſtes.*
5 *Iudex non tenetur exprimere cauſam in ſententia.*
6 *Caſus in quibus cauſa eſt exprimenda in ſententia.*
7 *Cauſam exprimere in ſententia, an ſit vtile, vel damnoſum.*
8 *Sententia quando fertur ex falſa cauſa, an teneat.*
9 *Decretum interpoſitum ex falſa cauſa reſpectu agentis, indiſtinctè eſt ipſo iure nullum.*

1 SIcut nobis, † Sententia ſine expreſsione cauſæ lata tenet. h. d. com-
2 munis diuiſio. ſecũda ibi [cum autem.] ¶ Primò no. † ꝙ obligatus ad annuam penſionem, poteſt conueniri vt ꝙ pro futuro tempore condemnetur: quia obligatio eſt pura, licet exactio differatur. de quo dic vt l. 1. C. de fideiuſ. & l. 1. ff. de vſu. Quanto autem tempore duret iſta annua obligatio: dic ꝙ ad vitam ſicut vſuſfructus, vt l. in ſingulos. ff. de ann. leg. Et quando debeat fieri ſolutio an in principio, vel in fine anni,
3 dic vt ſ̃. de arbi. c. peruenit. in nouella. ¶ Secundò no. † ꝙ contra petentem opponitur exceptio rei iudi. quæ impedit litis conteſt. vt̃ in c. exceptio. obiectio. de litis conte. lib. 6. ¶ Ter-
4 tiò not. † ꝙ tenor ſententiæ poteſt probari per teſtes. ſimile in l. teſtium. C. de teſti. ¶ Quartò no. ꝙ licet teſtis debeat cauſam ſui dicti reddere, tamen de his quę concernunt alium nõ tenetur. Expreſsio enim cauſæ in ſententia concernit iudicẽ, & non partem. nõ ergo ex hoc poteſt dici ſuum teſtimonium
5 nullum. facit. l. ſolam. C. de teſti. ¶ Quintò not. † iudex non tenetur exprimere cauſam in ſententia: & hoc regulariter. fal-
6 lit † in cauſa appellationis, vt ỹ. eo. cum Bertoldus. Item vbi pars abſoluitur propter ineptam petitionem, vt ſ̃. de iud. c. examinata. vel vbi abſoluitur: quia inſtantia eſt perempta, vt C. de iudi. properandum. §. illo. vbi per Cy. Item in caſu vbi abſoluit condemnatum ab expen. vt in Aut. de iudic. §. oportet ver. illo. Item vbi ſententia poteſt ſe habere ad famam, & infamiam cõdemnati, vt l. 3. §. in nomine. ff. de his qui no. in-
7 fa. & l. hæc enim. ff. de ſuſpec. tuto. ¶ Quærit Ioan. An. † an ſit vtile, vel damnoſum exprimere cauſam in ſententia tex. non exprimit: ſed dicit, ꝙ nõ eſt moris in pleriſque locis exprimere. Io. An. dicit, ꝙ eſt fatuum exprimere cauſam: quia facilè poſſet malam cauſam exprimere, & bonam ſubticere, & ſic ſententia nõ valeret. ỹ. de cõceſ. pręben. ex parte. & ff. de excu. tu. l. qui teſtamento. & ſ̃. de reſti. in inte. c. tum ex literis. §. nos igitur. & hoc eſt verũ nedum in diffinitiua, ſed in interlocutoria, arg. ſ̃. de offi. dele. cum ſuper. & ſic refert Hoſti. iudicatum per dominũ Clementẽ. ſuper quo articulo latius ſic
a diſtingue. q̃nque fertur ſñia ex falſa cauſa [a] allegata à parte. q̃nque ex falſa cauſa allegata à iudice. quãdoque ex cauſa in
8 mente retenta. † Primò caſu aut fuit allegata cauſa falſa circa ſubſtantiam iudiciorum, vt quia dixit litem conteſtatã, cũ nõ eſſet, & ſimilia, & ſentẽtia eſt ipſo iure nulla, vt ff. de fal. l. ſi qs obrepſerit. aut fuit allegata falſa cauſa circa iuſtitiã partis, vt quia dixit pactum factum ſolutioni, & ſimilia: & tunc aut ſententia lata eſt contra minorẽ, & eſt ipſo iure nulla, vt C. ſi ex fal. alleg. l. 1. aut cõtra maiorem. & tunc aut illa allegatio fuit facta dolo partis, aut abſque dolo. primò caſu ſi ſentẽtia fuit lata contra abſentem, & eſt ipſo iure nulla. Si contra præſentẽ eſt aliqua, ſed per reſtitutionem reſcinditur, vt l. ſi prætor. §. Marcellus. ff. de iudi. Si verò abſque dolo tunc ſententiã eſt aliqua, ſed ope reſtitutionis reſcinditur. Et iſtis duobus vltimis caſibus loquitur titulus. C. ſi ex falſ. inſtru. & ff. de re iud. l. diuus. ¶ Et aduertendum, quòd prædicta ſunt vera in ſen-
9 tentia ſecus in decreto: † quia illud interpoſitum ex falſa cauſa reſpectu agentis indiſtinctè eſt ipſo iure nullum, vt l. cũ verò. §. ſubuentum. de fideicom. lib. & l. iuſtè. de acqui. po. per Bar. Secundò caſu principali, q̃n falſa cauſa fuit à iudice expreſſa in ſententia, & tũc aut falſa in facto, & in iure, vel in iure tantùm, & ſententia eſt ipſo iure nulla: quia continet expreſſum errorem, vt l. qui teſtamento. ff. de excu. tu. & q̃n pro uoc. nõ eſt neceſ. l. 2. & l. ſi expreſsim. ff. de appel. Aut fuit falſa in facto tantum, ſed non in iure. puta dixit: quia comperimus talẽ ſoluiſſe. & ideo abſoluimus, cum de ſolutione nõ appareat in actis: tũc ſententia valet. ſed ope reſtitutionis reſcinditur, vt l. præſes. de re iudi. Et ita poteſt intelligi glo. in l. ſi is ad quem. de acqui. hære. quæ dicit, ꝙ nõ valet in effectu. quaſi innuat ꝙ peti debeat reſtitutio eſt contra talem ſententiam. ¶ Aduertẽdum tñ, ꝙ ſi iudex debuiſſet ex alia vera cauſa idẽ ſententiare, propter illam veram cauſam quam in mente retinuit, puta propter pecuniam, vel gratiam ſententiam tulit, dic, vt l. ſeruo inuito. §. cum prætor. ff. ad Treb. & ſ̃. de excep. c. cum venerabilis. Iſta eſt diſtinctio Bar. in d. l. ſi is ad quem. de acqui. hæredi. Et circa falſam cauſam expreſſam in ſententia, dic, vt no. Inno. in c. in præſentia. de renunc. & c. ex parte. de offi. archi. & quod ipſe no. ỹ. eo. c. cum Bertoldus. ſecundò tangit Ioan. An. an ſolemnitas præſumatur, & poſsit probari cõtrarium, dic vt ỹ. de eo qui fur. or. ſuſce. c. innotuit. per Innoc. & ſ̃. de proba. c. quoniam contra falſam: & quod no. in l. iure gen. §. ꝙ ferè. ff. de pac. & plenè per Bar. in l. ſciendum. de verb. oblig. Et quia in iſto c. tangitur de falſa cauſa adiecta in ſententia. Quid de falſa cauſa adiecta in alia diſpoſitione. dic vt no. ỹ. de affi. & conſan. c. quia circa.

ADDITIO.

a ¶ Ex falsa causa. Vide Ang. & Alex. in l. qui Romæ. §. duo fratres. de ver. ob. & l. 2. C. quando prouo. non est necess. Inno. in c. cum Bertoldus. infra. eo.

SVMMAE.

1 *Sententia lata contra reum appellantem, si nil doceat contra eam: confirmatur.*
2 *Tertia persona veniens post sententiam contra alium latam, potest appellare pro suo interesse.*
3 *Sententia potest esse valida, & firma quò ad vnum, & quò ad aliũ in suspenso.*
4 *Tertius appellans à diffinitiua debet exprimere causam, & sufficit sibi destinare nuncium ad appellationem prosequendam.*
5 *Possessor perdit possessionem, si fit executio contra detentorem eiusdem rei.*
6 *Tertius veniens pro iure suo post latam sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, non potes impedire ipsius executionem. & nu. 13. Et quid si comparet, vt actorem remoueat, nu. 12.*
7 *Sententia lata contra alterum, non præiudicat alteri, etiã scienti causam illam motam.*
8 *Condemnatus de furto, vel publico crimine tanquam infamis à testimonio, & à iudicato repellitur in quacũque causa, & cum quocunque alio agatur.*
9 *Victor si prior velit suscipere defensionem, præferendus est illi, qui tũc de nouo cœpit eam mouere.*
10 *Comparens in iudicio, vt assistat reo, quid operetur.*
11 *Interueniens post publicas attestationes cum principali, an possit super eisdem articulis, aut super diuersis, sicut posset, vel non posset ipse principalis.*
14 *Libertus vel seruus meus si conueniatur, & vendicatur ab alio me sciente, an sententia contra eum lata mihi præiudicet.*
15 *Sententia lata cõtra eum qui detinet mandatur executioni, nõ obstante contradictione veri possessoris, qui sciuit talem causam agi.*

1 CVm super. † Confirmatur sententia lata contra reum appellãtem, si nil docet cõtra eam: differtur tamen ipsius executio, si tertius de suo docet interesse. hoc dicit. ¶ Et prima pars decisa narrat factum quo ad reum principalem. secundò sententiam confirmat: ibi [cum ex parte.] tertio quo ad tertium appellantem committit causam executionis fien
2 de, vel non ibi [mandamus] ¶ Primò no. ꝙ † tertia persona veniens post sententiam contra aliam latam, potest appellare pro suo interesse. In hac enim Decre. tam monasterium, q̃ episcopus appellauit ad Papam. & primò expeditur appel. mona. secundò appellatio episcopi: secundum Hosti. ¶ Secũ
3 dò not. † ꝙ quò ad vnum sententia est valida, & firma: quo ad alium est in suspenso. concor. in simili. C. de testa. l. hac cõ sultissima. §. ex impfecto. & l. si duobus. de inoffi. testa. ¶ Ter
4 tiò no. † ꝙ tertius appellans à diffinitiua dẽt exprimere causam, & sufficit sibi destinare nuncium ad appellationem prosequendã. ex quo dicit Host. apertè colligi, quòd sufficit appellanti infra tempus legitimũ mittere ad curiam Nuncium, etiam si non fuerit contestatus litem, nec obtulerit libellum, nec se iudici præsentauerit. Sola enim Nuncii missio facit ipsum audiri lapso tempore appellationis prosequendæ. ad idẽ ĩ. de app. c. significãte. nõ obst. Auth. ei qui. C. de tẽp. app. & in corpore: vnde sumit, quia benignus in hoc agunt canones, quã leges. Alii aliter dicũt, & melius, vt dicã in c. ex ratione.
5 ĩ. titu. 1. ¶ Quartò no. † ꝙ possessor perdit possessionẽ si fit executio contra detentorem eiusdem rei: facta enim executione contra hoc monasterium fuisset præiudicium generatum episcopo Oueten. si circa possessionem, vt hic. ibi [nec
6 circa possessionem Oueten. &c.] ¶ Quintò no. † ꝙ tertius veniens pro iure suo post latam sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, non potest impedire ipsius executionem: vt
7 in ver. alioqui. ¶ Sextò. no. † ꝙ sententia lata contra alterum non præiudicat alteri, etiam scienti causam illam motam: & hanc regulam, scilicet quòd res inter alios acta aliis non præiudicet, exponit Ioan. An. Alii scilicet ignorantibus, qui non ratione potestatis, societatis, contractus, vel officij, vel procuratoris agentis sint astricti, aliàs contra. ff. de iureiu. si duo. §. si qs iurauerit, & l. seruus. & l. seq. & l. sed & si seruus. & l. duobus. Istis enim, & vtrisque illorum qui agunt inter se in vna causa, vel si cum alio agant, vel agat alter eorum, nocet sentẽ
8 tia. † nam condemnatus de furto, vel publico crimine, tãquã infamis à testimonio, & à iudicato repellitur in quacũq; causa, & cum quocunque alio agatur. 3. q. 7. c. 1. 2. & 3. & de testib. c. testimonium. & hoc verum est in his, quæ consecutiua sunt priorum sententiarum, vel aliorum actuum. In alia autẽ causa non præiudicat, vt si conuentus ciuiliter super crimine condemnetur, non nocebit sibi sententia in criminali, vt C. qñ ciuilis actio. l. 1. ¶ Venio appositiones, dicitur hic, ꝙ tertius veniens impedit executionẽ sẽtẽtiæ latæ contra alium. contra aliũ. cõtra de l. is à quo. ff. de rei vend. vbi non obstã. contradictione tertii mandatur sententia executioni, præstita cautione de seruando reum indemnem. ¶ Sol. ibi non intererat tertiæ personæ sententiam exequi, nec quo ad causam, nec quo ad possessionem, quia ibi non possidebat tertius, hic autem episcopus Oueten. prætendebat se possidere, nec etiam quò ad proprietatem fit sibi præiudicium, vt hic in fine. & his rationibus ibi tertius impedire non potest executionem. & si dicatur potest interesse quantum ad instan. iudici, quia si possessor alteri condemnatus rem restituit, videtur ꝙ debet ab altero petitore absolui cum sine dolo desinat possidere, vt dixi. s. c. 1. dico, quòd ratione dicti interesse. l. illa. is à quo. prouidit de prædicto remedio cautionis prestande: de qua hic tractat Inno. qui tangit etiam circa hoc si reus condemnatur ambobus, scilicet primo & secundo: antequã à primo prædicta præstetur cautio. hic vide per eum, qui di-
9 cit, † ꝙ si prior victor velit suscipere defensionẽ, præferẽdus est illi, qui tunc de nouo cœpit eam mouere: potest etiam appellare si sentiat, quòd feratur sñia cõtra eum à quo habuit possessionẽ. Si verò nõ appellauit reus conuictus, cedit actionem, quam habet contra primum victorem vigore satisdationis receptæ. & si post cessionẽ velit ille, qui vicit probare, de iure suo nõ audietur. Illa ergo cautio succedit loco ipsius rei, & sicut si super re fieret executio, nõ admitteretur exceptio, ita neque contra executionem illius cautionis contra primũ victorem. ¶ Duobus ergo cõcurrẽtibus diuersis temporibus super rei ven. eiusdem rei: vnus processus non impeditur per alium, etiam ad fidem productum, sed quodam nouo remedio effectus sententiæ contra reum latæ extẽditur ad victorẽ primum. ¶ Incidenter circa hoc quærit Gof. pone ꝙ abbas in ꝓpria ꝑsona defendebat cõtra vnum: exinde & cõtra aliũ in alio iudicio defendebat ꝑ sindicũ, & eodẽ die, & hora vincit vterq; eps, cui obediet abbas. Respondet, ꝙ ei qui melius probauerit. s. de proba. l. licet. vel erit locus gratificationi, de iurepatr. cũ aũt. cum concor. Vel vterq; aliũ impediet ex cõcursu. ff. de vsufru. l. quoties. cum neutri obediant, donec inter se agãt cõfessoria, vel alia occasione, vt sic appareat qs sit potior in iure subiectionis. ¶ Secundò opponitur de l. à diuo Pio. ff. de re iudi. vbi dicitur, ꝙ tertius indistinctè impedit executionem sententiæ. hic distinguitur appellauerit, vel nõ appallauerit, quare malè. ¶ Sol. dicit Inn. ꝙ qñque petitur siue fit missio in re petita, & tunc distinguitur super re vacante, vel non vacante fiat executio, vt dixi. s. de testibus. c. veniens. Quandoq; fit executio in re non petita: & tunc loquitur contrarium, vbi vide rationem diuersitatis. & hic per Host. ¶ Tertiò opponit, & videtur, ꝙ tertius. i. Episcopus Oueten. q non astitit liti nõ audiatur, sed præiudicet sibi sẽtẽtia contra mona. lata, vt l. sæpe. ff. eo. titu. vbi dicitur, ꝙ si seruus, vel libertus meus pronuncietur alterius (me sciente) fit mihi præiudiciũ. ¶ Sol. aut ille tertius appellauit à sententia lata contra illum, in quem

in quem ius prætendit,& sibi non preiudicat, vt hic.aut non appellauit,& tunc aut ignorauit causam illam agi.& idẽ quia non præiudicat sibi in proprietate,vel possessione,& veniens etiam post sententiam impedit executionẽ, aut sciuit iste tertius causam agi:& tunc sententia lata contra eum, in quẽ ius prętendit,præiudicat sibi,vt nõ possit executio impediri,sed non quò ad proprietatem,nisi astitisset in causa pro iure suo. & ita Inno. in glos.quæ incipit.si episcopus.¶ Quartò opp.& videtur,ꝙ hic Papa immisceat contraria,dum mandat sententiam firmam esse quo ad monasterium,& sortiri effectũ suũ: quo ad episcopum autem appellantem mãdat executione superſedi.Sed contra,quia cũ executio sit facti,non põt contra monasterium exequi, quin exequatur etiam cõtra episcopũ, cum actus executionis sit indiuiduus: quia cõcernit eandem rem,& fit respectu eiusdem rei. ¶ Sol.text.non dicit, ꝙ contra monasterium exequatur,seu debeat exequi sententia.sed confirmatur quo ad monasterium , & suspenditur executio, scilicet ne alteri scilicet episcopo Oueten.noceat,simile dicimus in muliere prægnante damnata ad mortem: quia donec pariat suspenditur executio propter partum,licèt quo ad ipsam sententia remaneat valida,vt.ff.de stat.ho.l.Imperator. ¶ Quintò oppo.dicitur hic,ꝙ episcopus Oueten.appellauit, & ideo suspenditur executio sententię.Sed contra hoc opponitur,& videtur ꝙ frustra iste episcopus prosequatur causam appellationis , cum enim non fuerit lis contesta. cum eo in prin.causæ nõ videtur,ꝙ in hac causa appellationis possit sententia ferri,quæ non valet nisi lite conte.de quo dic,vt.s̃.de litis contest.c. vno. ¶ Item quomodo potest esse , ꝙ sententia contra monasterium lata,& confirmata per Papam, & quæ transiuit im rem iudicatam, reuocetur per appellationem Oueten.episcopi,vel alterius cuiuscunque?Solutio,ista contraria sentit Inno.in glo.quęritur quomodo agitur.in prin. & in ver. Sed contra prædicta &c.dicit glo.per consequentiam huius appellationis non fertur sẽtẽtia super principali:sed hoc tantùm pronunciatur, ꝙ per ipsam sententiam non fiat præiudicium ipsi episcopo Oueten. nec dictus episcopus debet petere, ꝙ ipsa sententia recitetur, sed debet petere, ꝙ cũ possideat iura,alij scilicet episcopo Oueten.adiudicata,pronunciat iudex,ꝙ per illam sententiam non fiat sibi præiudicium, & detineat,ꝙ executio sententię nõ sit facienda in iuribus ab eo possessis. ¶ Aliam tñ formam pronunciandi ponit Inn.in glo.semper.dicit enim,ꝙ iudex debet dicere absoluimus ab impetitione episcopi Ouetẽn.& latam sẽtẽtiam pro ipso reuocamus. Et ista forma est bona secũdùm eũ,quãdo fieret sibi plenum præiudicium ex prima sententia,ꝙ est quando ad eum primo loco pertinet defensio, vt in casibus no. j̃.eo. c. pe. ¶ Si verò non sit præiudicium , nisi quo ad præsumptionem:tunc debet pronunciare sententiam pro episcopo Oueten.arg.ff.de app.l.à sententia. 1. responso. & §. idem rñdit. ¶ Sed respectu formæ supradictæ,secundum quam sententia pro Oueten.episcopo lata stat contrarium,quomodo sine litis contest. aliqua valebit ista sententia reuocatoria primæ , quæ transiuit in rem iudi.potest dici,ꝙ litis contest.& processus primus habitus cũ monasterio proſit huic episcopo Oueten.ratione proprij interesse: nam postq̃ adest causa , & iura volunt dicto casu,ꝙ noceat processus cum eo principali habitus:ergo prodesse debebit,& non solùm sibi,sed ipsi reo ẽt condemnato,qui per appellationẽ huiusmodi episcopi Oueten.habebit quod per se habere non poterat:quia propter appellationem ab eo emissam,cuius interest,absoluet eum,arg. ff.quemad.serui.amit.l. si commune.& de lib.leg.l. si quis reũ. mirabile est ergo,ꝙ sententia quę transiuit in rem iudicatam quo ad principale propter appellationem tertij rescindatur per iudicem appellationis sine nouo processu. Sed tantummodo ex processu iam finito quo ad principale , & alibi hoc contingit,ꝙ perit sententia pro parte,& pro parte durat,vt l. si constante.§ vlti ff.so.ma.& hoc quod dixi,videlicet,ꝙ noceat sententia lata contra monasteriũ episcopo Oueten.quia ius quod vendicabatur à monasterio prætendebat ad se spectare. Si autẽ respectu alterius interesse quis assistit ad auxiliandum reo: vel alteri videtur dicere Io.And.super glo. 2.ad fi.ꝙ talis qui assistit poterit suo nomine iudicium inchoare , non obstante,ꝙ succubuerit principalis,cui assistebat,nisi in casibus.j̃.eo.c.quis.& ita Inno.potest esse ratio,ꝙ pro eo,vel contra eum qui assistit non fertur aliqua sentẽtia, sed contra ipsum reum,vel pro reo. secundùm Io.An. super ea glo.circa prin. ¶ Sextò opponitur,dicitur hic,ꝙ episcopus Oueten. appellans debet exprimere causam suæ appellationis.Sed cõtra:quia appellans à diffinitiua,nõ debet exprimere causam appellandi,vt no.in c.cum causam.j̃.de app.& 2.q.6.diffinitiua.¶Solutio. dicit Ioan. de Ligna. ꝙ aut ille contra quem lata est sententia appellat à diffinitiua , & non tenetur causam exprimere causam iniquitatis sententiæ,& non tenetur. Aut causam quare debeat audiri,& tunc tenetur exprimere tàm in causa principali,q̃ in causa appellationis: & ita loqtur hic, & s̃.de testibus.veniens. ¶ Venio ad quæstiones,& quia iste tex.& Doct. prosequuntur hic materiam de isto tertio comparente in iudicio cum alio instituto , quando & ad quid admitti debeat est videndum. Et præmitto ad euidẽtiam, quòd qñque tertia persona superuenit in iudicio in auxilium rei, vt sibi assistat.qñque contra ipsum reum,vt ipsum à defendendo remoueat.quandoque venit in auxilium actoris, vt si aliqua ecclesia prouocat in libertatem,dicens se soli Papę subesse: nam Papa poterit ei assistere,ar.j̃.de confir. vti. vel inuti. c.cum dilecta.quandoque venit contra ipsum actorem , vt ipsum remoueat,& ipse agat,vel vt sibi assistat. q̃a timet de collusione.Item quandoque in supradictis casibus quis venit ante litem contest.quandoque post litem contest.& ante sententiam:qñque post sententiã in causa appellationis:qñque post sñiam appel.non suspensa ad impediendũ executionem: qñque post executionem factam,quę omnia singula supradicta membra colligi possunt ex his,quæ hic confusè prosequũtur
10 Doct.¶ Primò ergo † quæro,quando aliquis cõparet in iudicio vt assistat reo,& tunc si fecit hoc pro suo interesse, & potest tam in causa principali,q̃ in causa appellationis exẽplũ , cum agitur contra hæredem querela de inofficioso testamẽ. si enim pronunciabitur contra testamentum , non valebũt legata.poterunt ergo legatarij assistere: & si contra testamentum fuerit pronunciatũ appellare,& testes producere, & instrumenta,vt ff. de inoffi.testa.l.si suspecta.& l.si pro legata-
11 rio.§. 1.ff.de app.& ibi per Bar. ¶ Sed hic incidenter quæritur,† an interueniens post publicatas attestationes cum principali, possit super eisdem articulis,aut super diuersis sic, sicut posset,vel non posset ipse principalis:nam competunt hæredi defensiones, vt hic quæ competunt principali reo: vnde sicut principalis reus non posset tertio appellare,ita nec iste, quod est verum si sciuit causam agi. Si autem ignorasset, posset appellare,quia non debet sine culpa damnum pati:nõ tamen proderit dicta appellatio ipsi reo, vt hic sentit Innoc. in glo.quæritur quo iure aget.ver. & publicatę sunt attestationes.& ver.sed si primo reus.& Bar. in d.l.si perlusorio.& l. si à sententia.ff.de appella.& hũc articulum de tertio adueniente ꝓ iure suo,vt assistat alibi dixi,& remisi ad nota.in l.idẽq;. §.& generaliter.ff.mãda.& l.procurator.§.1.ff. rem ra. hab. per Bar. ¶ Secundò quæro,quando comparet tertius, vt reũ
12 à defendendo remoueat. Et expedio me breuiter per no.in l. sæpè.ff.de re iud.& c.pe.j̃.eo. ¶ Tertiò quæro, † quandoque tertius comparet vt actorem remoueat ab agendo : & dic vt no.in l.Titia.ff.so ma.per Doc.& in c.veniens.de spons. Si autem veniet,vt assistat actori.& hoc etiã potest , vt dixi per c. dilecta.ad fi.de confir.vti.vel inut.facit.d.l.sæpè.ff.de re iudi. ¶ Quartò quæro omissis alijs qñ quis venit ante litem contesta.vel post,vel in causa appellationis:quia oĩa recipiunt eandem iuris decisionem an admittatur tertius,vel nõ admittatur

13 tur.† Quid si venit post sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, an præiudicet sibi dicta sententia, vel debeat audiri: & si loquimur, an audiatur volens impedire executionem sententiæ, distingue, vt in c. veniens. ŝ de testi. & per Bar. in l. á diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudi. Si autem post executionem sententiæ velim agere pro iure meo: an possim. pone
14 enim,† ꝙ libertus meus, vel seruus conueniatur, & vendicatur ab alio me sciente, an sententia contra eum lata mihi præiudicet. Rogerius tenet, ꝙ sic: in d. l. sæpe. ar. C. de liber. causa. l. principaliter. Et ibi hanc opi. Rogerii tenet Barto. Io. contra: dicit enim, ꝙ si quis petat iura, quæ possideo in re aliqua me sciente, sed non defendente, quandocunque appareat nullum mihi facit præiudicium. non ob. l. sæpè. præalleg. ibi nam & si libertus meus me interueniente, &c. Quia subaudiendū est. idest defendente. hoc enim casu ex quo me obtulit defensioni, probare debeo de iure meo, aliqui præiudicium mihi fiet. Sed istud c. facit pro Roger. quia h. c si episcopus Ouetē. non appellasset, fuisset sibi grauatum præiudicium circa possessionem, ex quo sciebat causam agi, nec defendit. Sol. fatetur Inno. ꝙ ideo hic fuisset præiudicium grauatum, quia iste qui conueniebatur hic scilicet monasterium habebat detentionem
15 tionem eius, ad quod agebatur. Ex quo infert Innoc.† quòd sententia lata contra eum qui detinet, mandatur executioni non obstante contradictione veri possessoris, qui sciuit talem causam agi: & perdet possessionē suam propter talem immissionem: quia possessio per alium detenta amittatur, quàm cito ab alio occupatur: eo etiam qui per alium possidet ignorāte. ff. de acqui. pos. l. peregre. §. pen. ¶ Aliqui tamen de æquitate dicunt, quòd si possessor statim haberet probationes suas paratas super sua possessione recipiendæ essent, & executio differet da. ar. in præalleg. l. á diuo Pio. Et hęc procedunt cùm sciuit causam agi, & non appellauit. Si autem ignorauit causam agi, vel appellauit infra decem dies, nō fiet executio si possidebat veniens pro suo interesse non audiretur volens impedire executionem sententiæ, & hoc dicit glo. Inno. quæ incipit, episcopus Ouenten. Nocet ergo sententia isti terrio. secus si incidenter venit pro suo interesse assistēs principali, vt prædixi in quarta oppositione, circa finem.

SVMMAE.

1 *Ius patronatus licet transeat cum vniuersitate, non tamen transit cū vniuersitas transfertur in alium titulo pignoris.*
2 *Ius patronatus est transmissibile ad hæredes.*
3 *Præsentatus debet esse clericus saltem in minoribus, dummodo sit idoneus infra tempus idoneum possit promoueri.*
4 *Patronus cui debeat præsentare rectorem.*
5 *Secunda presentatio, non cassata prima, valet.*
6 *Præsentatus à vero patrono, & non receptus ab episcopo, potest agere vt remoueatur ab illa ecclesia, quicunque reperitur in eadem institutus.*
7 *Delegatus in prouincia potest causas audire, & etiam delegare.*
8 *Sententia diffinitiua potest ferri in causa beneficiali, quando agitur de beneficio, vt in titulum altera parte absente, & lite non cōtest.*
9 *Restitutio in integrum contra sententiam, petitur coram eodem iudice, qui eam tulit.*
10 *Libello eodem auditur quis super officio rescindente, & rescissorio.*
11 *Causa restitutionis in integrum, potest delegari.*
12 *Petens se restitui tanquam læsus ratione absentiæ, sufficit, quòd iustā causam absentię semiprobet.*
13 *Sententia venit reuocanda cum ex tempore sententiæ deprehenditur iniquitas, & falsæ causæ inseruntur in ea.*
14 *Retractari debet quod fit per circumuentionem, siue constet ex actis, siue aliàs liqueat.*
15 *Patronus præsentans potest mutare voluntatem.*
16 *Institutus ab Ordinario sine præsentatione patroni, est ab ecclesia amouendus, fallit in casibus.*
17 *Ius ad rem vendicandam contra quemlibet possessorem, quæritur in beneficijs ex solo titulo.*
18 *Peremptoriè verbum necessariò est apponendum in citatione, quando est vnica.*
19 *Iudex, an possit committere vnum articulum, puta receptionem testium.*
20 *Sententia principis confert plenum ius, nec eget alijs adminiculis.*
21 *Libellus, siue petitio ista procedit, peto electionem meam confirmari, & confirmationem aduersarij irritari.*
22 *Libellus iste, an sit admittendum, peto confirmari talem electionem, vel processum meū, non obstante electione alterius, vel processu.*

CVm Bertoldus Probata iusta causa absentiæ, reuocatur sententia contra absentē, lata maximè, vbi apparet iudicem circumuentum. h. d. Et sunt duæ partes principales. In prima processus narratio. In secunda ibi. [licet autem.] partis restitutio, auditoris datio, ipsius relatio, & Papæ diffinitio suum motiuum continens. Iterum prima subdiuiditur in tres partes. primò ponitur creditū, vacatio ecclesiæ, præsentatio creditoris, institutio, & inuestitura præsentati. secunda ibi: prædictis præsentatio debitoris. & repulsio præsentati mota per ipsum quæstio: & contra ipsum facta diffinitio tertia ibi: postmodum contra sentētiam petita restitutio causæ delegatio. subdelegatorum subdelegatio, & victoris ap.
1 ¶ Primò no.† ꝙ licet ius patronatus transeat cum vniuersitate, vt ĵ. de iure pa. c. ex literis. tamen non transit cum vniuersitas transfertur in alium titulo pignoris: sed tamen transfertur titulo apto ad translationem dominij, & productio acquisitionis fructuum, ꝙ non est in titulo pignoris, vt ĵ. dice. ¶ Se
2 cundò no. † ꝙ ius patronatus est transmissibile ad hæredes. & ex hoc nitebatur iste. A. nepos. quod dic, vt in c. 2. de iure
3 pa. in Cle. ¶ Tertiò no.† ꝙ ille qui præsentatur, debet esse clericus, & sufficit, ꝙ sit clericus in minoribus, dūmodo sit idoneus, & ĵ. tempus debitum promoueri possit. ĵ. de insti. c. 2.
4 lib. 6. ¶ Quartò no. † quòd patronus debet præsentare rectorem coram Archidiacono, & per episcopū institui: & intelligo, ꝙ de consuetudine competebat Archidiacono hoc ius. Nam de iure communi spectat ad episcopum. ĵ. de insti. c. 3. Iure ergo suo Archi. potest facere inuestituram corporalem, non autem autorizabilem. de offi. Archi. vt nostrum. & c. ad hæc. ¶ Quintò no. in ver. prædictis coniuncto fine capitu
5 li,† quòd valet secunda præsentatio non cassata prima a de
a qua dicam. ĵ. in elec. dic. vt ŝ. de elec. cum terra. c. considera-
6 mus. ¶ Sextò no in ver. cū autem,† ꝙ præsentatus à vero patrono, & non receptus ab episcopo, potest agere vt remoueatur ab illa ecclesia quicūque reperiatur in eadem institutus, & sic conceditur ius agendi ex sola præsentatione: de quo. ĵ. dicā. de ele. autem non est dubiū, ꝙ agere possunt postquam consenserunt electioni de se factæ. vt. ŝ. de elec. cum inter canonici. In alijs quoque officijs temporalibus, ad quę quis per electionem assumitur, an consequatur ius per solam electionā. dic plenè per Bar. ff. de dona. l. absenti &c. ¶ Septimò no.
7 † ꝙ delegatus in prouincia potest causas audire, & etiam delegare. ŝ. de offi. leg. c. j. Et delegati debent mittere causam instructam ad delegantem inclusam suis sigillis. ĵ. de fideiuſ. cōstitutis. & ĵ. ti. j. per Inn. & ĵ. de elec. dudū. il 1. ¶ Octauò no. ꝙ ista remissio potest fieri per partes, & sic quilibet deferat acta sua: & sic potest quis esse nuncius in re propria, & ferre literas ad sui vtilitatē: vt. ff. de fur. l. eū qui. §. si epistola: & facit c. constitutus. ŝ. de testi. in attestationibus apud eum depo sitis sit contentus, &c. ¶ Nonò not. † ꝙ altera parte absen-
8 te, & lite non contestata, pōt ferri sententia diffinitiua in causa beneficiali: quòd est verum, qñ agitur de beneficio, vt in titulum. secus si tanquā de proprietate, vt in Cle. dispēdiosam. de iudi.

de iudi. Et licèt incidenter ad confirmationem tituli deducatur proprietas in casu nostri capituli, tamen hoc non attenditur: sed respectus habetur ad causam, quæ mouetur principaliter, & quæ est apta parare pręiudiciũ: ꝙ facit c. super eo. ͠j. đ
9 præben. lib. 6. &c. ¶ Decimò no. † quòd restitutio in integrũ contra sententiam petitur coram eodem iudice, qui ipsam tulit: quia per restitutionem non redarguitur iniquitas iudicantis erroris proprij, vel iustæ causæ absentiæ venia postulatur: vt. ff. de minori. l. præfecti. licet iste text. non dicat aliquid de restitutione petita per istum c. Sed quòd tantũmodo veniẽs post sententiam iustam causam absentiæ allegauit: & hoc solum sufficit secundum Tan. qui per hoc reprobat distinctionem Legistarum, qui dicunt, quòd aut absens constituit procuratorem, aut non. Item aut habuit iustam causam absentiæ, aut probabilem: de quo articulo dic, vt no. in l. vlti. ff. de resti. in integ. &c. ¶ Vndecimò not. in verb. postmodum. formam commissionis cum quis petit propter iustam absentiã aduersus sententiam restitui, committitur enim vt legitima causa, probata sententia reprobetur, vel rescindatur, & de iu
10 stitia cognoscatur, aliàs obseruet. ¶ Ex quo collige, † quòd in vno libello auditur quis super officio rescindente, & rescissorio. Item quòd non restituitur quis ad rem principalem, quam petit propter iustam absentiam, sed ad audientiã causæ: de quo. ff. de procu. l. qui proprio. § item quæritur: & ͠s. de in inte. resti. c. cũ ex literis. vbi plenè in nouella. ¶ Duo
11 decimò not. † quòd causa restitutionis in integrum potest delegari: quòd intellige, vt not. ͠s. de in integ. resti. c. causam. & quòd delegatus ab alio, quam à principe potest subdelegare vt faciunt isti abbates delegati ab Archiepiscopo: de quo. ͠j.
12 dicam. ¶ Tertiodecimò no. † quòd si quis petit se restitui tanquam læsus ratione absentiæ, sufficit iustam causam absentiæ semiprobare. ¶ Ratio est: quia per talem restitutionẽ modicum læditur aduersarius, cum restituatur ad audientiã causæ. leuior enim probatio requiritur, vbi aduersario magnum præiudicium non paratur. facit l. thesaurus. ff. ad exhiben. cõ
13 cor. supra de resti. in inte. ex literis. ¶ Quartodecimò no. † ꝙ cum ex tempore sententiæ deprehenditur iniquitas, & falsæ causæ inseruntur, in ea: est dicta sententia reuocanda: quod an sit verum infra dicam. ¶ Quintodecimò no. quòd quandoque iudex circumuenitur in processu, quo casu quid iuris cum erratur in processu, vel sententia, dic vt. ͠j. de pur. vulg.
14 c. 2. in nouella. † Retractari ergo debet, quòd fit per circumuentionem, siue constet ex actis, vt hic. &. ͠s. de resti. spo. c. cũ ad sedem. siue alias liqueat de hoc, vt. ͠s. eo. c. cum olim. Et ex hoc collige secundum Host. quod fatuum est exprimere causam in sentẽtia: vt. ͠s. eo. sicut. ¶ Sextodecimò no. formam sententiæ Papæ inquantũ adiudicat ecclesiã huic. c. nõ eñ fuit cõfirmatus, vel admissus ab episcopo: sed repulsus, vt patet supra post princip. c. quomodo ergo possit ecclesiam obtinere ex sola sententia Papæ, vt. ͠j. dicam. ¶ Venio ad oppositiones, & primò opponitur: dicitur hic, quòd iste. T. fuit pręsentatus post. D. & sua præsentatio pronunciatur, seu iudicatur valida facta à vero patrono, vt in fi. c. Sed contra: quia secunda præsentatio facta à diuersa persona prima non cassata non tenetur, sicut nec electio. supra de elect. consideramus. ¶ Solut. quandoque primus præsentatus non habet ius, & tunc valet secunda præsentatio non cassata prima, quòd habet ius fundamentaliter: licèt sit aliqua ratione priuatus, vel priuandus ille vice, & tunc loquit. c. consideramus, & c. auditis & c. dudũ. de elec. Et ita not. hic nouellator super verbo præsentauit. ¶ Secundò opponitur dicitur hic iste. T. non fuit admissus per episcopum, & tamen egit cõtra. D. Sed contra quia si non fuit admissus, non fuit consecutus ius aliquod ex dicta præsentatione ad dictam ecclesiam vendicandam: sed tantummodo videtur, ꝙ potuit agere contra episcopum nõ admittentem. ͠j. de iure pat. c. pastoralis, quæ dicit, ꝙ ex pſentatione laici quęritur ius præsentato licet, episcopus eum non

15 admittat. fatetur tamen glo. † quòd patronus præsentans potest mutare voluntatem: super qua Io. An. post Inno. prosequitur articulum, an præsentatus à non patrono possit agere cõtra alium institutum in ecclesia ab episcopo, vel ab alio: & te
16 net quòd sic, † quia institutus ab ordinario sine præsentatione patroni est ab ecclesia amouẽdus, vt hic patet, & 16. q. 7. decernimus. fallit in casibus, puta propter delictum patroni, qui minus idoneum præsentat, vt supra de sup. neg. præla. c. 2. §. fi. vel propter eius negligentiam c. 1. & 2. ͠j. de iure pa. & c. cũ propter discordias. Dicit enim, quòd licet patronus laicus possit variare: tamen illud est verum, quãdo alium pñtaret, vt d. c. pastoralis. antequam ergo sm̃ præsentet primus pręsentatus potest petere, vt remoueatur omnis à quocunq; in-
17 stitutus. Ex quo collige, † quòd in beneficiis ex solo titulo q̃ritur ius ad rem vendicandam contra quemlibet possessorẽ. facit c. si tibi absenti. de præben. lib. 6. Secus est in rebus prophanis, quæ debitè actione personali non possunt annotari ab eo: cui debentur à tertio possessore, si non est nactus dominium ab eo, cui debentur traditione, vel aliis modis: de quibus in l. traditionibus. C. de pac. Et hinc est, quòd si vendo rẽ vni, & non trado: deinde secundo, & trado: secundus prefertur primo: vt l. quoties. C. de rei ven. Collige etiam ex prædictis, quòd habens ius reuocabile, vt præsentatus à laico põt ante reuocationem agere. ad hoc bene l. nõ ideò minus ff. de rei ven. ¶ Tertio oppo. dicitur hic, quòd Remẽsis legatus tulit sententiam contra dictum. T. & tamen apparet, quòd fecerit eum citari peremptoriè. ergo sententia nulla. ff. quæ sen. sine appel. rescin. l. 1. Sol. dicit glo. quod debet intelligi, quòd
18 fuerit citatus peremptoriè, † quòd quidem verbum peremptoriè est necessarium apponi in citatione, quando vnica est
b citatio.[b] de quo 24. q. 3. c. de illicita. in fi. magnæ glo. & in Spe. de cita. §. viso de temporibus. ver. alias autẽ. & ver. quid si lata. de accu. c. ad petitionem per Io. An. & quod no. in c. sæpè. circa fi. de verbo. signi. ¶ Quartò opponitur. legatus hic mãdauit irritari sententiam suam, si iste. T. probaret legitimam causam absentiæ suæ. Sed cõtra: de leg. 1. & per totum C. sen. rescin. non pos. cum si. ¶ So. hic potuit legatus per viam restitutionis, vt hic, & ff. de mino. l. in causæ. & l. præfecti. delegatus verò an possit restituere. Vin. quòd non. Io. And. remittit ad no. per eum de accu. § qualiter super 1. glo. ¶ Quintò oppo. dicitur hic. quòd isti delegati ab Archiepiscopo commiserunt aliis vices suas. Sed contra hoc opponitur delegatus ab alio, quàm à Papa non subdelegat, vt l. à iudice C. de iudic. & in c. super quæstionum supra de offi. dele. Sol. gl. quæ incipit, sed qualiter delegatus. soluit & minus benè, inquantum dicit, quòd post litis contesta. possit subdelegare: licet Azo, & Vin. hoc teneant: & in Spec. in ti. de lit. conte. in fi. Io. An. remittit ad no. in c. is cui. de offi. dele. lib. 6. in vl. gl. Et hic post
19 Inno. incidenter quærit, † an vnum articulum, puta receptionem testium sine iurisdictione possit committere, puta si articuli interrogatoria, & omnia sunt plenè examinata, & numerus testium limitatus: ita quòd nudus Auditor est is, cui committitur nota. vt supra de offi. delega. c. super quæstionum. & quod ibi per Io. An. super glo. si ergo plus: de facto tamẽ seruatur, quòd iudex committit Tabellioni examinationem testium quo ad scribendum, & examinandum. Et hoc no. gl. in l. hac consultissima. C. de testa. & in Spec. de testi. §. nunc tractandum. ver. item ad offic. ¶ Sextò oppo. dicitur hic, quòd ab istis subdelegatis fuit appellatum ad Papam. contra imò videtur, quòd debuerit appellari ad ipsos subdelegatos, vt in c. super quæstionum. §. porrò supra de offi. deleg. Solutio finita erat fortè legatio, & delegati in totum subdelegauerunt. ar. c. si is cui. de offi. dele. li. 6. vel aliter, vt in nouella super verbo, ad nos. ¶ Septimò opponitur: Papa irritat hic sententiam legati, & tamen non apparet in hoc c. fuisse ab eo appellatũ. Sed contra hoc opponitur, quia videtur, quòd sententia transierit in rem iudicatam, & sic non videtur posse retractari, vt

C.senten.rescin.non pos.per totum, vt ĩ.e.c.inter. & c.subor ta.Solutio.dicit Io.And.quòd speciale est,cum agitur de beneficiis, in quorum collationibus debet esse omnis puritas: & abesse omnis surreptio.supra eo.c.cũ olim. & de elec.c.cũ dilecti.vel dic,quòd illud,quod hic dicitur, habet locum cũ in tenore sententiæ deprehenditur euidens iniquitas.dixerat enim iste Remen.Archiepiscopus per attestationes fuisse ꝓbatum, quòd.A. habuisset possessionem inter patronum, & quomodo in probatione.D.defecerat,& in vtroq; contrariũ apparebat per acta:ita quòd ista euidens, & expressa iniquitas in sententia reddit sententiam inualidam, sicut expressus error iuris.facit ad hoc.ĩ.de pur.vul.c.2. quod no.de frigi.c. fraternitatis.in glo.propter quam.per Io. An. & de proba.c. quoniam.& vide Pe.de Anch.3.q.fi.super gl.vel dic,quòd ex quo apparet sententia diffinitiua per obreptionem, & dolum lata. ipse idem qui tulit si est ordinarius, potest reuocare.sed si sine dolo, malè dicatur lata,tunc secus.ff. de iud.l.si prætor.& supra de rescri.c.cum dilecta. & quod ibi per Ioã. An.post.Inno.in glo.dicuntur, ad finem.vel dic,quòd licet à principio posset,debet repelli is, qui petebat sententiam reuocari. Si tamen admissus est de facto, & apparet sententia iniustè lata,reuocabitur.ff. de iudic.l.de qua re.vel dic,quòd hic fuit admissus beneficio restitutionis propter absentiam, quę licet minus sufficienter probata fuerit: tamen ex illa minus sufficienti probatione data fuit restitutio in integrũ ad audientiam causæ.Simile supra de rest.in inte.c.ex literis,vbi de hoc per Inno.no. Et hæc vltima amicatur literæ, vt patet ibi [licet autẽ]:licet præcedentes solutiones sint multũ notabiles.¶Octauò oppo.dicitur hic,quòd iste dominus percipit decem annua consueta præstari patronis: ergo per acquisitionem, quasi possessionis illorum decem videtur quæsiuisse,quasi possessionem in omnibus.ff. de serui. ru.prędi.l. vna est via.Solutio,vt in glo.sed videtur, & dixi plenius supra de præscrip.auditis.nam per receptionẽ vnius capituli sub vniuersali comprehensi,benè retinetur possessio ab alio nõ possessa. Sed per acquisitionem quasi possessionis vnius capituli nõ quæretur quasi possessio alterius,vt hic,& infra de capel. mo.c.dilectus.facit quod Bar.no.in l.3.ff.de acqu.pos.¶Nonò opp.& videtur, quòd ad istum creditorem spectet ius ꝓsentandi:nam ius patronatus sequitur fundum,vt in c.ex literis.de iure patro. Sed iste.A.possidebat fundum sibi obligatum,quia creditor possidet pignus,vt not.C.de præscrip.30. an.l.cum notissimi §.sed cum illud. Ex quo sequitur,ꝙ quasi possessio iuris præsentandi sit penes creditorem, si sit ergo ad ipsum,debet spectare præsentatio rectoris,vt in c.consultationibus.de iure patr. Ad idem creditor recipit fructus rei pignoratæ,vt in c.ad nostram.el.1.supra de iureiur.sed præsentare est fructus iuris patronatus: ergo debet spectare ad creditorem,sicut & perceptio aliorum fructuum. Sol.vt gl.fi. sentit ista contraria,& subtilissimè soluit: dicit enim ꝙ perceptio fructuum tunc spectat ad creditorem,quando potest sibi in debitum compensare,vel restituere debitori. sed iste fructus,vt sic dixerim, præsentandi non potest in sortem compẽsare,quia non recipit compensationem. Item non potest debitori restituere,quia licet reum releuet præsentatiò à creditore,remoueri non deberet.6.di. satis peruersum. Ex his rationibus concluditur,quòd perceptio huius fructus non trãsit in creditorem.& hoc tenet Phi.Inn. & Hosti. licet Damasus in q.sua infra de iure pa. dicat ꝙ præsentare potest creditor nomine debitoris: & licet glo. arguat in contrarium circa finem.ibi[arg.contra ista]&c.Tan.dicit, quòd dictum est supra simpliciter verum est,quod probat benè hæc litera.gl. tamen in sui prin.videtur dicere,quòd hic patronus de obli. excipit ius patronatus:aliter trãsisset cum vniuersitate.& hoc tenet Tan. Vin.& Goff.& vide quod not.in lib.feud.si de feu. contro.fuerit.c.generali.& de capi.qui curiam vendidit.an intelligatur ven.c.1.vbi satis de hoc.¶Decimò oppo.hic Papa in fine adiudicat ecclesiam isti.C. & tamen à principio appararet ipsum fuisse repulsum: & sic videt̃ quòd Papa maius ius, & pinguius sibi conferat quàm habuerit,scilicet ius administrandi cum ecclesiã adiudicat,vt supra de elec.transmissam. Sed contra,quia sententia nõ debet augere ius petitoris, sed ius antiquum tantummodo conseruare,& declararet, vt l.sicuti.§.si quæritur.ff.si serui.ven.So.Inno. & post eum Io.An. tangit illud contrarium circa finem c.super verbo memorato.& dicit quòd presby. petiit primò institui à diœcesano,& repulsus ab eo petiit à legato:legatus discretè agens citari fecit istum.D.& auditis iuribus vtriusq;, quia dictus.T.melius probauit Papa tulit sentẽtiam pro eo: per quam sententiam

20 intelligitur confirmasse,vel instituisse, †quia sententia principis confert plenum ius,nec aliis adminiculis eget.C.de testa. l.omnium.vel dic,quòd speciale est in beneficiis, quòd malè institutus remoueatur,ex quo constat de minus canonica institutione,& ille qui habet ius instituatur.vt patet in eo quod leg.& no.supra de offi.dele.c.1.& de cle.pere.c.fi. & infra de

21 insti.c.3.&c.¶Quæro post Inn.de ista quæstione. †an procedat ista petitio,siue libellus:peto electionem meam cõfirmari, & confirmationem aduersarii irritari. & quid iuris vbi sit admittenda: si probo electionem aduersarii cassandam esse, sed de iustitia electionis meæ nihil probo, an cassabitur aduersarii electio.Specu. hæc duo dubia prosequitur in Spe. 4. parte.t.de elec.§.1.pe.col.ver.si verò duę, & sibi placet,ꝙ tales actiones admittantur.allegat de elec.dudum. il 1.in fi.& c.congregato.de cau.pos.cum ecclesia.in fi.Cum enim sentẽtia debeat conuenire petitionibus, & sententiis latis in prędictis iuribus, patet petitiones fuisse tales. Quo ad secundum dubium dicunt quidam, quòd iudex non cassabit reum electum,nisi actor probet intentionem suam. Simile quod not. Io.An.de offi.dele.cum contingat in glo. quia melius.alii melius dicũt,quòd cum iste libellus habeat duas partes. prima pars inquantum quis petit suam electionem confirmari de facili recipit: nec tenetur actor modos suæ electionis exprimere:sed sufficit,quòd dicat suam electionem canonicam,& ideò confirmanda esse. secunda verò pars,in qua petitur electionem aduersarii cassari,magna vis est facienda,& peti potest expressio causæ cassationis. Nam quandoq; causa auget, & confirmat ius actoris. quia ex eo quod facta est de homine indigno,ideò suam præualere,& admittitur ipse libellus,aut ipsa causa non concernit ius actoris:puta,quia non dicit,qua de causa illa cassatio sibi prosit,& nunc non recipitur: secundum Inno.Host.verò sentit,quòd tam canonici,quàm patroni, ac parochiani admittantur ad petendum talem cassationem,saltem propter periculum animarum. Sed hoc est verũ via ordinaria.Per viam autem exceptionis,& contra iam institutum non videtur quis debeat admitti,nisi via ordinaria, vt in c. super his,de accu. Et nisi ille,qui dicit se potiorem in

22 beneficio. & sic intelligit Inno. ¶Secundò quæritur, †an sit admittendus iste libellus, peto confirmari talem electionẽ, vel processum meum non obstan.electione alterius, vel processu, vel peto talem fundum non obstã. venditione, & traditione ab aduersario meo facta:vel peto 10.non obstã. pacto de non petendo, vel sententia contra me lata.Inno. tenet omnes istos libellos recipiendos esse: & hoc est notandum,quia fortè reus non vult tunc talem exceptionem prosequi,sed differre. cogetur ergo se defendere per istum indirectum modum,vel actor ipsam exceptionem in sua petitione deducit: de quo hic vide latius in nouella.

ADDITIONES.

a ¶Non cassata prima Vide hic Io.An.& infra de elec.in c.vadit. & c consideraumus.

b ¶Vnica citatio. Vide gl.quę inci.peremptoriè hic.& doc.24.q 3.de illicita.& ibi Io de Turre Cremata.Card.in Cle.1.§.sanè 5.q. de fo compe. & in Cle sæpè.§.& quia de ver.sig.

Tap

SVMMAE.

1 *Papa in sententijs quas profert ordinem iuris, seruat.*
2 *Papa vocatur summus.*
3 *Ordo iuris seruandus est in causis, quae aguntur coram Papa.*
4 *Papa potest dispensare contra solemnia iudiciorum, & supplere defe ctum ex plenitudine ptãtis, nisi in casu capi. pastoralis.*
5 *Dispensatio etiam per summum Pontificem, nõ debet fieri sine causa.*
6 *Sententia summi Pontificis facit ius quo ad omnes.*

1 IN causis †Papa in sententijs quas profert ordinem iuris seruat. Et primò ponitur dictum. secundò ratio. tertiò exceptio. secunda ibi. [cum.] tertia ibi: [nisi] &c. ¶ Primò no: † ꝙ Papa appellatr summus, 2 a & sic summe ab iniurijs abstinere debet: ab iniurijs respectu Dei. 9. q. 3. c. aliorum. & etiam respectu hominum, quamuis non sit astrictus legibus. C. de legi. l. digna vox. ¶ Secun-
3 dò no. † quòd ordo iuris seruandus est in causis quae agitantur coram Papa: quaedam tamen obseruantur in Curia in cõsequentiam non trahenda: nam per facti narrationem, & verbalem petitionem, & contradictionem, & responsionem coram Papa, & fratribus habitam inter partes (maximè in causis electionum) intelligitur lis contestari etiam nullo oblato libello: contra hoc quod no. de lib. ob. c. pe. facit. s. de tempo. or. c. 1. & de offi. leg. c. quod translationẽ. ¶ Tertiò no. quòd hic cõmendatur subtilitas, de quo. s. de iudi. c. dilecti. ¶ Quar
4 tò no. in ver. nisi. † quod Papa potest dispensare contra solennia iudiciorum, & supplere defectum ex plenitudine potestatis, nisi in casu. c. pastoralis. eo. ti. in Clem. vbi defensionem iure naturali permissam, & prohibitam supplere non potest, de consensu autem partium an posit suppleri defectus solennitatis omissae, vel à principio renuntiare, dic vt l. 2. C. communia vtriusque iudi. & quod no. Inno. s. de testi. c. cum causam. & in c. vlti. j. eo. tit. lib. 6. & s. de offi. dele. c. de causis. ¶ Quin
5 tò no. † quòd dispensatio etiam per summum Pontificem nõ debet fieri sine causa. j. de praeben. c. 2. nisi. & ibi in nouella: siue enim loquamur de dispensatione, quae tendat ad poenae mitigationem, vel augmentum, siue ad alicuius beneficij concessionem, debet subesse legitima causa dispẽsandi, vt l. quid ergo. §. poena grauior. ff. de his qui no. infa. & facit quod not. j. de voto. c. non est. & de aeta. & qua. c. committimus. li. 6. & c.
6 ¶ Vltimò no. † quòd sententia summi Põtificis facit ius quo ad omnes, quia alij iudices tenentur similiter iudicare. super quo articulo post legistas. Io. An. sic distinguit, aut sententia principis est interlocutoria, aut diffinitiua. primò casu aut ẽ in corpore iuris clausa: & tunc facit ius. C. de no. Cod. cõpo. in fi. & hoc si tenor ipsius sententiae patiatur, alias si non patitur, non facit ius generale. C. de sacro. ecc. l. non plures. Si verò non est in corpore iuris clausa facit ius. C. de le. l. 2. & 3. secundo casu cum est diffinitiua. si scripta est in corpore iuris facit ius, si tenor eius hoc patitur, vt de interlocutoria dictũ est, aut non est scripta. & tunc subdistingue, aut sententia illa est contra legem principis corpore iuris scriptam, aut non. primò casu non facit ius generale, quia non praesumitur tulisse talem sententiam ad legem corrigendam, sed solùm ad ledendum ius litigatoris. tertiò casu quando non est contra legem, sed supra, vel praeter, tunc refert, aut lata est sine causae cognitione, & tunc nõ facit ius generale. ar. l. vlt. C. de leg. à contrario sensu, aut cum causae cognitione, & tunc aut est lata parte absente, & tunc non facit ius: vt l. qui repudiantis. C. de inoffi. testa. aut parte praesente, tũc quo ad oẽs facit ius. vt l. fi. Et sic intelligit Inno. hic illam l. scilicet cum princeps partibus praesentibus diffinit, & cognoscit.

ADDITIO.

a ¶ Papa appellatur summus. Adde Host. in c. 1. §. quia verò. de sum. Tri.

SVMMAE.

1 *Causa legitima, & non friuola est inferenda in recusatione iudicis.*
2 *Exceptio suspitionis est dilatoria, & quando sit opponenda.*
3 *Secundae litterae, quae non faciunt mentionem de processu, non valent.*
4 *Secunda sententia lata contra prima, valet, vbi de prima non opponitur in iudicio.*
5 *Instrumentorum appellatione continetur sententia.*
6 *Abbas ante benedictionem, an dicatur abbas.*
7 *Reus conuentus si habet plures dilatorias, puta, quòd rescriptum obreptitium, vel aliter iudex incompetens, actor excommunicatus, vel aliter inhabilis, an proponendo alteram ex praedictis coram iudice, & reus opponens succumbat, vel obtineat super ea possit redire ad exceptionem recusationis iudicis.*
8 *Secunda sententia lata contra primam, an valeat.*

INter monasterium Tenet sentẽtia diffinitiua lata contra primam si non fuit exceptum, nec appellatum à secunda scdm lec. Io. An. in vlti. glo. Et diuiditur in quatuor partes. nam prima ponit thema decisum. secũda causas diffinitionis, & causas causae: tertia soluit quoddam obstaculum. quarta diffinit. secunda ibi. [cũ cõstiterit.] tertia ibi [nõ
1 obstan.] quarta. ibi: [factum priorum.] ¶ Primò no. † quòd in recusatione iudicis est legitima, & non friuola causa inserẽda. de qua exceptione coram quo sit proponenda, & coram quo sit probanda: & si proceditur ipsa non admissa, an processus teneat, dic vt. j. de ap. c. cum specialis. & s. de offi. dele. c. suspitionis. & quod no. in l. quia poterat. ff. ad Trebel. ¶ Se-
2 cũdò no. † quòd exceptio suspitionis est dilatoria, & per cõsequens opponenda ante litis ingressum: vtrum autem debeat praecedere omnes alias dilatorias, hic plenè in glos. & j.
3 dicam. ¶ Tertiò not. † quòd non valent secundae literae, quae non faciunt mentionem de processu: vtrum autem de ipso debeat fieri mentio generalis, vel sufficiat specialis. concludit Io. And. quòd debeat fieri spãlis, & expressa mentio de principalibus articulis, & iudicibus, & de litigatoribus, & rebus, de quibus agitur. s. de do. & contu. c. ex literis. vbi de hoc.
4 ¶ Quartò no. † quòd valet secunda sentẽtia contra primam, vbi de prima in secundo iudicio nõ opponitur. & idem si opponatur, & contra eam feratur sententia secunda. facit. ff. cõ
5 modati. l. in rebus. §. vlti. ¶ Quintò hic colligitur, † quòd appellatione instrumentorum continetur sententia: vnde sicut post rem iudicatam non possunt produci instrumenta, similiter nec sentẽtia primo lata. ¶ Sextò no. super verbo electio,
6 † quòd ante benedictionem non dicitur quis abbas, sed electus. dat ergo benedictio nomen abbatis, sicut consecratio nomen epi, & palliũ nomen Archiepi. de aeta. & qual. cum cõtingat. de transla. c. 2. de vsu pallij. in fi. Host. contra. s. de supplen. neg. praela. c. 1. de accu. c. meminimus. & Clem. accedentes. §. statuimus de sta. mo. p quae patet, ꝙ abbas dici põt, ex quo posset inferri, ꝙ post adeptam possessionẽ, & ante benedictionẽ vacẽt sua priora beneficia: de quo p Oldr. consi. 14. ¶ Septimò no. in ver. saluo, quòd Papa intelligitur promouere, & confirmare abbatem sine laesione iuris dioecesani. Et est regulare secundum Io. An. vt quando fit aliquid quãuis iustè, per quod potest alicui praeiudicari in posterum, ius illius intelligitur remanere. Et vtile est hoc protestari, vt hic. & 7. q. 1. Pontificis. non minus igitur abbas erit dioeces. subiectus, quamquam benedictus sit à Papa. supra de ma. & obe. per tuas. ¶ Quaero dicitur hic in text. quòd exceptio suspitionis ante litis ingressum est opponenda, tanquam dilatoria. & subeundo iudicium eidem renunciari videtur. † Quaero igitur
7 si reus cõuentus habet plures dilatorias: puta quòd rescriptũ obreptitiũ, vel aliter iudex incompetens, actor excõmunicatus, vel aliter inhabilis, an proponendo alteram ex praedictis coram iudice, & reus opponẽs succũbat, vel obtineat sup ea posit redire ad exceptionem recusationis iudicis. glos. quae incipit

incipit, Quicunq; arguit primò, quòd non: deinde arguit in contrariū ibi: [sed contra videt.] deinde soluit ibi [sup hoc.] Quidam alii (vt refert Io. An. super ea) dicunt, quòd vsus ad 20. dies eā opponere potest quandocūq;, siue aliàs proposue rit, siue non, per Auth. offeratur, de iudic. beneficium enim illius iuris nō videtur auferendum, vt in regula indultum. Alii, vt Phil. Abb. & Guli. in Spec. de dila. §. nunc videamus. in fin. dicunt, quòd semper vsq; ad litis contesta. potest proponi. C. de iurisd. om. iudi. l. nemo. & l. apertissimi. C. de iudi. & ꝓ hoc facit ista Decre. Alii, vt Ioan. in d. Authen. offeratur. & Gofr. in summa de dila. §. 2. & Inno. hic dicunt, quòd nō solùm ante omnes alias proponi debet: sed etiam ante. 20. dies Tan. tenet hic in glo. quod si reo competunt plures exceptiones incompetentis iudicis, sit ante omnes alias in ordine opponenda: alias transeundo ad alias non posset ad hanc redire, quia eo ipso, quòd litigat coram iudice super alia, videtur in ipsam consentire: & hanc opi. Tan. tenet Bar. in l. quidam cō sulebant. ff. de re iudi. vbi subdit, quòd si reus simul, & semel proponit plures exceptiones contra personam actoris contra libellum, & contra iudicē, quòd semper intelligitur prius contra iudicem opponere: & cæteras sub conditione si apparuerit eum esse iudicem ordine scripturæ non obtento. ff. de hære. insti. l. talem. in prin. & de vul. & pup. l. 2. §. sed si ita. Tutius tamen est, quòd exceptio contra iudicem prius proponatur, & alię postponantur sub conditione. do. Io. And. super prædicto dubio hic dicit, quòd omnis exceptio, per quā negatur, quem esse iudicem præcedit exceptionem de suspecto: nam si non est iudex ad quid debeo eum recusare, maximè cum longiorem tractum habeat recusatio pro eo quod itur ad arbitros, vtile tamen est hoc protestari, sed non putat necessarium: alias verò exceptiones, per quas nō negetur iurisdictio precedet recusatio. facit pro hac distinctione quod no. in Spe. de excep. §. viso. §. porrò. Et ibi per Io. And. in addi. Tan. in ord. iudiciorum. Rubri. de excep. tenuit hoc dictū, de quo etiam hic vide alia in nouella. Et prædicta opi. Io. An. videtur vera, & æqua, & similiter opi. Tan. quam etiā hic de-

8 fendit do. Io. An. & Io. de Lig. ¶ Secūdò quæro, † an valeat secunda sententia contra primam. glo. magna explicat hīc ar. satis plenè, & enumerat plures casus, in quibus valet, regulariter verò secus, vt l. 1. C. quando prouo. non est ne. Sup quo ar. Io. An. sic plenè distinguit. cum fertur secunda sentētia cōtra primam. An hoc fit per remedium appellationis, supplicationis, vel restitutionis, an sine tali remedio. primò casu certum est, quòd valet secunda sententia contra primam, vt patet in iuribus alle. in glo. secundò casu quando nullum tale remedium interuenit, aut prima sententia fuit nulla, aut aliqua. primò casu valet secunda, vt hic, & de purga. vul. c. 2. & C. de sen. quæ sine cer. quanti. l. fi. aut prima fuit aliqua, & tūc aut diuersa à prima ratione temporis, vel alia causa, & non contraria: & tunc valet vtraq; & si primò pronunciatum est me debere, vel rem meam esse. secundò pronunciatur me nō debere, vel rem tuam esse: quorum vtrunq; esse potest ex diuerso tempore, & tunc valebit vtraq;: & secunda præiudicabit primæ: quasi tempore secundæ cessauit causa primę. de renun. post translationem. §. cæterū. Alio verò casu cum est directè contraria, & tūc aut fuit disputatum de viribus primæ, quòd non valuerit: & tunc valet sententia secunda. vt in glos. Aut non fuit de hoc disputatum, & tunc aut is pro quo facit sententia, scienter, & dolosè omisit illa vti, & tunc valet secū da sententia. secundum opi. Io. Phi. & Host. aut scienter, & nō dolosè, & tunc non valet secunda, aut omisit ignoranter: & tunc dicūt quidam, quòd si iudex sciuit primam sententiam, secunda nulla est: si ignorauit tenet secunda, & præualet primæ. Io. An. hæc reprobat dicens hoc casu non tenere secundam, qn̄ pars, & iudex ignorabant de prima: nec est æquum, quòd beneficium ignorantiæ partis lædatur per ignorantiā iudicis, per quā potius iuuari debet supra de rescrip. ex parte decani: quòd autem dixi cum pars est in culpa scienter, & dolosè non excipiendo, valet secunda. dicunt quidam falsum: per id quod no. C. de transac. l. si diuersa. vbi dicit glo. ꝙ non valet sententia contra primam lata, etiā de expresso cōsensu partium: ergo minus ex tacito. Sed dato, quòd illa glo. sit vera, non sequitur, quòd si scientia non nocet: ergo nec dolus: non igitur in pœnam scientis tantum, sed scientis, & dolo si id procedit. bene facit supra de rescrip. c. super literis: & p̄dicta sunt vera saluis casibus exceptatis in prin. glos. ¶ Item prædicta sunt vera siue pro actore agentis, siue contra ipsum pro reo fuerit iudicatum, cum prædicta lex non distinguat. & hanc distinctionem ponit Io. An. hic quam habuit ex verbis Cyn. in l. 1. C. quando prouo. non est nec. Et vide quod not. Ia. de Are. in quadam sua disputatione, quę incipit Apostolicæ sedis, vbi quęrit an de re iudicata inter partes possit compromitti. tenet quòd non. si enim non tenet sententia secunda contra primam, multò minus laudum post sententiā latum: quod not. ¶ Opponitur apparet in tex. quòd fuit appellatum ad Papam. & tamen dicit Papa, quòd coram eo nō potest opponi de prima sententia, si non fuit de ea oppositū coram primis iudicibus. Sed contra: quia in causa appellationis non probatum probabo &c. vt l per hanc C. de tēp. app. So. dicit Io. quòd qui non opposuit exceptionem debito tempore mali tiosè: facit hoc causa fatigandi aduersarium, & volens opponere postea non auditur. & hoc tenet Hosti. & allegat in ar. supra de exce. c. exceptionem. quod c. videtur facere in contrarium: quia ibi auditur opponens exceptionē tardè, licet condemnetur in expensis. Sed defende Host. quia qđ malitiosè retardans opponere postea audiatur. dicit ibi textus speciale hoc in sententia excommunicationis: ergo in cōtrarium est ius commune, quod ergo dicitur non probatum probabo, & non oppositum opponam &c. debet intelligi, nisi malitiosè, & scienter retardauerit opponere: qđ benè not. Alia solutio est, quòd isti monachi sancti. a. appellauerūt ab interlocutoria super recusatione iudicis, & frustratoriè. & sic à diffinitiua postmodum subsecuta non poterunt appellare: vt in Cle. si ante. de dolo, & contu. ergo cum dicta sententia transiuit in rem iudicatam, non potest de priori sententia opponere, quam in primo iudicio opponere omiserit.

SVMMAE.

1 *Sententia lata contra priuilegium non ostensum valet, si non fuerit à sententia appellatum, vel supplicatum.*

2 *Abbas debet episcopo obedientiam de iure communi.*

3 *Pars vtraq; quando fundat intentionem suam, pro qua debet iudicari.*

4 *Cognoscens de aliqua re tanquam iudex, in qua aliquod ius prætendit, debet de iure suo protestari.*

5 *Si producitur instrumentum, vel exceptio coram iudice, qua admissa fert diffinitiuam sententiam, in contrariū ipsam exceptionem, vel instrumentum reprobasse videtur.*

1 SVborta. † Tenet sententia lata contra priuilegium non ostensum, si tamen à sententia non fuerit appellatum, vel supplicatum. h. d. Et tria facit. primò præmittit processum, & sententiā super possessorio. secundò ibi [verum] committit ipsius executionem, & cām sup petitorio. scđa ibi [iudicibus.] petitoriū diffinit, diffinitum moderatur & quoddā soluit obstaculū. &c. ¶ Pri-

2 mò not. † quòd debet abbas de iure communi obedientiam, & eo ipso, quòd sibi negatur, & subditus resistit spoliari videtur. Et ideò competit episcopo interdictum iudicis offi. condictio secundū Inn. s. de elec. querelā. & de resti. spo. c. sæpè. Idē Host. Abb. & Aegid. ¶ Scđò not. ꝙ si prius liquet de possessorio, prius fertur snīa super eo suspenso petitorio intentato, quod est no. dignum sm̄ Inn. Et dicunt quidam hoc nō habere locum, nisi cum de possessione constet per confessionē: vt hic,

vt hic, quod ipse reprobat, dicēs, quòd obtinet qualitercūq; constet: nam si suspenso petitorio potest quis prosequi possessorium propter eius fauorem, vt in c. pastoralis. de cā pos. & proprie. Si potest prosequi, ergo & diffiniri dicto petitorio suspenso. Io. An. remittit ad c. sępè de resti. spo. in gl. dicit Inno. & j. de conces. præben. post electionem. in gl. sententiæ
3 in fin. ¶ Tertiò not. ibi [efficaciores rationes epi] &c. † ꝙ vbi vtraq; pars fundat intentionem suam, iudicatur pro illa, cuius iura sunt efficaciora: sic. s. de posthu. cap. bonæ. §. fina. vbi de hoc, & in dubio est hoc arbitrariū. s. de resti. in nostra & c. fi. secundū Ho. ego dico, ꝙ in dubio ferenda est sñia pro reo. s. de proba. ex literis. & Arrianus. ff. de act. & obli. Itē in dubio ferenda est sñia pro eo, pro quo facit ius cōe, siue sit actor, siue sit reus. s. de prescrip. veniens per Inn. &c. ¶ Quar
4 tò no. in ver. Ita tñ, † ꝙ ille, qui cognoscit de aliqua re tanquā iudex in qua aliquod ius prætendit, debet de iure suo protestari: ꝙ si non protestatur, an fiat sibi præiudicium, si illam rē vult postea vendicare. no. s. de fide instru. c. inter dilectos. §. porrò. vbi plenè. & dicit hic Inno. ꝙ si Papa ignorasset de iure suo, non præiudicasset sibi sñia. aliàs secus ff. eod. ti. l. sæpè. Hosti. cōtradicēs, ꝙ rōne publici, & necessarii officij nō obesset sibi. arg. C. de admi tu. l. cum quædam. in fin. & optimè. l. post legatum. §. aduocatum. ff. de his qui. vt indig. nisi qui contra testm̄ facit aliquid necessariò allegato sibi facto, non repellitur vt indignus: secus si voluntariè, vt assumendo officium aduocationis, & procurationis: vt in ea l. §. sunt quidā. & ff. de inoffi. testa. l. aduersus. §. fi. & l. fi. 1. Responso. & ff. de rei ven. l. inter officium. Tutius tamē est iudici, ꝙ semper ius suum excipiat, sicut fecit hic Papa. ¶ Quintò no. in ver. nimi-
5 rum, † quòd si producitur instrumentum, vel exceptio corā iudice qua admissa fert diffinitiuam sententiam, in contrariū ipsam exceptionem vel instrumētum reprobasse videtur: bonæ concor. sunt in gl. quæ incipit no. cui adde, quod no. Inno. s. de ordi. cog. cum dilectus. & c. fi. Illud ergo, quod est in iudicium deductum per modum exceptionis, & tacitè vel expressè reprobatum, non potest deduci in alio principaliter, vel accessoriè: de quo plenè p Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de ver. obliga.

SVMMAE.

1 *Canonici regulares possunt constituere procuratores non solùm nomine ecclesiæ, sed etiam suo.*
2 *Inquisitio quando committitur facienda in certo loco delegatus, non potest in alio loco procedere.*
3 *Visitatio, & correctio si alicui commissa est, potest ille culpabilem admonere per sententiam.*
4 *Inquisitio formata in capite, & in membris potest scindi, & per partes pronunciari.*
5 *Appellatur à sententia lata super correctione.*
6 *Grauamen illatum contra ius litigatoris transit in rem iudicatā, vel approbatur per partem infra 10. dies ab illo non appellatur.*
7 *Probatum semiplenè, potest probari in causa appellationis.*
8 *Exceptio contra personas testium, an possit opponi in causa appellationis.*
9 *Iudex si tulit sententiam motus ex attestationibus falsis, & veris, si verè sufficiunt, valet sententia.*
10 *Conspiratores admittuntur ad testimonium, cum inquiritur super statu domus.*
11 *Monachus nomine proprio, an possit esse in iudicio per seipsum, & in quibus casibus, & an in ipsis casibus possit constituere procuratorem.*
12 *Monachus nōe alterius, an possit esse in iudicio tanquā procurator.*

CVm I. & A. Sententia, à qua fuit appellatum, retractatur si constent testes, ad quorū dicta tm̄ lata fuit, fuisse cōspiratores, & cōtradicēte parte receptos h. d. Et primò ponit factum coram Papa narratum appellationis remedio. secunda dat iudices. ibi [quia nō] prima subdiuiditur, quia primò ponit delegationem principalis causæ, & eius formam. secunda ibi [iudices processum, & sñiam delegatorum.] tertia ibi [à qua. appell. ab ipso interpositam: & ꝓsecutionē ipsius.] secūda etiam subdiuiditur, quia in primo incertū casum mādat ꝓcessum priorū iudicum irritari, & de nouo inchoari. secūda ibi: [si uerò mādat sub triplici forma ꝓcessum cōfirmari quodda soluens obstaculū] ibi: [quia licet.] ¶ Primò no. se
1 cundum Inno. † ꝙ canonici regulares possunt constituere ꝓ
a curatores, [a] & non solum nomine ecclesiæ, sed suo, & constituūt alium canonicum regularem: de quo. j. distinguam &c. ¶ Secundò no. quòd per procuratorem potest quis denunciare crimina: quod est verum, si agitur ciuiliter: secus si criminaliter. facit. j. de procura. c. tuæ. & c. veniens de accu. ver. de materia. ¶ Tertiò no. tex. ibi ad ecclesiam personaliter ac
2 cedentes &c. † quòd quandoque commeittitur inquisitio facienda in certo loco, quo casu nō posset delegatus ille in alio loco procedere: de quo dic, vt. j. de rescri. statutum. §. in nullo. & de rescrip. cum dilecta. fallit in casu. c. statuimus. de offi. dele. lib. 6. quando autem fit commissio, & sine loci expressione, potest cognoscere delegatus, vbicunq; potuisset delegās, dummodo in loco honesto, & statuto ad hoc. de offi. ord. cū litigantes. & c. cum episcopus. li. 6. & l. ius pluribus. ff. de iusti. & iure. & c. pastoralis. eo. titu. ¶ Quartò no. formam cōmissionis cum abbas est infamatus, nam committitur inquisitio in capite, & in membris, & sic per infamiam prælati inquirit contra membra: quia cum caput dolet &c. de materia visitatorum, vide in Spec. de teste. §. nunc dicamus. ver. porrò. & e. tit. §. non tractemus. & de consi. Romana. li. 6. per Io. And. in
3 Clem. accedentes. de sta. mo. ¶ Quintò no. in ver. abbate, † ꝙ ille, cui committitur visitatio, & correctio, potest culpabilem amouere per sententiam. facit quòd no. Io. An. s. de rescript. similiter abb. & de sta. mo. in singulis. in glo. contra. ¶ Sextò
4 no. † quòd inquisitio formata in capite, & in membris potest scindi, & per partes pronunciari. Tot enim videntur inquisitiones, quot sunt personæ. ff. de verb. obl. scire debemus. & l. 1. §. si plures. ff. ad Turpil. facit quod no. s. e. c. cum inter nos. super illo articulo an valeat sententia lata super partē petito
5 ris. allegaui hunc tex. & gl. 3. hic. ¶ Septimò no. † quòd à sententia lata super correctione appellatur, & appellat procurator constitutus in principali causa licèt appellationem prosequi non teneatur. s. de procura. c. cum iniustè. ¶ Octauò not. quòd ad impugnationem sentētiæ, siue eius rescissionem plures causæ allegantur. facit l. scio. ff. de appel. & Cle. appellanti. eo. ti. ¶ Nonò no. istas duas exceptiones oppositas contra sententiam. prima enim fuit, quòd lite non contest. processit quæ non fuit efficax secundum glo. cum procedatur per modum inquisitionis, vt supra, vt lite non contest. in c. quoniam frequenter. in princ. Alia est, quod depositionibus non publicatis, vel ostensis processum fuit ad sententiam. nec etiam ex hoc reuocaretur sententia, cum ab hoc grauamine non
6 fuerit appellatum: per quod no. Host. † grauamen illatum cōtra ius litigatoris transire in rem iudi. vel approbari per partem infra 10. dies ab illa non app. ne prætextu talis grauaminis deducti in appellatione interposita à diffinitiua sententia reuocaretur sententia, nisi quando tale grauamen fuisset causa sententię: vt in casu huius c. vbi exceptio conspirationis cōtra testes non fuisset admissa, & per eorundem testium dicta lata sententia: tunc enim licet dicta pars non appellauerit à reiectione exceptio opposita potest hoc grauamen repetere in appellatione à diffinitiua, & ex eadem causa rescissionem petere: quod dic, vt. j. de appell. c. vlti. li. 6. ¶ Decimò no. tex.
7 in ver. quia verum. † quòd in causa appellationis potest probari plenè quod probatum fuerat semiplenè. de quo remittit Hosti. ad no. s. de restit. c. fraternitatis. ¶ Vndecimò not.
8 † quod exceptio contra personas testiū, potest opponi in causa ap-

ſa appellationis. quod eſt verum quando fuit in prima cauſa
proteſtatus,vel oppoſuit,& non fuit admiſſus, vt hic alias ſi-
bi præiudicat,vt.ſ.de teſti.c.præſentium. & quod no.Io.An.
e.ti.c.ex parte.¶Duodecimò no.tex.ibi , vel etiam ſi aliqua,
9 †quòd ſi iudex tulit ſententiam motus ex atteſtationibus fal
ſis,& veris,ſi verè ſufficiunt,valet ſẽtẽtia,nõ obſtã. falſitate
aliorum,quod bene no.facit l.hæredes palam.ver.& ſi plures
ff.de teſta.& l.2.ff.quemad.teſt.aper. Si autem vnus ex teſti-
bus neceſſarius eſſet falſus,vitiaretur actus,ſimiliter ſcriptu-
ra,vbi reperitur in ea aliqua falſitas.9.di.ſi ad ſacras.& C.de
tranſac.l.ſi ex falſis, vbi de hoc.& plenius per Inno. infra de
hære.c.fraternitatis.facit l.ſi vnus.C. de teſta.¶Tertiodeciò
10 no.†quòd conſpiratores admittũtur ad teſtimonium , cũ in-
quiritur ſuper ſtatu domus:de quo in glo.fi. ¶Opponitur.ap
paret ex prin.c.quod.i.& a.canonici regulares ꝓ parte alio-
rum canonicorum detulerunt abbati ſuper periurio, & ſimo
nia &c. Sed contra,quia religioſus pro alio non poteſt eſſe ꝓ
curator. 16. q. 1. qui vero, &c.monachi.de accu.c.penul.&
87.di.peruenit.Sunt enim mortui mundo. 12.q.1. non dica-
tis ibi,dicitur quod nec literas recipere debet monachus ſi-
ne licentia ſuperioris.nam ſi non poteſt recipere literas à pri
uatis amicabiliter ſibi miſſas , multominus procuratorias.
¶Solutio.hinc ſumpta occaſione Ioan. An. poſt Inno. plenè
11 duos paſſus conſequitur. primus eſt, †an monachus nomine
proprio poſſit eſſe in iudicio per ſeipſum , & in quibus caſi-
bus, & an in ipſis caſibus poſſit conſtituere procuratorẽ. ſe-
cundus eſt,an nomine alieno tanquam procurator poſſit in-
teruenire in iudicio,&c.¶Circa primum dicit ipſe.quòd re-
ligioſi in cauſis,quas habent , poſſunt intereſſe in iudicio , &
procuratorem conſtituere . vt ſi agant de electione ſua infra
c.ad probandum,& ſupra de reſcrip. cum dilecta. & de elec.
cum inter.Item ſi fiat inquiſitio contra eos , vel cum inquiſi-
tionẽ promouẽt contra prelatum,vt hic , & de accu.c.penul.
& generaliter vbi licet monacho agere,licet litteras impetra
re,& cauſas proſequi.ad hoc ſupra de excep. dilecti.Et opti-
mè traditur hæc regula in l.ſed ſi vnius.§.idem ait.ff.de iniu-
riis.ibi omnibus enim, qui ſuo nomine habent procuratorẽ,
12 dandi eſſe facultatem intelligi.¶†Circa ſecundum.an nomi
ne alterius poſſit eſſe in iudicio tanquam procurator : dic ꝙ
aut quæris vtrũ poſſit eſſe pro negotiis monaſterii, & poteſt
de licentia abbatis,vt in d.c.qui vere. & c.monachi. 16. q.1.
aut in negotiis alterius; & tunc aut ipſius abbatis puta inqui
ſitione,& electione ipſius , & aliis.& idem ſcilicet quod põt.
nam in hoc vertetur vtilitas monaſterii : vt bonus abbas ibi
præficiatur,& præfectus defendatur.ſecundum Inn.aut quæ
ris an poſſit eſſe pro alio , & tunc aut quæris an poſſit eſſe ꝓ
laico patrono , vel defenſore monaſterii,ſiue vtili amico : &
idem.ſ.ꝙ põt:nam prędictis perſonis poſſet eps, cui iſtud of
ficium procuratoris eſſet magis, quàm monacho prohiben-
dum:vt patet.5.q.3.quia epiſcopus.& ꝙ eps poſſit patet p c.
venerabilẽ.ĩ.q.filij ſint legi.aut quęris an poſſit eſſe ꝓ alio,q̃
pro prædictis perſonis.& tunc pro con canonicis ſuis,& mo-
nachis proſequentibus accuſationem,vel denunciationẽ con
tra abbatem:& põt vnus ex eis ſuo noĩe, & aliorũ eſſe in iudi
cio:vt in iſto c. aliter vero ſecus. ĩ. de accu. olim , & in dicta
Cle.religioſus.In hoc ergo officio procurationis monachus,
vel regularis ęquiparatur potius ſeruo,quàm filiofa. qui põt
in omnibus cauſis etiam ſine conſenſu patris procurator cõ
ſtitui.de procura.c. qui generaliter §.1.li.6. Et adde regulã,
ꝙ iura,quæ loquuntur de ſeruis, habent locum in monachis,
vt no.Bar.in l.penul.ff.de ſtip.ſeruo.facit ad prædicta , quod
dixi.ſ.de reſcrip.c.dilecta. ¶Secundò opponitur , dicitur in
fi.c.ꝙ conſpiratores admittuntur ad teſtimonium in cauſa in
quiſitionis.ſed contra de c.per tuas.ĩ.de ſimo.¶Sol. vt in gl.
fi.ſuper qua dicit Io.An.poſt Hoſti.ꝙ cum ſit inquiſitio gene
ralis,non eſt locus ſubtilitatibus iſtis : maximè quò ad illos,
qui debent agere pœnitentiam; quo caſu nec forſitan eſt lo-
cus illi formæ,quæ traditur de accu.qualiter.il.2. abbas tñ q
expreſsius erat ab adminiſtratione remouendus , poterat de
hoc conqueri:vt in tex.Gof.dicit ſpãle eſt,quod tales recipiũ
tur:quia quæ fiunt in ca.per alios ſciri non poſſunt.ſ. de teſt.
veniens.Sic quæ fiunt in domo per domeſticos ſciri oportet.
C.de repu.l.cõſenſu.vel ſecũdum Inn.ſpeciale eſt in cauſa in-
quiſitionis,vt recipiantur criminoſi.cum illa non fiat niſi cõ-
tra infamatos.de accu.qualiter il.2.Et no. quòd ſubdit Inno.
quod non ſolum inimici dicuntur , vt repellantur à teſtimo-
nio,qui odiunt in mente, etiam hi qui ſine mẽtis odio habẽt,
vel habere pręſumuntur cauſas inimicitiæ.3.q.5.c.2.& c.ſeq.
¶Tertiò opponitur in cauſa principali, abbas oppoſuit con
ſpirationem contra teſtes, & fuit repulſa exceptio : & tamen
in cauſa appellationis Papa mandat,ꝙ dictã exceptionẽ op-
poſitam probet.ſed cõtra de c.interpoſita.ĩ.de app. ¶Sol.vt
in glo.penul.ſuper qua dicit Ioã.An. ꝙ hic fuit appellatum à
ſententia , quę tractatur pp cauſam præcedentem conſpira-
tionis oppoſitam,& non probatam,quia iudex voluit:magis
enim grauatus fuit abbas circa illum articulum in ſñiæ prola
tione,quàm in teſtium receptione : & ſm̃ diſtinctionẽ hic po
ſitam retractatur ſñia Io.An.remittit ad c. vlti.de appel. lib.
6.& ad no.de excep.c.1.in gl.4.& de elec.cum nobis olim.in
glo.eſt ſciendum.ad finem.

ADDITIO.

a ¶Procuratores.Vide cap.cum dilectus. de conſue. & c. Imperatores.de iure calumnię.

SVMMAE.

1 *Actio iniuriarum competit ſi aliquis inferat iniuriam ſolis verbis.*
2 *Condemnatus actione iniuriarum efficitur infamis , etiam ſi ſit leuis iniuriæ.*
3 *Papa poteſt ſuper infamia diſpenſare ,etiam cum laico.*
4 *Reus infamatur à ſententia,cum agitur de crimine ciuiliter ad æſtimationem iniuriæ.*
5 *Reſtituere famæ qui poſſint.*
6 *Reges an poſſint reſtituere famæ .*
7 *Epiſcopi an poſſint reſtituere famæ .*
8 *Collegium Cardinalium an poſſit reſtituere famæ .*

CVm te ab. Condẽnatus actione iniu-
riarum eſt infamis : & per
Papam põt fama reſtitui.h.d. Et primò ponit cor
rectam petitionem.ſecunda ipſius exauditionem. ibi[nos au
1 tem.]¶Primò no. †quòd actio iniuriarum competit ſi aliqs
infert iniuriam ſolis verbis.verbis enim, & factis iniuria irro
gatur,vt l.item apud Labeonem.§.iniuriarũ.ff. de iniu. & C.
e.ti.l.ſi non conuicij.an autem teneatur actione iniuriarum il
le,qui obiicit verum crimen.dixi de ord.cog.cum dilectus.&
facit l.eum qui nocentem.ff.de iniu.vbi de hoc.¶Secũdò no.
2 †quòd condemnatus actione iniuriarum efficitur infamis,ẽt
ſi ſit leuis iniuria. ¶Tertiò no. quòd iſte ne eſſet infamis ha-
3 buit recurſum ad Papam. ex quo collige † quod Papa poteſt
ſuper infamia diſpenſare etiam cum laico : quod intellige, vt
in gl.1.& infra dicam Inferior autem, an poſſit poſt ſenten-
tiam diſpenſare, & reſtituere famam ; proſequitur hic plenè
nouellator,poſt Inn. ¶Quartò no.quòd ſi agitur de crimine
infamiam irrogante , ſi iudex pronunciat ſuper æſtimatione
iniurię,& nihil de infamia dicat,tamen remanet infamia illi,
qui condemnatur : quia infamia eſt ſequela ſententiæ licet à
iudice non exprimatur : imò non poteſt facere iudex quod
condemnatus furti non ſequatur infamiam , vt l.non poteſt
ff.de furtis.ratio colligitur ex l.1.ff.ad Turpil. ¶Quintò no.
4 †ꝙ cum agitur de crimine ciuiliter ad æſtimationem iniurię,
infamatur reus à ſñia:de quo gl dubitauit.ſ.de iudi.at ſi cle-
rici.nam de crimine agitur ciuiliter , & criminaliter : vt l.lex
Cornelia.l.prætor edixit.& eod.tit.l.iniuriarum æſtimatio.

¶Quæ-

¶ Quærit Io. An. post Inn. † q possunt restituere ī integrū fa-
5 me: dicit qđ Papa, vt hic. Itē Prīceps, & Senatus. C. de sen. pas. l. 1. & fi. 2. q. 3. §. vlt. ff. de postu. l. 1. §. de qua, &c. ¶ Secūdò q̄ro
6 † nunquid reges hoc possint, s. restituere famæ: quidā quod non, quia vnus inter laicos præest omnibus, scilicet Imperator. 7. q. 1. in apibus. & ff. ad l. rho. de Iac. l. deprecatio. quibus legibus, & oēs reges obedire debent. C. de legi. l. leges. & maximè, quia sunt ab ecclesia approbatè, nisi in his, quę essent contra ecclesiam. 10. dist. per totum. ȷ̄. de solu. c. fi. vbi de hoc nec aliqua. l. cauetur, qđ aliquis alius quàm Papa, vel Imperator possit restituere: imò oppositum, quia videtur iste de casibus reseruatis principi: vt in §. de qua. Alii dicunt. ꝙ oēs Reges in integrum restituunt, nec sunt Imperatori subditi, sed soli Papę. In dubiis tamen, & grauibus articulis tm̄. qđ dic, vt no. ȷ̄. qui filii sint le. c. per venerabilem, §. 1. & §. rationibus. de hoc articulo plenè per Old. consilio. 64. ¶ Tertiò quęro de epis, † an possint restituere famæ: vt sic illi quos restituūt
7 ad honores testimonium, & alios actus prohibitos infamibus admittantur. videtur quod sic, quia possunt dispensare in multis casibus no. s̄. de tēpo. or. c. dilectus. & de iudi. c. at si clerici. ipse dispensat cum filio sacerdotis. de filiis presby. c. 1. lib. 6. Inno. & Doc. videntur hic sentire, ꝙ post inflictam, seu irrogatam infamiā, non possunt epi remittere: vnde licet infames ipso iure, vel per sñiam cōdemnatos de crimine toleret eps, vel etiam cū eis dispenset. cū hoc sibi non liceat nihilominus ab accusatione, & testimonio repelluntur. 2. q. 1. prohibētur. de testi. c. testimoniū. nō ob. c. quæsitū. de tēpo. ord. quia non loquitur de condemnatis, & infamibus de iure: sed de occultis peccatoribus, & infamatis de facto, cum quibus episcopus post pœnitentiam, vel partem ipsius peractam dispensare pōt, vt ibi dicitur: vū si cum criminoso non infami dispenset, benè admittitur ad accusandū, & testificandū, non solùm in ciuili, sed ēt in criminali causa. Et promoueri poterit ad beneficia, & alios actus legitimos. nō obstat. c. testimoniū. quia intelligēdū est, qñ nō fuit dispensatū, vel qñ est condemnatus de crimine, ex cuius sñia non efficitur infamis. & idem Hosti. ¶ Et qui sint infames ipso iure, & qui per sñiam, dic vt l. 1. ff. de his qui no. infa. & 6. q. 1. infames, & per totum. Io. tñ. 2. q. 3. dicit, ꝙ epi in omni crimine, in quo possunt dispēsare, de quibus. s̄. de iudi. c. at si clerici. possunt infamiā tollere. Idē not. 6. q. 8. c. hi qui. ¶ Quartò quæritur † de Collegio
8 Cardinalis, an possit restituere famę. videtur ꝙ sic: quia æquiparatur senatui, & senatus pōt: vt in dicto. §. de qua, & hoc videtur hic tenere Inn. dicens, ꝙ Collegiū Card. habet auctoritatem senatorū. 96. di. c. Cōstantinus. Et de potestate Collegii Card. dic. vt in Cle. c. ne Romani. de elec. ¶ Vltimò quæritur, an Papa possit restituere famæ laicos. dicit ꝙ sic, si sint de sua tēporali iurisdictione. aliàs secus. & ita sentit glo. 1. hic vi si esset sibi necessarius ad clericatum, vt hic per eum.

SVMMAE.

1 *Moniales possunt contendere de aliquo minori officio, ad quod per electionem vocantur.*
2 *Causa si committatur pluribus, & vnus est penitus inhabilis, redditur sententia, & processus nullus.*
3 *Sententia iudicis publicè excommunicati, non valet.*
4 *Sñia quādo declaratur nulla, cognoscitur iterū de negocio principali.*

AD probandum. Reuocata sñia pp defectū iurisdictionis, vt qa vnus ex iudicibus publicè excōmunicatus erat, vel pp iuris ordinē non seruatū: iterum de principali quæritur, & de eodē facto loquitur. s̄. de rescrip. c. cū dilecta. sm̄ Io. h. d. nō diuiditur. ¶ Primò no. ꝙ cōfirmatio qñq; reuocatur in dubiū sit facta legitimè: necne vt sic confirmetur, vel infirmetur. & licet infirmari cōtingat, non pp hoc electio irritatur, vt ȷ̄. de elec. c. si confirmationē. li. 6. & ȷ̄. dicam. ¶ Secundò no. ꝙ hic cōtendebatur de electione custo-
1 dum. ex quo colligit Inn. † ꝙ licèt monialibus contendere de aliquo minori officio, ad quod per electionē vocantur. de sta
2 tu. mo. c. 2. ¶ Tertiò no. † ꝙ si pluribus causa committitur, & vnus est funditus inhabilis, quia excōmunicatus publicè ex hoc solùm redditur sententia, & processus nullus, & sic modicum fermenti totā massam inficit. ad hoc. s̄. de procur. c. fi. & est hoc verū, ēt si in rescripto est clausula, ꝙ si non oēs &c. nam licet sine inhabili alij potuissent procedere, tñ eorū mistura reddit processum nullū. s̄. de offi. dele. c. cū super. sm̄ In
3 no. & Hosti. ¶ † Quartò no. ꝙ non valet sñia iudicis publicè
a exercitati, a quæ aūt sint excōicationes prohibitæ, vel permisse collige per Io. An. in regula dolo. de reg. iuris. li. 6. qui etiā hic tangit, an excōicatus possit esse arbiter, & quid de exbannito remittit ad Spec. in ti. de arbit. §. differt. versi. item secundum eum. & ver. se. Et de arbitratore vide in dicta regula dolo. & per Bar. in l. ex facto §. si quis rogatus. ad Trebel. Et de materia plenè per Inno. s̄. de dolo & cōtu. in c. veritatis. ¶ Vl
4 timò no. † ꝙ qñ sñia declaratur nulla, iterū cognoscitur de negocio principali, vtrum aūt iterū debeat lis contestari, & probationes induci. dic vt no. in Spec. de sen. prola. §. iuxta propositionē. ver. si cā plenius per Bar. in l. cū quærebatur. ff. e. ti. vbi breuiter sic distinguit, qđ qñq; vitiū, siue nullitas respicit acta, & sententiam vniformiter, vt quia processum contra minorem indefensum, & tunc non debet iudicari ex eisdē actis. qñq; nullitas concernit sñiam tm̄: quia fortè lata in die feriato, & tūc valēt acta, & sola sñia infirmat̄, & ita loqtur iste tex. dū infirmata cōfirmatione mandat iterū cognosci de meritis electionis, quasi irritatio cōfirmationis nō inferat irritationē electionis. de quo est tex. in d. c. si confirmationē. de elec. li. 6.

ADDITIO.

a ¶ Excommunicati. Vide Bal. in l. 1. C. de iuris, & facti igno. glo. & Io. de Turre Crem. in c. in summa. 35. q. 9. Card. & Imo. hic Ioan. And. in c. pia. de excep. in 6.

SVMMAE.

1 *Permittenti, cui competit primo loco actio, vel defensio sequentem se agere, sententia contra eum lata sibi præiudicat.*
2 *Passus eum à quo causam habet experiri, præiudicat sibi.*
3 *Statutum dicens, ꝙ si filius fuerit condemnatus de maleficio, pater teneatur soluere condemnationem, debet intelligi si filius fuerit condemnatus præsens, & conuictus, secus si per contumaciam.*
4 *Absolutio adulteræ prodest adultero.*
5 *Sententia lata contra creditorem, an præiudicet debitori, siue agat creditor, siue defendat.*
6 *Sententia lata contra venditorem, aut mulierem, an præiudicet emptori, vel marito.*
7 *Aduocatus si fuit accusatus de præuaricatione, & fuerit probatum, & sententia lata contra eum, an sit necesse probari domino contra aduersarium in principali causa petendo absolutionem, vel condemnationem.*
8 *Absolutio aduocati, an prosit parti.*
9 *Egi contra capitulum petens præbendam, an noceat mihi si sciui aliū agentem prius ad eandem præbendam.*

QVamuis. Ponit regulam, & duos casus exceptos. Primus ibi [ei tamen.] Secundus ibi. [ac illi.] ¶ Primò no. regulam, de qua plenius C. res inter alios acta, per totum. Secundò not.
1 primam exceptionem, à regula, † quòd si ille, cui primo lo-
a co competit actio, a vel defensio permittit sequentem agere sententia contra eum lata sibi præiudicat. & intelligo quòd pręiudicat etiam quò ad executionem contra ipsum fiendā, si possidet. & hoc innuit istud c. quod est positum in hoc tit. & hoc tenet Barto. in l. sepè. ff. de re iudi. qui ad hoc allegat Inno. de cōcess. præben. c. proposuit. ex hac ergo prima exceptione collige regulam quā prædixi. Scda exceptio est in tex.

2 quæ etiã regulã subalternam constituit,† vt ille qui passus est cũ à quo cãm habuit experiri, præiudicet sibi.& has duas regulas subalternas subintelligo quando ille, cui scđo loco cõpetit actio, vel defensio, vel alij causam siue titulum præstitit, interest in indicio,& contra eum pronunciatur: tunc ei præiudicat habẽti cãm primo loco, secus si pronunciaretur contra talẽ tanq̃ cõtra absentẽ: qa tũc in casibus hic exceptis in tex. & in glo. sententia contra absentẽ lata non abesset alij etiam in istis casibus enumeratis. in tex.& in glo. vt l. preses. C. de pi
3 gno.& l. si ideo. C. de euic.& hoc no. ad quæstionem† si statutũ dicit, ꝙ si filius fuerit cõdẽnatus de maleficio, pater teneatur soluere condẽnationẽ, debet intelligi si filius fuerit cõdẽnatus pñsens,& cõuictus. secus si p cõtumaciã, de quo p Bart. in l. cũ filius. in prin. ff. de ver. ob. ¶ Opponit,& videt, ꝙ indistinctẽ sentẽtia inter alios lata, alijs p̃iudicet, vt l. si à te. §. fi. đ excep. rei iudi.& l. an eandẽ. primo rñso. eo. ti. Sol. hic loquit̃ quo ad alios prorsus extraneos. secus si succedũt iure singulari, vel vniuersali, vt in cõtrarijs. ¶ Scđo ad id opponit de c. cũ super. supra e. vbi sententia lata ꝓ epõ Ouetensi præiudicasset Ouetẽn. ecclesiæ nisi appellasset. So. verũ est, ꝙ nõ p̃iudicat quo ad actionẽ, vel exceptionẽ: sed benẽ p̃iudicet quo ad hoc, quod possessio, q̃ erat apud alios, trãsfert in victores, & fortẽ difficilius erit agere contra scđos, & contra primos. ¶ Tertiò opponit. tex. excipit duos casus, ĩ q̃bus sentẽtia inter alios lata alijs p̃iudicat: sed cõtra đ multis alijs iuribus, đ quibus in glo. solu. vera est oppo. l. qđ nõ solũ in casibus exceptis in tex. sed etiã in enumeratis in gl. fallit regula de qua in prin. ti.& de hoc etiã no. 1. q. 1. c. fert Host. remittit ad formã,& sub rubrica. de re iudi. §. quibus noceat. & alios casus etiã vltra gl. enumerat hic Io. An. sup glo. magna. dicit enim, ꝙ fallit in criminalibus, in quibus accusatus ab vno, nõ põt ab alio accusari: vt no. ĩ. de accu. c. de his. Itẽ in popularibus si actore bona fide agente absolutus sit reus. ff. de iureiur. l. eũ
4 qui. §. in popularibus.† Itẽ absolutio adulteræ prodest adultero. ff. de adul. l. denunciasse. Item fallit in singularibus successoribus. ff. de excep. rei iudi. l. si à te. Item si in casu decr. 1. de elec. li. 6. Itẽ in casu inquisitionis de collusi. c. fi.& de purga. c. ex tuarũ. ¶ Venio ad q̃nes,& quæro de exemplis istorũ casuum, qui exceptuant à regula. glo. ponit quædã exẽpla de iure ciuili sumpta ex tex. l. sæpẽ. ff. eo. ti. ¶ Primũ exẽplũ est, q̃n debitor passus est experiri creditorẽ de ꝓprietate pignoris, & succumbit, obstabit. n. sibi debitori sentẽtia cõtra creditorẽ lata. ¶ Scđm exẽplum est, cũ emptor patit̃ experiri venditorem de ꝓprietate rei sibi venditæ. ¶ Tertiũ cũ emphiteota patit̃ experiri dñm proprietatis. ¶ Quartũ cũ maritus patit̃ experiri vxorẽ, vel socerũ de re sibi data in dotẽ, quæ exempla ponuntur in d. l. sæpẽ. Et etiã aliud. s. cũ patronus patit̃ experiri libertũ: quæ exempla indigent declaratione maiori, q̃
8 tradit regulam generalem † ꝙ omnis interlocutoria de iure canonico põt mutari ex causa.adducit l.1. in fi. ff. de præto. stip.sine causa verò non possunt,maximè post decem dies sine voluntate partis, pro qua lata est. & sic intelligatur opin. contraria.adducit ĩ.eo.c.vlt.lib.6. Nam si iudex appellationis omnem interlocutoriã latam per iudicem à quo, & quæ concernit causam principalem potest reuocare,vt ibi, ita ẽt possit iudex ipse à quo.adducit etiam, quod no.Inno.in c.sacro. de sen.exc.vbi licèt super hoc titubet, tamen postea sic concludit.vel dic idem in alijs interlocutorijs, vt de expẽsis, & similibus,quod reuocari possint à proferente, etiam post quàm per lapsum 10.dierum transierint in rem iudicatã. & sic loquatur lex.quod iussit.nam sicut ex officio suo,siue solemnitate condemnat, ex quo partibus oritur ius, & actio. sic,& sinè magna solẽnitate reuocari possit.arg.4.q.5. c. quisquis.fatetur tamen Inno.ꝙ,si sine causa reuocet,poterit appellari.dominus Bart.in d.l.quod iussit, in prædicta quæstione aliter,quàm alia duo mẽbra distinguit. & sic ꝙ sunt quædam interlocutoriæ,per quarum prolationem iudex desinit esse iudex,& finitur officium suum, vt si pronuntiet non esse procedendum.vel se non esse iudicem competentem.& istas non poterit reuocare:quia habent vim diffinitiuæ quo ad illam causam.pro hoc benè facit c.significantibus.s̃. de offic. dele.Quædam est interlocutoria, qua lata iudicis officiũ nõ finitur,sed adhuc durat, & istam indistinctè poterit iudex reuocare.& ita intelligitur d.l.quod iussit.& istud.c.&c. ¶ Se-
9 cũdò quæritur.† in casibus, in quibus põt reuocare, an poterit omni tẽpore. plura enim sunt tempota in iudicijs, quò ad propositum nostrum:nam quoddam est tempus 10. dierum ad appellantem post grauamen illatum, quoddam est tempus post grauamen illatum vsque ad sententiam, quoddam est post sententiam diffinitiuam,quoddã post executionem ipsius interlocutoriæ. vsque ergo ad quod tẽp us datur hæc potestas iudici reuocandi,dic breuiter,vt s̃. dixi, ꝙ põt vsque quo functus fuerit officio suo super illa causa, hoc est vsque ad sententiam diffinitiuã, vel vsque quò detulerit, vel inhibitum sibi fuerit per iudicẽ ad quẽ,vt dixi supra in quarta oppositione:postquàm verò interlocutoria fuit executioni mandata reuocare nõ potest,nisi causa cognita,vel de partium voluntate.vt probatur in l. 1. in fi.ff. de præto.stipu.Et hac rõne reuocat primum decretum,& tenutã.s.causa cognita,vt in Aut.ei qui.C.de bo.autho.iudi.pos.Item prætor mãdat nuntiari nouũ opus, & nuntiationẽ reuocat. vt l. si opus. ff.de oper.no.nun.& hoc not. Bart.in d.l.quod iussit.vbi etiã
10 quærit † an iudex possit cogi, siue compelli suam interlocutoriam reuocare,& dicit quod non de iure canonico. quia talis reuocatio grauaminis petitur coram iudice appellatio-
11 nis. ¶ † Quærit etiam,an inuitis partibus possit reuocari.&
12 dic,vt supra dixi.aut est mãdata executioni,vel non. ¶ † Itẽ quærit,an possit pluries eandem interlocutoriam reuocare. tenet, ꝙ bis tantum secundùm Dy. vt l.fideicommiss. §. si qs 10.ff.de leg.3.Item quærit,an possit reuocare partibus absentibus.Item quid iuris si super eodem apparent duæ sentẽtiæ interlocutorię contrariæ,nec apparet,ꝙ iudex tulerit secundam animo reuocandi primã.dicit ipse, ꝙ prima nõ videtur reuocata,quia secunda præsumitur lata per errorẽ: nã in iudice ordinario propter multitudinem factorum præsumitur iusta ignorantia. ad hoc benè facit c.cum olim. s̃. de re iudi.& c.auditis.s̃.de procura.per Inno.

ADDITIO.

a ¶ Reuocare.Non sufficit verbo reuocare nisi de facto reuocetur.adde Bal.in l.acceptam.1.opposi.C.de vsur.c.si iudice.de appel.lib.6.

SVMMAE.

1 *Iudex, qualiter procedat,cum recusatur vt suspectus, & qualiter cum grauat partem.*

Causa

2 *Causa suspitionis est proponenda coram iudice recusato, siue sit ordinarius, siuè delegatus. & nu. 8. & 9.*
3 *Suspitio iudicis debet esse iusta, & emissa ex causa probabili.*
4 *Electio arbitrorum ad quem spectet.*
5 *Iudex, contra quem suspitio est probata, debet committere causam personæ non suspectæ de recusatoris assensu, vel transmittere ad superiorem.*
6 *Delictum, quando est manifestum per confessionem rei euidentis, vel alio modo, non admittitur appellatio.*
7 *Generalis constitutio non derogat specialibus obseruationibus regularium contra regularem constitutionem disponentibus.*
10 *Processus iudicis recusati post eius recusationem factus an valeat.*
11 *Recusauit aliquis iudicem ex causa legitima, & in iure expressa, iudex pronunciat ipsam non legitimam, vel contra illegitimam, pronunciauit legitimam, an valeat. Et an poterit appellari. nu. 13.*
12 *Iudex an possit recusari ex causis non expressis in iure.*
14 *Iudex an sit semper citandus ad defendendum sententiam, & processum suum.*

CVm speciale sit Prouidet concilium contra frustratorias recusationes, & appellationes subditorum, quas à prælatis moniti interponunt, vt correctione eludant. h. d. & primò expedit tractatũ friuolæ excusationis. secunda ibi [porrò:] prosequitur tractatum friuolæ appella
1 tionis. ¶ Primò no. † ꝙ alio modo proceditur, cum iudex recusatur vt suspectus. alio modo cum grauat partem. quia in primo recusationis, secũdo appellationis remedio opus est. & ex hac diuersitate, vt puto, dicit Inno. ꝙ à iudice, quem suspectum habeo, non possum recedere appellando, sed appellationem forma hic tradita proponendo. non enim sequitur, est suspectus, ergo me grauat, & iusto grauamine appellatur. vt s. c. vt debitus. Nec obstat, quod hic dicitur, ꝙ monitus habet vtrunque remedium. quia intelligitur ex diuersis causis non ex eadem, scilicet vt recuset propter suspitionem, & appellet pp grauamen, & per eundẽ modum respondetur ad c.
2 quoties il 1. 2. q. 6. ¶ Secundò no. † ꝙ cã suspitionis est proponenda coram iudice recusato, & hoc siuè sit ordinarius, siue delegatus. de subdelegato autem j. dicam post Io. An. Et qd iuris, si vnus ex pluribus recusatur, an coram omnibus alijs, vel coram illo tm̃ erit recusatio ꝓponenda. dic vt in c. si con-
3 tra vnum. de offi. delega. li. 6. ¶ Tertiò nor. † ꝙ suspitio debet esse iusta, & emissa ex causa probabili. de quo multa exẽpla vide p Host. in summa. eo. ti. sub rubrica de recusation. §. ex quibus causis. & in Spec. eo. ti. 1. §. superest videre. ¶ Quartò
4 not. † ꝙ ad partes spectat electio arbitrorum. & si iudex locũ partis obtinet, ꝑtinet electio ad ipsum iudicẽ. Ex quo colligit Inno. quòd iudex, à quo appellatur, citari debet ad defendendam sententiam, & processum suum, de quo in gl. sed qualiter. quę tenet, ꝙ si actor, & reus appellationẽ ꝓsequuntur, non est necesse citare iudicem. quod verum est, nisi læderetur ius suum. puta quia dicitur fecisse litem suam, vel inciderit in constitutionem cũ æterni. de re iudi. lib. 6. & probatur hoc. j. de sen. ex c. venerabilibus. §. actum. il 1. Et circa istos arbitros eligẽdos vide quod no. in l. cum spetialis. C. de iudi. vbi dicit textus, ꝙ à sententia talium arbitrorũ põt appellari. quia non sunt arbitri voluntarij, sed necessarij, quos partes cogũtur eligere. ad idem j. de offi. deleg. c. de arbitris.
5 lib. 6. ¶ Quintò no. † ꝙ probata causa suspitionis iudex, contra quem suspitio est probata, committit causam personę nõ suspectæ de recusatoris assensu, vel ad superiorẽ transmittit. cuius autem sit electio an remittere, vel committere non suspecto. quidam intelligunt hunc tex. quòd ordinarius recusatus delegat de recusatoris assensu. sed delegatus recusatus remittit ad delegantem. & secundum hoc, quod sequitur ad superiorem: expone scilicet ad delegantem. Sed alij intelligunt, ꝙ etiam ordinarius recusatus remittit ad superiorem. qđ Host. dicit, se nunq̃ vidisse obseruari, vel audiuisse. & illud quod hic dicitur, quòd recusatione probata recusatus committit causam de recusatoris assensu, intellige in ordinario recusato. delegatus autem recusatus, vel recusandus an possit causam subdelegare, dic vt in c. iudex. de offi. dele. lib. 6. vtrum etiam recusatione probata coram arbitris ipsis arbitri cognoscent de causa principali. Ex isto c. & ex his videtur, quòd non. quia causa suspitionis probata, debet recusatus delegare causam, vel remittere. & per hunc textum videtur corrigi d. l. cũ specialis. C. de iudi. quæ dicit, ꝙ ipsi arbitri de causa principali cognoscent. Sed ibi loquitur in delegato recusato, non in ordinario. quod dic, vt dixi s. eo. c. secundo
6 requiris. per Ioan. post Hostiẽ. ¶ Sexto no. † ꝙ vbi offensum, vel delictum est manifestum per confessionem rei euidentis, vel alio modo, non admittitur appellatio. & sic confessus nõ appellat. quod dic vt in gl. ¶ Septimo nota, quòd appellatio emissa ex causa probabili semper est per iudicem admittenda, qua non probata debet appellans remitti ad iudicem à quo. idem per omnia habetur. s. eod. c. vt debitus. ¶ Vltimo
7 no. † ꝙ generalis constitutio non derogat specialibus obseruationibus regularium supra regularem constitutionem disponentibus. facit ca. 1. j. de consti. li. 6. ¶ Venio ad quæstiones: & primo quæro. dicitur hic, quòd qui dicit iudicem suspectum, debet legitimam suspitionis causam allegare corã
8 eo. † Quæro ergo de quo iudice loquatur, an de ordinario, an de delegato. Solutio vt in glo. quæ incipit. nota ergo. quæ etiam subdit, quòd non solum recusatoris, sed etiam alterius
9 partis requiratur assensus. ¶ Secundò quæro † an ista constitutio locum habeat cum recusatur subdelegatus, vt corã eo sit proponenda causa suspitionis. no. Ioan. And. super verbo, iudicem. & dicit quòd non, si delegatus subdelegans est præsens. quia tunc coram eo est proponenda. vt no. s. de offi. delega. super quæstionum. § fi. Si autem delegatus est absens, tunc dicunt quidam, ꝙ eo absente debet fieri protestatio coram ordinarijs, de quibus in d. l. cum specialis. cui standum est, postq̃ non inuenitur per canones reprobata. Alij dicunt quòd delegato absente debet recusans venire coram subdelegato, & ipsum recusare simpliciter proposita causa legitima corã, & significare ꝙ vult ire, vel mittere ad delegatum à quo ꝓbata causa recusationis vult obtinere causam alij committi. & extunc subdelegatus procedere nõ debet. & si ꝓcesserit, vel cãm nõ admiserit, appellari debet ab eo. & hoc ipso iudicabitur eius appellatio legitima, ꝙ casus rationabiles recusationis non admisit etiam si non probauerit suspitionem allegatam. vt infra eodem c. interposita. ¶ Sed hic incidenter
10 quæritur. † pone quòd proposuit quis causam recusationis, quam iudex non admisit, vel de ipsa mentione non facta ad
a vlteriora processit: an valeat processus. a dicit Inn. quòd nõ meminit se legisse quando processus subdelegati, delegati, & ordinarij teneat etiam post recusationem habitus, nisi ab eo appelletur, vel alio modo legitimo causa eximatur à sua iurisdictione. inducitur pro, & contra l. non distinguemus. § cũ quid. ff. de arbi. Sed Hostien. dicit qũque ab ipso Inno. audiuisse contrarium, & remittit ad summam de offi. delega. sub. § sed nec illud. versi. quid sit effectus à principio vsq; ad ver. sed qd si subdelegatus. do. Io. de Lig. allegat pro Hosti. c. legitima. j. eo. lib. 6. & dicit, ꝙ hoc tenet Archi. & Io. Mo. de offi. deleg. c. iudex. § post. li. 6. Idem tenet Bar. s. de offic. deleg. c. suspectionis. in vltima glo. Bar. idem consuluit. scilicet quod processus non valeat per l. 1. C. si. quacunque prædi. po. vbi allegans suspitionẽ hoc ipso eximitur à iurisdictione iudicis, & per consequens non valet, quod agit. de hoc in Spec. de recusa. §. qualiter. versic. sed quis cognoscet. Tertio quæritur. po-
11 ne † quod recusauit quis iudicem ex causa legitima, & in iure expressa iudex pronunciauit ipsam non legitimã, vel econtra illegitimã pronũciauit legitimã, an valeat. Io. An. sup verbo recusationis post Inn. dicit, ꝙ consideranda est forma in-

terlocutionis iudicis.aut enim pronunciauit super causa,quia legitimam pronunciat non legitimam,vel econtra,& est nulla ipso iure.quia contra ius scriptum.2.q.6.diffinitiua quarũ nõ pronunciat super iuribus causæ intentatæ. sed contra ipsum litigatorẽ proponentẽ legitimam causam,quam iudex pronunciat non admittendã. & tunc valet talis sñia, nisi appelletur, cum sit lata contra ius litigatoris, vt s̃.titu. 1. cum inter.facit
2 qđ no.in l.2.C.quando prouo.non est necesse.¶† Quid de dubijs causis,hoc est in iure non expressis.an possit iudex à talibus causis recusari ita quod iudex teneatur admittere. glo. 4. sentit,ꝙ sic.Idem Inn.& Ioan.And.nam multæ causæ possent obuenire,quæ essent iustiores, quàm expressæ in iure. & hoc relinquendũ est arbitrio iudicis.pone enim quod est compater,vel patruus,vel affinis coniugis,non.n. istæ causæ sunt expresse in iure,vt si recusari quis possit ex aliqua ipsarũ. & tamen ad istas personas habetur magna affectio. & ideo super hac glo.4.subdit Io. An. notabile verbũ. ꝙ in causis suspitionis non expressis in iure habeatur consideratio ad mores regionis. Nam in certis regionibus plus se diligunt consanguinei quantuncunq; remoti,quàm in certis alijs.vt dixi s̃.eod.c.
3 postremo.¶ † Hic etiam incidenter quæritur.si iudex cãm allegatam pronunciat non legitimam,an poterit appellari. videtur,ꝙ non,cum hoc suo arbitrio relinquatur. tenet Inn.ꝙ appellari poterit:quod verbum nõ. vt scilicet in his, quæ arbitrio iudicis sunt cõmissa,possit appellari.concor. qđ no. Inn. in c.vltimo,s̃.de ferijs. & ĩ.de accus.c. super his. super verbo arbitrium. Conclude ergo,quòd inter ius scriptum, & æquitatem permissum est iudici in causis arbitrari, & remittit supra de postula.c.1.versi.nec valet.& ibi per Io.An.super verbo nõ.Talis tamẽ interpretatio non facit ius nisi inter partes. nam gñalis interpretatio, quæ ius constituat inter oẽs, nõ fit ab alio,quàm à principe,vt C. de legi.l.fi.& ĩ.qui fi. sint legi. c.per venerabilẽ.§.rationibus.secundũ Io.An.Ego dico,qđ si lex,vel canon sit certo modo per iudicẽ interpretata,talis interpretatio in causis similibus est sequenda per eosdem iudices,& successores,vt l.minimè.ff.de legi.& l. si de interpreta-
4 tione.eod.tit.¶† Quarto quæritur,an iudex sit semper citandus ad defendendũ sententiã,& processum suum.glo.quæ incipit,sed qualiter, dicit qđ sic,si iudex interuenerit in iudicio tãquàm pars.puta quia ꝓcedit ex officio: aliàs secus. de hoc no.Inn.s̃.de procur.in nostra.vt dixi s̃. in notabilibus. & hic plenius in nouella super verbo,cum iudice.vbi subdit si delictum sit notorium,an sit loco recusationis iudicis,videtur qđ non:quia tunc non est locus appellationi,vt in §. porrò. dicit notabiliter Io.An.ꝙ quandoq; pena delicti notorij est certa, & limitata à iure,quod qñ iudex vult imponere: non poterit recusari, sicut neque posset merus executor.vt s̃.ca.proposuit.aut vult infligere arbitrariam, & à iure non statutam, & tunc poterit appellari,quia posset iniquè arbitrari.cum.n.arbitrium habeat annexam causæ cognitionẽ, dictat ratio naturalis,ꝙ persona suspecta nõ arbitretur æquè, & si dicatur certè poterit appellari,& si iniquè arbitrabitur.dic quod ista nõ est iusta allegatio, quia secundũ hoc nunquàm posset aliquis recusari,& melius est ante tempus,&c.vt l.fi.C. in quibus causis in integ.resti.non est necesse.

ADDITIO.

a ¶ Valet processus. Inno.in c.cum super.de offic.dele.& hic.& do. Ant.& Card.Alex.consi.182.vol.2.& consi.86.1.volu.tenet quod valet:nisi appelletur.Bar.& Ag.contra in l.1.quia poterat ff. ad Treb.per l.1.C. si quacunq; prædi.po.vbi Bal.tenet cum Inno.vide Pau.de Ca consi.22. qui refert opi.& sequitur Bar.& Arch.in c.cum plures,de offi.dele.in 6.Alex.in d.l quia poterat.

SVMMAE.

1 *Ecclesia vna potest vendicari à tertio, qui ipsam possidet iure proprietatis.*
2 *Factũ procuratoris si contradicat ei, quod dominus fecit prius indirectè,ꝓualet factũ domini, si eadẽ die reuocat factũ procuratoris.*
3 *Obiectus præscriptionis habet vim litis contestationis.*
4 *Exceptiones dilatoriæ sunt proponendæ ante litis contestationem, & an inter ipsas sit ordo.*
5 *Delegatus ab alio, quàm à principe, non subdelegat.*
6 *Appellans debet probare veritatem causæ in appellatione deductæ.*
7 *Iudex licet non grauet ex animo, si tamen grauat, appellari potest.*
8 *Delegatus an possit subdelegare post litem contestatam.*

CVm causam. Si iudex confessionẽ aduocati eadem die reuocatam pro litis contestatione velit habere,vel processum à subdelegato factũ ratificet, ab ea lite appellatur.h.d.Et in prima narratio appellantis.In secunda iudi
1 cum datio ibi: mandamus. ¶ † Primò not.ꝙ vna ecclesia potest à tertio,qui ipsam possidet, vendicari, & debet intelligi iste textus,cũ dicta ecclesia vẽdicat iure proprietatis,nõ tanquàm in titulũ, quia tunc non fuisset litis contest. necessaria. vt in cle.dispendiosam. de iudi. altero.n. ex prædictis modis vẽdicatur ecclesia,vt in c.1.& 2.ĩ.de eo qui mit.in pos. lib.6.
2 ¶ † Secundò no.quòd cum factum procuratoris contradicit ei, ꝙ prius fecit dominus indirectè,prævalet factum domini, si eadem die reuocet factum procuratoris. facit ad not. c. si duo.de procurato.lib.6. In extraiudicialibus vero (vtputa in contractibus)an valeat factum domini, vel procuratoris fa-
3 cientis contrariũ.dic vt l.si hominem.ff. man. ¶ † Tertiò hic colligitur, ꝙ obiectus præscriptionis habet vim litis contest.
4 de quo in glo.& ĩ.de litis contest.c. 2.lib.6. ¶† Quartò nõ.ꝙ ante litem contest.sunt exceptiones dilatoriæ proponẽdæ, inter quas an sit ordo, dic,vt s̃.tit.1.c.inter monasterium. facit quod no.in l. si quæramus.ff.de testa.per Bar. & Bal. vbi not.
5 quid iuris,si ordo seruandus in ipsis peruertitur,&c.¶† Quintò nõ.quòd delegatus ab alio,quàm à principe,non subdelegat.de quo in glo.& l.à iudice.C.de iudi. per docto. ¶ Sextò colligitur.ꝙ termino dato dilatorijs proponendis videtur renunciari per actum,qui sapiat litis contest.vt per responsionẽ indirectam.facit l.ad solutionem.C.de re iudi.& s̃.tit.1.quod
6 ad consultationem. ¶† Septimò no. ꝙ appellans debet probare veritatem causæ in appellatione deductæ. de quo infra dicam.¶ Vltimò nõ.in versi.iudices. isti ducti errore repulerunt istam reuocationem confessionis,ex quo no.Ioan.And.
7 † ꝙ licet iudex non grauet ex animo,si tamen grauat, appellari potest.de quo remittit ad not.per eum s̃. eo. c. ex parte. ¶ Venio ad oppositiones: dicitur hic, ꝙ iste prior reuocauit confessionem aduocati allegantis præscriptionem,quia erat contraria suæ petitioni. Sed contra. quia prior iste nitebatur ex præscriptione:ergò confessio aduocati non erat contraria suæ intentioni.Item hic prior non agebat, sed cõueniebatur: ergo malè dicit tex.quòd erat contraria petitioni suæ. Solutio,dic ꝙ factum aduocati erat contrarium facto domini in modo,scilicet anticipando tempus debitum in proponendo exceptionem peremptoriã: vtilius est enim reo iudicium excludere per obiectum dilatoriẽ,quàm ea omissa iudicium ingredi,cuius dubius est euentus:vt l.eo tempore.ff.de pecul.& dominus petebat hic in iudicio non procedi. In istis ergo factum aduocati contrariatur facto domini tendentis ad exclusionem iudicij,aduocati aũt ad ipsius ingressum &c.¶ Secundò opponitur:dicitur hic, ꝙ si dñs confessionem aduocati reuocauit eodẽ die,appellatio ab eo interposita fuit iusta: quasi innuat secus esse, si eodẽ die non reuocasset. Sed contra. C.de erro.aduo.l.3.vbi infra triduum reuocari potest. Sol. vt in gl. quæ incipit,sed nunquid.super qua dicit Io. And. ꝙ aut quæritur de effectu confessionis,quo ad iudicium negotij principalis.& habent locũ iura obligata in gl. aut quo ad litis ordinationẽ per cõtestationẽ,& habet locum istud c. de materia. dic vt in c.olim.ĩ.de censi.¶ Tertiò opponitur.dr̃ hic, ꝙ delegatus ab alio,quàm à principe, nõ subdelegat. Sed contra de c.cum Bertoldus.s̃.tit.1.Solu. aut vult quis delegare articulũ, qui

qui requirit causæ cognitionē, puta receptionē testium super articulo per iudicem nō examinato, & non pōt, vt hic: aut articulus ille non exigit examinationem, puta, quia testes sunt cōprobati, & articuli examinati ita qđ non restat nisi examinatio facti tm̄, & pōt fieri, d.c. cum Bertoldus. & ibi per Ioan.
8 And. super gl. sed qualiter. † Aduerte tamen ad dubiū, quod hic mouet glo. an post litem contest. possit delegatus subdelegare. arguit, qđ sic ad similitudinē procuratoris, qui pōt aliū substituere post litē contestatā. vt l. neque. C. de procura. & j. de procur. c. 1. lib. 6. Io. An. super dicta gl. tenet contrarium. & aliud in ꝓcuratore, qui per litis cōtest. effectus est dn̄s instantiæ, & ideo reuocari non pōt, vt ibi: & aliud in iudice delegato, qui semper reuocari pōt: vt l. iudicium soluitur, ff. de iudi. Item in contestatione procurator est, vt agens, iudex, vt patiens. fortius ergo operetur contestatio in agente, q̄ in patiente. facit s̄. quod metus causa, c. sacris. ¶ Quarto opp. iste tex. in fi. exigit, ꝙ appellatio debet iustificari ex causis deductis in appellatione. Sed contra. de l. scio. ff. eo. & de iuribus allegatis in vltima gl. So. hic loquitur, cū est appellatum ab interlocutoria, quæ debet iustificari ex causis allegatis. vt in cle. appellanti. j. eo. contraria loquuntur, cum appellatur à diffinitiua. facit qđ no. 80. dist. c. 1. & 2. q. 6. non ita. vbi de hoc. Et aduerte, quia si plures causæ grauaminis exprimūtur in appellatione ab interlocutoria, curia nō exprimit nisi vnam, & eligit ex deductis. caueāt ergo sibi appellantes, ne falsam causam exprimant, vel quā ꝓbare non possunt. ad qđ reprimendū ęqua vr̄ dicta consuetudo, siuè causæ se compatiantur adinuicem, siuè nō. de quo in Spe. eo. ti. §. de off. in prin. penul. col. Et prędicta, quæ hic dicuntur de causis exprimēdis in appellatione vel non: habent locū in appellationibus emissis in iudicio. de emissis vero extra iudicium, & in causis electionū, dic vt in c. vt circa. de elec. lib. 6. & cle. constitutionē. eo. titu. in alijs vero causis extra iudiciū exprimēdis in appellatione, vel nō, dic vt s̄. eo. c. bonæ. & c. cū in cunctis. j. de his, quæ fi. à ma. par. ca.

SVMMAE.

1 *Executor gratiæ apostolicæ debet legitimas exceptiones admittere, aliàs licitè appellatur ab eo.*
2 *Sententia censuræ executoris gratiarum qualiter potest vitari.*
3 *Literæ si non faciunt mentionem de numero canonicorum, non valent.*
4 *Appellatio vt censeatur efficax, quæ requirantur.*
5 *Appellans si in causa appellationis vult prosequi nullitatem processus, vel sententiæ tantum, vel vult simul prosequi iniustitiam, & nullitatem, an possit, & nu. 12.*
7 *Libellus qualiter formetur in causa appellationis.*
8 *Appellans an possit agere de nullitate sententiæ coram iudice appellationis, quando appellatum est ab interlocutoria, et post appellationem fertur sententia diffinitiua, à qua non appellatur.*
9 *Appellans in iudicio siue extra iudicium ante sententiam, si iterum appellat post sententiam, an per appellationem posteriorem videatur renunciare priori, vel sententiam latam ratificare.*
10 *Iudex quis debeat adiri super nullitate an appellationis, an iudex, qui tulit ipsam sententiam.*
11 *Iudex aditus super nullitate sententiæ an poterit ipsam confirmare ex alia causa.*
12 *Iudex confirmauit sententiam, quæ erat nulla, à qua fuerat appellatum, an talis sententia valeat, & habeat robur.*
13 *Prosecutus vnam causam nullitatis si succumbat, an poterit postea aliam nullitatem prosequi. Et si condemnetur, an poterit dicere sententiam nullam.*

DIlecto filio. Non sufficit appellāti dicere, qđ legitimam exceptionem opposuit, & appellauit, nisi pp eā nō admissam doceat se appellasse. h. d. Et prima pars ponit factum coram auditore narratum. secunda committit causam. & præmittit quare ibi: qm̄ igitur. ¶ Primo no. quod iste presbyter litigabat cū capitulo, & capitulum se opponebat contra eum dicens, ꝙ eū recipere nō debebat, & quid si duo pariter concurrant. dic vt in c. mandatū. s̄. de rescrip. per Io. An. post In-
1 noc. ¶ † Secundo no. ꝙ executor gratiæ apostolicæ debet legitimas exceptiones admittere, aliàs licitè appellatur ab eo. de quo dic, vt s̄. de re iud. c. de cetera. & in c. pastoralis. de offi. dele. in gl. magna. aduerte tñ, ꝙ super beneficijs conceduntur literæ dupliciter, vel executorię, vel monitorię. de quibus in c.
2 ex insinuatione s̄. de rescrip. ¶ Tertio no. in ver. ne aliter. † ꝙ ad euitandū sententias censuræ, quas sępè fulminant isti executores gratiarū, requiritur appellatio, nec sufficit exceptionum propositio. ad qđ vide no. in Spe. in tit. de except. §. viso. ver. qđ aūt nouitij. & se. & de app. l. qualiter. ver. itē qđ faciat.
3 ¶ † Quarto no. ꝙ non valent literæ, si nō faciunt mentionem de numero canonicorum. de quo s̄. de rescrip. c. constitutus. facit eo. tit. c. si proponētē. vbi alij casus, in quibus literæ sunt
4 nullæ. ¶ † Quinto no. in ver. qm̄ igitur, qđ plura debent concurrere, vt appellatio censeatur efficax. & enumerat hic Hosti. 13. quæ requiruntur ad validandam appellationem, quorum aliqua colligit hic ex tex. & remittit ad c. 2. j. eo. lib. 6. & sunt ista causæ legitimæ expressio iudicis, à quo aditio ipsius causæ prosecutio, ipsius repulsio, propter ipsius repulsionem appellatio. Item quòd à præsenti grauamine, non à futuro. Itē ꝙ in scriptis petantur apostoli. Item ꝙ infra 10. dies, & alia, de quibus hic in nouella. ¶ Venio ad oppositiones. dicitur hic, ꝙ capitulum oppositis exceptionibus, & subiūcto, quòd, ne isti executores aliter facerēt, appellauit: & infra Papa mandat, quod debeat inquiri, an fuit propter dictam causam appellatum. Sed contra. videtur enim, quòd dicta appellatio fuit inepta, quia à futuro grauamine, & qa non expectato responso iudicis appellauit: & ideo appellatio videtur nulla: cuius cōtrarium sentit tex. si probarentur, quę dicuntur in eo. Sol. Io. An. fatetur, quòd capitulum ineptè appellauit, quia debuit responsum iudicis expectare, an admitteret, vel reijceret exceptionem prædictam. admittendo enim habebat obtentum, & repellendo poterat appellare. secūdum Inn. facit quod not. Ioan. An. post ipsum s̄. de test. c. significauerunt. in glo. no. Si autem iudex non admittit, nec reijcit, sed tacet, vel ad vlteriora procedit, quid tunc iuris sit. no. hic Ioan. An. qui dicit, quod si procedit ad vlteriora exceptione non admissa, nec repudiata, poterit appellari. facit, qđ ipse not. j. eo. c. ex parte. Si autem non procedit, sed semper tacet, & semper est in deliberando, vt sic partem vexet laboribus, & expensis, tunc dicit Host. j. eo. c. interposita, primo responso, ꝙ si iudex tertio loco requisitus humiliter expectato tpe congruo non respondeat, poterit appellari, ar. in eo quod le. & no. de supplen. negli. præla. c. 1. & de electio. cum in veteri. facit quod no. Ioan. An. in cle. quis. eo. ti. in gl. etiam fi. in fi. ¶ Sed contra prædicta opponitur de communi practica: per quam statim non expectato aliquo responso appellat à processibus istorum executorū. Ego aūt dixi supra proximo contrario, quod nō tenet talis appellatio, quare male. So. dicit Io. An. ꝙ hæc Decre. nō contradicit cōi obseruantiæ. nam executores statim fulmināt sententias, nisi infra certos dies pareatur eisdem. Et ideo ne per lapsum dierum cōtingat talem ligari, licitè appellatur, vt s̄. eo. c. præterea. sed in ista Decre. non erat lata sententia per executores, quo casu debent prius exceptiones opponi contra præcepta executorū, q̄ ab eis appellari, & facit ad materiā quod no. Spe. in d. §. viso. ver. quid aūt nouitij. de excep. & de appel. §. qualiter. ver. Itē ꝙ facit, &c. ¶ Tertio opponitur: dr̄ hic, qđ Papæ constitit per cōfessionē partis, ꝙ erat in ecclesia certus numerus canonicorū iuramento firmatus: ex quo solo tantum euidenter apparet, qđ dictæ literæ erant nullæ, vt s̄. de rescrip. c. cōstitutus. ergo male Papa hic mādat de alio inquiri, & præcipue in causa beneficiali, in qua debet, & pōt supplere de facto. s̄. de elec. c. cū nobis olim. Sol. Host. fatetur cōtrariū, & dicit, qđ hic vacat ar. à contrario sensu. Io. An. dicit, ꝙ ex

ex quo capitulum volebat se iuuare remedio appellationis, necesse habuit iustificare appellationē. vnde quod potuit, noluit, &c. est simile, quod no. Io. An. s̄. e. c. in ecclesia. sup 1. glo. vel potest dici, ꝙ quādo appellat̄ ab interlocutoria, & nō probatur causa deducta in appellatione, non debet iudex appellationis ferre sententiā in causa principali, licet cōstet sibi de veritate dictæ causæ. secus si appellat̄ à diffinitiua. quia potest iustificari ex omnibus causis. vt l. scio. ff. eo. ti. ¶ Venio ad quęstiones. & quærit Inn. dicit hic in tex. quod fuit appellatū, po-
5 ne ergo† ꝙ in causa appellationis vult appellans ꝓsequi nullitatē ꝓcessus, vel sententiæ tantū, vel vult simul prosequi iniustitiā, & habet locū quæstio cū appellat̄ à diffinitiua. nā de interlocutoria certū est, quòd nō potest iustificari, nisi ex causis deductis in ea. vt in Cle. appellāti. j̄. de appel. dicit ergo Inno. ꝙ appellās à sentētia diffinitiua secundū quosdam potest prosequi omnem casum, per quem dicat̄ sentētia iniusta, sed neutro casu licet ꝓponere corā iudice appellationis, qđ sententia sit nulla rōne defectus iurisdictionis cōtestationis omissæ, vel alia, nā licet de nullitate possit pricipaliter agi iudicis officium implorādo, non tamen appellationem prosequēdo. & hoc est verū secundùm ipsos, cū appellatus non petit confirmationē sentētię. nam si peteret, posset appellans opponere de nullitate, & iniustitia qa. hoc casu censet̄ reus, & sic cōtrarijs exceptionibus vti pōt. de reg. iur. nullus pluribus. li. 6. alij dicūt, & fortè melius sm̄ Inn. ꝙ appellans à diffinitiua sententia potest etiā ꝓsequēdo appellationem dicere coram iudice appellationis non solùm iniustā, sed etiā nullam. quia licitum est ei quibuscunq; modis appellationem suam defendere: vt ff. eod. ti. l. scio. in fi. ad hoc optimè l. quædam mulier. ff. fa. ercis. & de iure Pal. vltio Hosti. dicit, ꝙ in curia quotidie ista opi. practicat̄, quia appellātes appellatiōe sua ꝓsequentes super nullitate, & iniustitia audiuntur. debet tamen libellus cautè formari, vt nō copulatiuè dicat appellās sniam nullā, & iniustā, quia esset sibi cōtrarius, & ideò repellēdus, vt s̄.
6 e. c. sollicitudinē. ¶† Debet ergo dicere, ꝙ snia ē nulla, & si re-
a periret̄ aliqua, dicat ipsā esse iniquā, & iniustā. sic em̄ libellus[a] formatus recipit̄, & admittit, vt patet in eo, qđ legi. & no. s̄. de rest. i int. c. cōstitutus. §. j. primo respōso. & j̄. de priu. c. cū o'i. §. tandē. & in Spe. de sent. ꝓla. §. iuxta ꝓpositionis seriē. ad fin. ver. sed nunqđ talis libellus. Istā etiam opi. tenet Bart. in l. si expressū ff. eo. tit. vbi vltra oēs latius, & subtilius se extēdit super dicta qōne. Ideò ibi vide per eū. & est æqua ista opi. causa dirimēdarū litiū breuius, & celerius: & vt circuitus euitet̄, & vt parcatur laboribus partiū, & expēsis. & vt magis innitamur veritati, quàm subtilitati. facit quod not. Spe. in dicto tit.
7 de sen. ꝓla. §. iusta. ad fi. ¶ Secūdò quæro, pone †ꝙ appellatum est ab interlocutoria: & post appellationē fertur sentētia diffinitiua à qua nō appellatur: nunquid appellans potest agere de nullitate sententię corā iudice appellationis. Inn. videtur tenere, quòd nō. Sed Host. dicit, ꝙ eius uerba non plenè capit, nam appellans ante sentētiā à grauamine potest petere, vt sentētia postea lata pronuncietur nulla, quia hoc est regulare, ꝙ quicquid fit post appellationē, pronuncietur irritū, & inane. ut patet. j̄. eo. c. in fi. c. & in c. ex pte. & c. significante. j̄. eo. c. ad fi. facit quod not. in c. licet. de sen. excō. lib. 6.
8 & in c. 1. de dolo, & contu. in Cle. vbi de hoc. ¶† Item tertiò quærit Inn. pone, quòd qs appellauit in iudicio ante sentētiā, siue extra iudicium, & iterū appellet post sentētiam, vtrū per appellationē posteriorem videatur renunciare priori, uel sententiam latā ratificare. arg. quòd sic. ff. rem ra. ha. l. 3. §. falsus. Inn. dicit cōtrarium, quia geminādo, vel duplicādo appellationes non videtur quis per secundā, vel tertiam primæ renūciare, vel factum iudicis à quo appellat approbare: imò potius impugnare, & ab eius iurisdictione se subtrahere. ar. 31. q. 6. c. Lotharius. & s̄. e. c. bonæ. & ibi de hoc dixi. facit, ꝙ no. in d. Cle. j. de dolo, & cōtu. ¶ Quartò queritur. dictum est supra, quòd nullitatem pōt appellans prosequi coram iudice
9 appellātis deducendo per modum, de quo s̄. dixi. Quæro † ergo an principaliter possit iudex appellationis adiri super nullitate, vel debeat iudex adiri, qui tulit ipsā sententiam. Inno. hic sentit, quòd nisi quis appellet coram iudice ordinario tātum, possit peti reuocatio sententiæ. Bart. in d. l. si expressū, ita distinguit, cum quæritur coram quo iudice debeat agi de nullitate, quando hoc petitur simpliciter, sic distingue: aut sētentia est lata de iudice delegato, & de nullitate cognoscit superior, & non ipse. not. in l. si vt proponis. C. qūo, & quando iudex. Aut est lata à iudice ordinario: & tunc aut est nulla ꝓpter iniquitatem, vel turpitudinē iudicis: & debet adiri superior vt l. absentem. C. de accu. aut est aliàs nulla: & tunc aut volo petere, vt iterum pronuncietur, & sic quæstio nullitatis veniat incidenter, & tunc idem iudex adiri debet, vt l. 4. C. de accu. & d. l. si expressum. ff. eo. ti. aut non peto, ꝙ iterum pronuncietur, sed simpliciter, ꝙ dicta sentētia decernat̄ nulla. & tunc super nullitate potest adiri primus iudex, & etiā supior, & ita loquitur l. absentem. & l. 2. §. j. ff. quæ sen. sine ap. resc. Et
10 ita dicit Bart. in d. l. si expressum. ¶† Quintò quæritur, pone ꝙ aditus est idē iudex, vel superior sup nullitate sniæ, an poterit ipsam cōfirmare ex alia causa. dicit ipse, ꝙ iudex nō solùm poterit ꝓnunciare super nullitate, sed etiā poterit sup cā principali sententiare. vt d. l. absentis. C. de accu. & d. l. 2. ff. q̄ sen. sine app. rescin. ex quibus legibus cōcludit, quod sicut cā appellationis deuoluit totam causam ad superiorem, vt possit sententia reformari etiā ex noua causa, ut l. fi. ff. quod cum eo, ita causa nullitatis deuoluit totam causam ad superiorē, vt possit ipsam similiter reformare. & hoc videtur sentire Inn.
11 in c. cum contingat. s̄. de offi. deleg. quod multum no. ¶† Sextò quæritur. pone quod fuit appellatum à sententia, quæ erat nulla, iudex tamen ipsam confirmauit. an valeat, & assumat robur. glos. videtur dicere, quòd non in d. l. si expressum. vbi Bart. ponit plures opi. & finaliter sic dicit, quòd quandoque prima sententia est ipso iure nulla expresso errore in sententia, & tunc iudex appellationis non potest illam confirmare: quia idem error esset in secunda sententia, qui in prima. casus est in l. 1. §. j. ff. quæ senten. sine appel. rescin. & ita loquitur glo. in d. l. si expressum. relata ad l. 1. Si verò sententia erit aliter nulla, tunc attenderetur ad formam pronunciationis. nam aut iudex dicit appellationem non tenere, vel malè appellatum esse, nec dicat benè iudicatum, seu iniustè iudicatū fuisse: tunc nullo modo prima sententia videtur confirmari. quia eius verba hoc non sonant: & uerba sententiæ debent strictè intelligi, prout iacent. ut l. 1. C. si plures una sent. Sed si diceretur in sentētia benè iudicatū, uel malè appellatū, tunc benè uideret̄ sentētiā cōfirmare. & sic debet intelligi glo. l. j.
12 C. quando prouo. nō est nec. ¶† Septimò quæritur, pone qđ aliquis appellauit deducendo nullitatem, & iniquitatē: modo appellatio est deserta per lapsum anni: an poterit appellans prosequi causam nullitatis, vel sicut est præclusa uia per lapsum anni ad querelandum de iniustitia, ita sit præclusa uia ad querelandū de nullitate, quæ fuit in appellatione deducta. pulchra est quæstio, quam dominus Bal. tangit in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pactis. & Bar. in d. l. si expressū. & nullitas posset principaliter intentari, licet sit deserta appellatio, vel super ea pronunciatum contra appellantem. vi-
13 detur casus notabilis in c. 1. de re iudi. in Cle. ¶† Octauò q̄ritur: pone quod unus prosecutus est unam causam nullitatis, & succumbit, vtrùm poterit postea nullitatem prosequi. Bart. causam nullitatis assimilat actioni reali. nam sicut non potest competere dominium ex diuersis causis concurrentibus eodem tempore, sed diuersis sic: ut l. 3. §. ex pluribus. ff. de acquir. posses. & l. & an eandem §. actiones. ff. de except. rei iudic. ita etiam dicamus in nullitate. ut plenius in d. l. si expressum. ad fin. ¶ Nonò quæritur an super causa nullitatis possit procedi lite non contest. sicut in causa appellationis. ut s̄. eo. c. per tuas. dic per Oldr. in 10. folio. in consiliis. ¶† De-

14 ¶†Decimò quæritur. vtrũ ſic ut cõdẽnatus poteſt dicere ſẽtentiam nullam principaliter agendo, ita actor petere poſſit principaliter agendo ſententiam confirmari. Bart. de hoc tangit in d.l.ſi expreſſum.in fin.dicam infra de confir. vti.vel inuti.& prædicta habent locum cum agitur de nullitate ſniæ. de nullitate aũt contractum, an, & qualiter poſsit agi, dic vt l.quæ ſub conditione.ff.de condi.inſti.

ADDITIO.

a ¶Libellus An libellus requiritur de neceſsitate in cã appellationis. Vide Bal in Auth.hodie.C.de iur.cal.gl.in c.2.e.ti.lib.6.Inn.in c.cum contin gat.de of. dele. Lãfr.in Cle.ſæpè.& Card.in Cle.1. 8.q.de cauſa poſ. & proprie.

SVMMAE.

1 *Monachus poteſt conſtitui procurator in cauſa monaſterij.*
2 *Comparens per procuratorem minus idoneum poteſt tanquam contumax condemnari.*
3 *Appellationem qui non proſequitur, condemnatur in expenſis tanquam contumax.*

NIcolao. Appellans qui terminum appellationi præfixit, ſi mittit procuratorem ſolum ad impetrandum aduerſario legitimè proſequenti condemnatur in expenſis. Et prima pars ponit auditoris dationem,& petitionẽ appellati. ſecunda dat
1 iudices.ibi [mãdamus.] ¶†Primo not. qđ monachus poteſt cõſtitui procurator in cauſa monaſterii. de quo hic per Gof. & s̃.c.cum I.& A.per Inn.& Io.An.in c.2.s̃.de poſtula. ¶Secundò no.quòd non ſufficit ap.ad Papam mittere procuratorem ad impetrandnm,& contradicendum.circa hoc vide,qđ
2 no.Spe.in ti.de procur.§.vt autẽ. ver.ſed pone ecc.¶†Tertiò no.quòd qui comparet per procuratorem minus idoneum, poteſt tanquam contumax condemnari in expenſis. Non.n. refert, an citatus non veniat, an minus ſufficienter veniat, vt s̃.de dolo, & contu.c.cum dilecti. & ff.quod cuiuſq; vni nomi.in l.1.in fi.& intelligitur minus idoneus procurator, ſi eſt conſtitutus ad certum articulum, vbi debuit conſtitui ſuper tota cauſa:vt hic. & ſupra de procu.c. conſtitutus. vbi etiam de hoc.Item etiam intellige minus idoneum, ſi non comparet inſtructus, vbi ſic debuit comparere: vt s̃. de procura.c. dilectus.vbi de hoc,&c.¶Quid autem ſi inſtructus miſit, ſed ille non comparuit, an dominus condemnabitur tãquam cõtumax.dicit Io.An.quòd imputatur ei,ſicut & tutoribus, qui mandãt aliis,ꝙ ipſi facere debebant.ff.manda.l.ſi procuratorem.§.ſi tutores.& vide in Spec.eo.ti.§.nunc breuiter.verſic. item quid ſi pars.Et ad prædicta vide,quod no.Bar.in l.2.§. defendi.ff.ex qui.cau.in poſ.ea.& quod plenè no. s̃.vt lite nõ
3 conte.c.1.¶†Quartò no. quòd ille qui appellationem nõ ꝓſequitur,condemnatur tanquam contumax in expen.licet ergo in ipſius contumacia potuiſſet procedi, non tamen iſta facultas procedendi releuat contumacem à cõdemnatione ex penſarum.vt in c.1.ſupra de dolo,& contu.& not.in c.1.s̃.de elec.lib.6.Et rationem huius dicti collige in c.ſæpè s̃.eodem. ¶Opponitur de c.interpoſita ĩ.eo. ſufficit mittere procuratorem ad impetrandum, & contradicẽdum. hic autem dicit, quòd non ſufficit,quare male.Sol.vt in glo.1.quæ dicit,quòd hic loquitur.cũ terminus eſt præfixus appellationi proſequẽdæ ab aduerſario,vel iudice,ſecus ſi nullus terminus eſt præfixus,vel appellationem altera pars non approbat, vt in cõtrario.de hoc tamen vide in Spe.de appel.§.qualiter.verſ.porrò.vbi dicit,quòd ſola termini præfixo non ſufficit ad defendendum cauſam ad curiam, niſi interueniat approbatio iudicis,vel partis appellatæ, quod eſt verũ ſaluis beneficialibus, de quibus in c.1.ĩ.eod. li. 6.¶Secundò opponitur.hic Papa mandat condemnari in expenſis non comparentem, & nihil dicit, quòd poſsit procedi contra eum tanquam contumacẽ in cauſa principali. quod non videtur benè dictum per c. ſæpè.s̃.eo.Sol.hic erat appellatum ſuper certo articulo, & ante ſnĩam,aliàs non ſolùm contumax eſſet cõdemnandus in expenſis,ſed etiam ad ſententiam procedendum. vt s̃.c. ꝑ tuas. & de hoc contrario dic, vt notatur ſupra de renuncia. c. veniens.in glo.ſed non videtur.

SVMMAE.

1 *Tutor, vel curator, an concipiant verba libelli in perſona ſua, an in perſona pupillorum, vel adultorum.*
2 *Obligationes contractæ per tutorem finita tutela, reſident penes illũ, cuius negocia geſta ſunt.*
3 *Cauſa meræ ciuilis, quæ inter laicos vertitur, ſi deuoluitur ad Papã, an poterit ipſam committere laico, vel ſimplici clerico.*
4 *Appellatio tertio facta, eſt nulla.*
5 *Appellatione deſerta poſſum petere declarationem ſuper deſertione.*

SVa nobis. Non licet in vna, eademq; cauſa tertio prouocare. cõcor. rubrica. C. ne licet in vna eademq; cauſa tertio prouo.Et tria facit.Primò ponit querelam appellantis. Secũdò ſententiam auditoris. ibi: [vbicunq;.] Tertiò inhibitionẽ factã iudicibus tertiæ appellationis.ibi[nos prædicto.]¶Primò no.ꝙ tutor agit nomine pupillorum,ſimiliter curator no
7 tenxerunt super verbo:nõ audiebant. dic ergo † ꝙ qñq; quęritur, an liceat implorare iudicis officium super innouatis à parte inclusis sub impetratione expresse:aut nõ super expresse inclusis,sed tacitè.primo casu aut sunt innouata ante citationem,aut post citationem, & ante litis conte. aut post litis contest.primo casu de innouatis ante citationem tunc quidã dicunt,quòd potest adiri etiam delegatus:non tamen ex officio,nisi dato libello,& alio iuris ordine seruato. Alij dicunt, & melius scđm Inn.ꝙ super talibus nõ põt iudex adiri ẽt cũ nouo libello,quia cũ cõpetãt speciales actiones ad ea, q̃ sunt innouata,non possunt dici venire in prima commissione.sed opus est noua interpositione.ar.ff.de iudi.nõ põt. & istud est verum:nisi talia innouata ante litem motam venirent ex priuilegio actionis.super quo impetratum est rescriptum, vt in actionibus bonæ fidei,& arbitrarijs.in quibus veniunt damna data,& fructus percepti ante litem cõtestatam, & postea quandocunque.Ista tñ non possunt peti per iudicis officium nisi post litem motam super principali,& necesse est peti ista expresè in libello.vt.s̃.de resti.spolia.c.grauis.Subdit Host. ꝙ innouata post citationem violenter per partes possunt reformari etiam per delegatũ sine libello,& cõtestatis, & quo ad hæc per solam citationẽ dicitur lis pendere. facit cle.2.j. vt lite penden.Non obstat,si dicatur,ꝙ talia,quæ post datam litterarum accidunt,non videntur delegato commissa, quia illud est verum de non tangentibus causam, & de his per q̃ iurisdictio non turbatur.alias nedum in parte, sed etiã cõtra tertios turbatores haberẽt delegatus iurisdictionem.vt s̃.de offi.dele.c.1.per Inno.facit quod no. Spec. in ti.de offi.iudi. §.de seruitu.ver.sed quæritur quando.¶Quartò opponitur. dicitur hic,quòd dilatione penden.non potest implorari iudicis officium,contra quia sequeretur absurdum si non posset.pone enim, quòd dilatione penden. actor expellit reum de possessione,vel aliam violentiã sibi infert. Iniquum enim esset si iudex non possit impendere suum officium propter pendentiam dilationis:& præsertim vbi mora esset periculosa.vt ff.de fer.l.1.§.fi.& l.2.& 3.& 11.q.1.c. quia res.So.Inn. hoc fatetur.s.quod si aliquid noui fiat pendẽ.termino, iudex potest impendere suum officium prohibendo,& reformando,vt d.c.quia res non obstat l.siue pars.C.de dila.quia intelligitur in processu principalis negocij, vel super antiquis iniurijs,super quibus est diffinitiua sententia expectanda, sed super nouis æquum est,quod possit procedere dilatione penden.per prædicta iura.Item intellige regulam,ꝙ procedi nõ potest,nisi dilationis causa sit finita ante terminum.quia tũc benè posset ꝓcedẽr.vt no.Bar.in l.à filia.§.alumna.ff.ad Trebel.Item intellige regulam, quòd non potest procedere super illo articulo super quo pendet dilatio,sed super alio diuerso, & separato benè potest procedere.vt videtur tex.in l.generaliter.§.nullo.C.de iureiuran.& ibi per Bar.Itẽ intellige dictã regulam,quando dilatio tenuit,secus si dilatio fuit nulla,puta quia secunda, vel tertia fuit concessa tamen causæ cognitione,& parte non citata contra l.de vnoquoq;.ff. de re iudi. coniuncta.l.penul. & vltima.ff. de fer. Et sic pridie consului. data enim fuit tertia dilatio parte non citata, & sine causæ cognitione,& tali dilatione penden.iudex tulit sententiã parte ad hoc citata,dicebatur nulla, quia lata dilatione penden. per l.siue pars,& per istud c. dixi, quòd ex eo quòd dilatio fuit nulla, non debuit impedire iudicem, quominus potuerit procedere ad vlteriora.per regulam non præstat impedimentum.de regulis iuris.lib.6.ad hoc facit quod not.s̃.de rescrip.ex tenore in fin. glossæ magnæ. vbi valet secundum rescriptum licèt de primo,quòd erat nullum,vel inefficax non fecerit mentionem.licet alias non valeret. vt in c. plerumq;. eodem titulo.Iura tamen possunt deduci pro,& contra quibus cauetur,quod non valet secunda electio non cassata prima inualida. quod dic, vt supra de electio. considerauimus. cum simi.Et vide quod not. Specu. in titulo de dilatio.§.nũc videamus.versi.sed pone ecce.& versicu.se.& versi.deliberatoriè,facit etiam quod no.in l.1.ff.de ferijs.vbi notat, quòd processus factus dilatione penden.est nullus ipso iure. quod limita,vt prædixi.¶Quintò opponitur:& videtur quod non debet habere annum secundum: sed potius regressum habere contra procuratorem, qui non fuit appellationis causam prosecutus.Sol.vt in glo.fi.& latius dic.s̃. vt lite non conte.c. 1.vbi plenè,quando dolus, vel negligentia procuratoris noceat domino.¶Sextò opponitur.dicitur hic, quòd impetrauit litteras iste procurator contra inhibitionẽ domini ad certos iudices.& sic innuitur,quod in potestate domini sit impetrare iudices quos velit. Sed contra.de l. obseruandum.ff.de iudi.Sol.si Papa proprio motu, & ex officio dedisset istos iudices præiudicasset episcopo lapsus anni.Sed iste procurator obtinuit,

obtinuit,quia nominauit,habet enim cõsuetudo curiæ quòd si quis impetrat iudices parte absente, dantur illi quos impetrans nominauit.Si aũt parte cõtradicente,dantur ex cõi consensu noiati per partes.Remittit Hosti.s̄.de offi.dele.c.super quæstionum.§.verum.& c.cum olim magister.e.ti. & de causa pos.c.cum olim.& de iudi.c.exhibita.

ADDITIO.

a ¶ In furno. Au liceat furnum iuxta parietem communem habere. vide in l.si seruus seruum §.si furnum.ff.ad l.Aqui.& in l quidã iberus. de ser ui.vrb.prædio Bart.cepo.in trac.de ser.vrb.præ.c.de furno.

SVMMAE.

1 *Causa,propter quam appellatur, debet esse non solum legitima, sed etiam vera.*

2 *Appellãs an debeat iudicis respõsũ expectare,admittat,vel reijciat.*

3 *Appellans potest appellationem prosequi, si iudex non recipit appellationem,vel pars non approbat.*

4 *Causa si non est alteri delegata,potest remitti de voluntate appellantis ad iudicem à quo.*

5 *Actor an cogatur litem prosequi coram iudice, quem adiuit post propositam actionem*

6 *Perplexitas in iudicijs est vitanda.*

7 *Oblatio offerentis se paratum probare in appellatione extraiudiciali, & cum in casibus à iure permissis appellatur in absentia iudicis, nihil valet.*

8 *Appellans quando obtulit se probaturum,& iudex à quo tulit diffinitiuam contra ipsum appellantem,an iudex ad quem recipiet probationes appellantis, vt cassetur quod factum est post appellationem.*

INterposita. Gregorianum est quattuor habens dicta satis in tex.summa

1 ta.¶Primò no.† ꝙ causa propter quam appellatur, debet esse non solum legitima,sed etiam vera.& sic per istud c. limitatur c.vt debitus.s̄.eo.nã quo hoc,vt appellationi sit deferendum,causa appellationis debet esse legitima,vt ibi. Sed quo ad iustificandam appellationem coram iudice ad quem, debet esse legitima,& vera,vt hic.¶Secundò no. quòd sufficit appell.probare ꝙ exceptionẽ legitimam se obtulit probaturum,& non fuit admissus.& hoc dicto,ꝙ non fuit admissus

2 &c.collige † ꝙ appellans debet respõsum iudicis expectare, reiiciat,vel admittat:ante enim appellare non posset.s̄.c.dilecto.super verbo appellatũ.¶Tertiò no.in ver. eidem quo-

3 que.† ꝙ si iudex non recipit appellationem, vel pars non approbat,potest appellans nihilominus appellationem prosequi.facit c.1.de app.in cle.Et ex hoc collige.quòd in hoc æquiparatur iudex,& appellatus:quia in potestate alterius est appel.approbare, vel nõ. vnde licet iudex appellationis ipsam non admittat,potest tñ appellatus ipsam ap̄pbare,& corã superiore ꝓsequi,ꝙ est verũ,nisi appellans re integra appellationi suæ renũtiet,vt statim dicã.¶Quartò no.ꝙ sufficit mittere procuratorẽ solũ ad impetrandũ,vbi non recipitur appellatio.Et ideo,qa appellatus cõparens corã superiore non põt appellãtis cõtumaciã accusare. nã cum ipsam nõ approbauerit,non potest ex ea niti,sicut nõ nititur quis ex positione aduersarij,quam negauit.vt no.Spec. in tit. de post.§.8.& dixi.s̄.de excep.cum vene.Et no.hic duos casus. nam quandoq; appellatio non admittitur,nec approbatur.& tunc sufficit mittere procuratorem ad impetrandũ,vt hic.secundus casus qñque admittitur,vel approbatur: & tũc dẽt procurator comparere instructus,vt.s̄.e.c.Nicolao &c. ¶ Quintò no.in

4 ver.ille denique.†de voluntate appellãtis potest causa remitti ad iudicẽ à quo,si non est alteri delegata.Idẽ ẽt scd̃m Hosti.si sit delegata alteri,nam & hoc casu possit appellãs petere talẽ remissionẽ corã iudice à quo.Sola ergo delegatio nõ impedit remissionem fiendam etiam inuito appellato, eidẽ

5 tamen restitutis expensis.vt in tex. †Et ex hoc collige,ꝙ licet post propositam actionẽ cogatur actor litẽ ꝓsequi corã iudice,quem adiuit,vt in Auth.qui semel.C.qũo, & qñ iudex.Illud est verũ de instãtia iudicis principalis causæ: secus de instan. iudicis appella.cui põt re integra renuntiare per reditũ ad priorem iudicem. facilior est ergo transitus de vna instã. ad aliam redeundo, q̃ de aliqua ad nullam &c. ¶Sextò not. in ver.sanè.ꝙ in causa appellationis proceditur lite non contest.qđ est verũ contra contumacẽ,vt dicit tex. An aũt expediat ipsum citare ad hoc,vt censeatur cõtumax: vel in nõ veniendo,dici possit contumax.hic no. super verbo contumaciter.¶Septimò not.cãm,siuè rõnẽ quare iudex appel. ꝓcedit in cã lite non conte. qa agit de iniquitate iudicis. qđ declara,

6 vt in gl.magna,quæ incipit ar.¶Vltimò no.†de perplexitate in iudiciis euitãda.& generaliter in qualibet dispositione. qđ dic,vt l.si Titius.ff.de verbo.obl.& l.si Titius.ff.de condi.inst. & s̄.de offi.dele. c.cum contingat. & 13.di.nemini. ¶Venio ad oppositiones.dicitur hic, quòd appellans debet probare veritatem causæ,propter quam appellauit. Sed contra eo ipso,quod iudex appellationem legitimam non admittit, videtur grauare: sicut si excipiẽs obtulisset se probaturum, & maximè quia proponẽs exceptionẽ videtur tacitè se astringere ad probãdum.vt l.in exceptione.ff.de proba.Iste autem tex, facit differẽtiam inter proponere simpliciter, & proponere, & offerre se paratum probare.quare male. So.licet appellans ante sententiam habeat necesse,probare veritatem causę, vt c.proximo,& c.significauit, & c. dilecte,& c. significauerunt cum multis similibus: Tamen iudex non grauat non admittendo exceptionem:quam credebat fortè falsam. & ideo nõ irritatur. quod facit nisi excipiens probet coram iudice appellationis veritatẽm exceptionis propositæ, & repulsæ per iudicem à quo.Non enim plus præsumendum est pro opponente, q̃ pro iudice repellente, cui à iure hoc conceditur: vt repellat,si de calumnia suspicatur.fecit quod no.Inno. in ca. post electionem infra de concel.prẹben. Si autem excipiens

a a non solum excepit, sed probaturum se obtulit, tunc si iudex ipsum non admisit,eo ipso grauat.quia mos ei gerendus fuit.ff.de proba.l.circa.Et maximè est hoc verum intelligendo hunc tex.vt intelligit Io.An. si de reali oblatione incontinenti,non autem de verba li. vt l. dicam. Conclude ergo,ꝙ iudex scit exceptionem oppositam veram,& tunc benè facit illam admittere.aut scit illam esse falsam, vt si quis se obtulit probaturum, quòd Titius viuit: vnde notorium est in terra, quòd publicè fuit in mortuus in platea. & tunc non debet ipsam admittere, sed repellere statim. j̄. de accu.c. euidentia. nam confessio in contrarium facta non obesser. ff. ad l. aql. l.idem Neratius.§.fi. aut iudex dubitat de veritate exceptionis:& tunc aut ipsam admittit,& statuit terminum ad ipsam probandum.& tunc cum non grauet, appellare nnn potest. nec tenet appellatio,etiam si probaret exceptionem esse veram.vt supra e.c.dilecto.ad fi.nisi appareret de termini breuitate.supra de dila.c.1.Aut iudex,qui dubitat de veritate exceptionis,ipsam repellit, vel negligit admittere etiam tacitè procedendo in negotio principali. & tunc aut excipiens obtulit se probaturũ, & hoc ipso app. sua reputatur iusta,aut se non obtulit se probaturũ, & processus factus per iudicem à quo est in pẽdenti.nã si ꝓbabitur veritas causæ grauaminis, appel.erit iusta,& reuocabitur per modum attentati. qđ factum est per iudicẽ à quo.Idẽ si aliud attẽtauit postq̃ supior app.recipit,siuè inhibuit. Iuxta no.in c.non solum j̄. e.li.6.Si aut ꝓnuntiabitur appellatio iniusta,valebit processus iudicis à quo,vt ibi.¶Secundò opponitur.tex.iste innuit (& supra dixi) ꝙ opponens debet expectare rñsum iudicis,an admittat exceptionem oppositam:an repellat. quasi aliàs non sit licitum appellare.Ad idem.s̄.eo.ti.c.dilecto. Sed cõtra qa in exceptione rñsionis iudicis possit imminere periculum opponenti.pone enim, quòd iudex mandauit reo, vt responderet

libello actoris: reus respondere voluit ad mãdatum iudicis, nisi actor exprimeret sibi causam suæ petitionis. Iudex præfixit sibi terminum, vt rediret pro responso: quem comparentem in termino excommunicauit. & sic (quamquàm excommunicatio fuerit iniusta) trahit secum statim executionẽ, vt s. eodem titu. c. pastoralis. & 6. quæstione. 3. c. 1. quòd si statim licuisset sibi appellare post exceptionem oppositam, excommunicatio postea lata fuit nulla, vt s. eod. c. præterea. ergo videtur iniquum, quòd debeat expectari responsum iudicis super exceptione. & melius fuisset appellare posse statim, cum exceptio opponitur; maximè quia præcaueri debet, quòd potest vituperari, vt supra de seruis non ordi. c. 1. Sol. Ioan. And. post Hosti. format istud cõtrarium super ver. ex causa. ad fin. & dicit, quòd melior est ista prouisio, scilicet, quòd ante responsum iudicis non licet appellare. quia si statim liceret appellare, non expectato responso iudicis, ꝓcessus de facili impediri posset contra. c. finem litibus. de dolo, & contu. Sufficiat ergo si iudex iniquè gesserit: quod punitur à iure, per no. in c. 1. de re iudi. lib. 6. præterea non posset per constitutionem vocari [quoniã iudex, si voluerit, excommunicet iniustè] &c. ¶ Tertiò opponit Inn. & videtur, ꝙ appellans nõ debeat probare coram iudice appellationis causam esse verã. nam iudex à quo non debet deferre ex causa proposita nõ probata. s. c. dilecto. Item si deferat, non est necesse verificare causam appellationis: immò potest iudex appellationis statim in causa procedere. Solu. præmissis verbis Inno. Ioan. And. remittit ad no. in c. non solum. & c. cũ appellationibus. lib. 6. Nam licèt iudex à quo non teneatur deferre ex causa proposita non probata: debet tamen probabilẽ exceptionem admittere, & excipientem ad probandum inuitare. grauat tamẽ admittendo probabilem exceptionem, etiam cuius probationes non obtulit excipiens, secundùm eum, &c. ¶ Quartò oppo. dicitur hic, quòd eo ipso appellatio est iusta: quòd excipiens obtulit se probaturum, & non fuit admissus. Contra. quia sic facilè erit semper recedere à iudice à quo, proponendo exceptionem falsam: licèt legitimam, & offerendo se paratum probare. nec videtur, ꝙ istorũ verborũ expressio [offero me probaturum] &c. aliquid operetur. quia (vt dixi) eo ipso, ꝙ quis excipit, tenetur probare exceptionẽ, vt l. in exceptionibus. ff. de excep. præterea, ꝙ nõ sufficiat se offerre, nisi probet, videtur tex. in c. ex parte. Adę. s. de testi. Sol. timore huius absurditatis Io. And. super verbo offerens. intelligit istum tex. vt dixi. s. de reali oblatione, non verbali. & exponit istud verbum [offerens se probaturũ]. i. probationes offerens. facit. s. de offi. or. c. pastoralis in fin. & quod ibi no. in vlt. glo. pro hoc facit dictũ. c. ex parte Adæ. ibi [se dicere probaturum] &c. ꝙ illi non pro suis.] facit id, quod no. de eo qui mit. in pos. c. 1. & 2. in fi. ad iustificandũ ergo appellationem non sufficit verbalis oblatio: sed realis, vt dixi. Item nec sufficit realis si de falsitate exceptionis appareat euidenter, vt dixi. s. ¶ Quintò opponitur, & videtur, ꝙ nõ sufficiat dicere se paratum probare nisi coram iudice appellationis: vnde videtur obstare. s. de elec. c. cum inter canonicos. Item videtur absurdum, ꝙ eo ipso, ꝙ se obtulit probaturum iustificetur corã iudice appellationis, & releuetur ab onere probandi ipsam exceptionem. So. ad c. cùm inter canonicos. dic ꝙ loquitur de appellatione extraiudiciali, vbi non sufficit se offerre, nisi postea coram iudice appel. probet veritatem exceptionis propositæ. Et ratio est, quia dicta oblatio frustra fieret, cum non sit ibi iudex coram quo dicta ꝓbatio fieret. Et hac ratione dicunt etiã quidam, ꝙ vbi absente iudice appellatum est in casibus à iure concessis. de quibus. s. c. suggestum. in prima glo. non est ibi probatio offerẽdi. quia in vanum fieret. cum non sit ibi qui probationẽ reciperet, & in odium iudicis nõ recipientis est inductum, vt habeatur exceptio pro probata. ¶ Conclude ergo,
7 † ꝙ in appellatione extraiudiciali, & etiã in casibus à iure permissis in absentia iudicis, nihil operatur illa oblatio offerens se paratum probare, &c. Item similiter non operatur quãdo grauamen propositum nõ subiacet probationi, vt si iudex deneget tempus ad deliberandum, vel terminum ad producendũ testes, siue editionem snīæ, vel actorum, vel aliorum cõsiliũ. videtur. n. quod in istis casibus teneat appellatio, etiã si hoc petens non offerat se paratum probaturum in prædictis dictum grauamen. vt C. vt lite pendente. l. vlt. & e. tit. l. proconsulibus. Item ad absurditatem illam, ꝙ habeatur exceptio ꝓ probata, eo ipso quod offeret probaturũ, & non admittitur. Responde, quia illud, quod hic dicitur, est verum quo ad iustificandam appellationem: sed non quo ad consequẽdũ effectum exceptionis siue sit dilatoria, siue peremptoria. vt plenè ꝑ Io. An. in d. c. ex parte Adæ. super glo. ad hanc. ¶ Sextò opponitur: dicitur hic, ꝙ parte se per cõtumaciam absentãte põt procedi in causa appellationis. Sed contra. nõ. n. videtur posse dici cõtumax postquàm non fuit appellationi delatũ, nec põt constare de appellatione partibus non præsentibus. So. vt soluit Io. An. super verbo, absentante, vbi tenet, ꝙ si nõ fuit appellationi delatum appellatus, non veniens corã iudice appellationis, nõ est reputandus contumax: sicut nec appellãs nõ prosequens appellationẽ propriã. vt hic in versi. ei quoq;. debet ergo citari, vt sic possit procedi iuxta formã huius. §. sanè. Si. n. probabitur appellatum fuisse: quod poterit constare ꝑ acta, vel testes: tunc demũ decernetur appellatio iusta, vel iniusta, & cassabitur quicquid, prout iustum fuerit.
8 ¶ Quæro post Inno. † qñ appellans non obtulit se probaturũ, & iudex à quo tulit diffinitiuã contra ipsum appellantẽ, an iudex ad quem recipiet probationes appellantis, vt cassetur qđ factum est post appellationem, & etiam probationes sup cã princ. no. hic Ioã. An. post Inn. super verbo probaturũ. videtur. n. ꝙ non. quia si causa app. est vera, põt cognoscere de principali. vt s. eo. c. vt debitus. si non est vera, debet remittere. Sed certè postquàm est lata diffinitiua nõ videtur locus remissioni. Et ideò in omnem euẽtum videtur, ꝙ iudex app. possit cognoscere, & permistim. & sic tenet Io. An. ꝙ potest esse verũ, cum appellatũ est à diffinitiua, quæ subsecuta est. Sed vbi nõ est appellatũ à diffinitiua, & pronuntiaretur iniusta app. interposita à grauamine, quia facta ex cã nõ vera: tunc si appellatio fuit friuola manifesta, valet snīa per iudicem à quo, nec põt appellari, vt in Cle. 1. de dolo, & cõt. Si verò fuit appellatio aliqua sed iniusta, quia emissa est causa legitima, licet falsa: tunc an diffinitiua q̃ postmodum sequitr̃ sit aliqua, crederẽ ꝙ nõ. & fortè sic intellexit Inno. facit c. licèt. de sen. ex. lib. 6. Et no. bñ hoc argumentũ, an appellatio iniusta à grauamine emissa ex cã legitima sufficiat ad irritãdũ snīam postea latã, à qua non fuit appellatum. facit c. cum venissent. supra de eo qui mit. in pos. & quod no. in Specu. in titu. de primò decre. §. iam de effectu. versi. quid si iudex.

ADDITIO.

a ¶ Excipiẽs. Plura excipiens, an videatur se adstringere ad omnia probãda. vide Io. And. in c. si fortè. de elect. lib. 6. in nouella. tex. & doct. in l. scire. §. sufficit de excu. tu. Bar. in l. diuus. de re iud. Card. in Cle. in plerisq; de elec.

SVMMAE.

1 *Clausula generalis in medio refertur ad præcedentia, non ad sequentia, si ipsi articuli se adinuicem non contingunt.*

2 *Qualitas adiecta, an intelligatur repetita in præcedentibus, vel in sequentibus.*

3 *Qualitas præcedenti dispositioni adiecta eadem oratione, nunquàm intelligitur repetita in sequenti.*

4 *Incœpit aliquis agere procuratoris nomine, dominus postea facit vnum actum, & non repetit illud uerbum procuratorio nomine, an videatur repetitum.*

1 INquiſitioni. † Clauſula generalis in me-
dio poſita refertur ad præ-
cedentia, non ad ſequentia, ſi ipſi articuli ſe adinuicem
non contingunt.h.d. ¶ Primò no.quòd clauſula appellatio-
ne remota etiam poſt conſtitutionem.vt debitus.ſ.eo.c.op-
ponitur in literis.nam iſta dec. ſequitur illam. malè ergo ſen
tit ibi gl.ꝙ hodie dicta clauſula nihil operatur,immò opera-
bitur,ſicut dicitur in d.c.paſtoralis. vt in caſibus nõ expreſ-
ſis in iure non poſsit app.& ita no.hic Io. And.¶ Opponitur
de.c.2.requiris.ſ.tit.2.Sol.vt in glo. ſuper qua dicit Io. And.
ꝙ ſuper hoc non poſsit tradi regula,quia ſecundùm ꝙ diuer
ſi ſunt caſus: quandòq; omnia præcedentia reſpicit. vt hic.
quandoq; præcedentia, & ſequentia.vt ff.de leg.1.l.talis ſcri
ptura. & l.ſeq. Quandòq; quod præmittitur, intelligitur re-
petitum,vt l.Titia.§.idem reſpondit.ff.de verb. obli. Quan-
dòq; principium trahitur ad ſequentia, mediũ ad principiũ,
& vltimũ ad principium,& medium.ſ. tit.2.c.2. requiris.re-
mittit ad no.in Spe.de inſtru.edi.§.nunc aũt videndũ.ver. itẽ
2 excipe.& de diſpu.aduo.§.poſt hæc.ver.vlt. in prin. † Tu dic
poſt Bart.ꝙ quandòq; tẽpus,vel cõditio, vel aliqua qualitas
adijcitur præcedentibus:& dubitatur, an videtur repetita in
ſequentibus in eadem oratione,vel diuerſis. Et tũc aut dicta
qualitas, quæ primæ rei adijcitur,poteſt congruere alteri rei,
& in ſequenti videtur repetita, ſiuè attendat ad augmẽtũ di-
ſpoſitionis,ſiuè ad diminutionẽ,vt l.fin.§.cui dulcia.ff.de vi-
no,& oleo.& in l.Seia.§.Caio.ff.de fi.inſtr.vbi dicitur,ꝙ ſi le
go fundos, vt inſtructi ſunt,& domum, intelligitur ꝙ & do-
mus ſit inſtructa. Si verò illa qualitas ſequentis rei non con-
gruat,vt lego Titio fundum inſtructum,& cẽtum, vt ff.de le.
3.l.cum pater.§.cum imperfecta,ſecũdo caſu qñ ponitur in-
ter diuerſas orationes,tunc non inducitur repetitio ex virtu
te ſermonis.vt l.qui fundũ.ff.de contrahen.emp.Sed ex præ-
ſumpta voluntate diſponentis induceretur,quando ſequens
diſpoſitio eſſet omnino inutilis.vt l.Iulius Paulus.& l. cũ ſer-
uus.& l.Iulianus.ff.de condi.& demon.Quandòque dubita-
tur, an qualitas vni perſonæ adiecta intelligatur repetita in
perſonã alterius in eadẽ oratione,vel diuerſis. vt Titio ſi na-
uis ex Aſia venerit lego.c. & Martino.an in perſona Martini
intelligitur repetita dicta conditio. & quid ſi in diuerſa ora-
tione diſponat teſtator circa Martinum ſuper eadem re, vel
3 diuerſa.dic vt ibi per eum. † Regula eſt enim. ꝙ in alia ora-
tione nunq qualitas præcedenti diſpoſitioni adiecta intelli-
gitur repetita in ſequenti niſi vigore alicuius dictionis repeti
tiuæ, vt eſt dictio,hoc amplius,& dictio item. vt l.in repeten
dis.ff.de le.3.& l.ſi.eo.ti.Quandòque ſequens diſpoſitio non
eſt alia de per ſe,ſcilicet acceſſoria præcedẽtis diſpoſitionis.
& tunc in contractibus dic vt l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogo-
nus.ff.de verb.oblig.In vltimis voluntatibus dic vt l. licet.ff.
de le.1.In diſpoſitione rerũ,vel ſtatutorum dic vt l.3.§.2. ff.
de le.1. In diſpoſitionibus rerũ, vel ſtatutorũ dic vt l.3.§.2.
ff.vi bo.rap. Item an in ſtipulatione nouante intelligãtur re
petita,quæ fuerũt in principali obligatione.no.Bar.in l.alia.
ff.de noua. Et prædicta ſunt vera, qñ ſequens qualitas ineſt
præcedenti diſpoſitioni per modũ cuiuſdã acceſsionis, & di
rectè eam reſpicit. Si verò in diſpoſitione totali ponit aliqua
clauſula per ſe nulli annexa,an referatur præcedentibus, an
ſequentibus,an oĩbus.dic vt in Spec. in d. verſi. item excipe.
& eſt bonus tex.in l.2.§.filius.ff. de lib.& poſth. facit mate-
ria.l.licet.de le.1.& qđ ibi plene per Bar.an relicta ab inſtitu
to videantur repetita à ſubſtituto.formo circa prædicta qõ-
4 nem. † pone incœpit aliquis agere ꝓcuratorio nomine dñi:
poſtea fecit vnũ actũ, & non repetit aliud verbũ ꝓcuratorio
noĩe.an videat repetitũ.Bar.tenet, ꝙ ſic in d.§.Chryſogonus.
facit et ad quæſtionẽ,ſi qs accuſatus fuit de adulterio cõmiſ
ſo in Seia vxore Titij,qui fatetur cognouiſſe carnaliter dictã
Seiã,an per hoc videat cõfiteri eã vxorẽ Tytij. dic ꝑ Bar. in
l.ſi cui.de le.1.& vide ꝑ eũ in l. Labeo.ff.de ſuppellecti. lega.
vbi bonum dictũ de repetione temporis in dicto teſtis.

SVMMAE.

1 *Vnus ex pluribus condemnatis ſi appellat, an eius appellatio pro-
ſit alijs.*
2 *Appellans ſi compoſuit, vel renunciauit appellationi, an obſit, vel
proſit alijs.*
3 *Inquiſitio ſi facta fuerit contra homicidam,& mandatorem, & ho-
micida condemnatus appellat, & per teſtes ſuper homicidio
deponentes, & abſoluitur, an proſit mandatori, qui non ap-
pellauit.*

1 VNa ſententia. Se ſummat.¶ † Pri
mò not. ꝙ ſi vnus
ex pluribus condemnatis appellat,eius appellatio
prodeſt alijs concurrentibus,quæ dicuntur in tex. vt res ſci-
licet ſit communis:idem negotium, & eadẽ cauſa defenſio-
nis.ponit Abb.exemplũ in tribus fideiuſſoribus,qui non re-
nuntiauerunt conſtitutioni de principali prius cõueniendo:
qui poſtea prius conuenti,& condemnati fuerũt. vnus appel
lauit, & in cauſa appellationis obtinuit, quia debitor prius
conueniri debuerat ipſius victoria ꝓderit alijs: qa iure com
muni iuuãtur, & eadem cauſa defenſionis, & idem negotiũ.
¶ Et iſtam materiam Bar.poſt G.ita recolligit, aut in cauſa
communi fertur ſententia in cauſa principali,aut in cauſa ap
pellationis. Si in cauſa principali,dic, aut de re indiuidua,
aut diuidua.vt l.loci corpus.§.ſi fundus.ff.de ſi ſerui. ven. Si
in cauſa reſtitutionis,dic,vt C.ſi in vna,eademq; cauſa l.1.Si
in cauſa appellationis,& tunc eſt materia huius c.in qua dic,
ꝙ aut plurium eſt ſeparata cauſa defenſionis,aut eadem. pri
mo caſu vnius app.vel victoria alteri non prodeſt,vt l.ſi quis
ſeparatim.§.vlti.in ver.ceterum.ff.eo.Secundo caſu,aut ſunt
condemnati diuerſis ſententijs,aut vna.ſi diuerſis,aut ex di-
uerſis probationibus,& pluribus appellationibus opus eſt,
& vnius victoria alteri non prodeſt,vt eadem l.ſi quis ſepara
tim verſic. ſed cum aduerſus. quod eſt intelligendũ cum di-
ſtinctione,quam ſtatim dicam. ſed cum omnes eadem ſen-
tentia condemnati fuerunt, quo caſu dic, quòd aut vterque
appellauit, & victoria vnius alteri non prodeſt.per illa,quæ,
no.Bar.in l.à ſententia. in prin.ff. eo. aut appellauit vnus tan
tum,& tunc aut alius approbauit ſententiam, & tunc victo-
ria alterius ſibi non proderit, vt ff.eo.l.non tantum.per locũ
à ſpeciali, aut alter non approbauit, & tunc alterius victoria
ſibi prodeſſet, vt hic.& C.ſi plures vna ſententia l.1. & hanc
diſtinctionem ponit Bar. in l.ſi quis ſeparatim.vbi etiam ca-
ſus. Quid econuerſo ſi plures vicerunt, & contra vnum ap-
pellatur: an præiudicet contra alios.gl.ꝙ ſic in l.3.§.1.ff.eo.
dic vt ibi tangit remittendo ad Ioan.An.in caſu,quo appella
2 tio vnius prodeſt alteri. ¶ † Quid iuris,ſi appellans compo-
ſuit,vel renunciauit app.dic vt in Spec.de app.§.1. verſi. ſed
quid ſi ille.& facit quod no.de elec. vt circa.verſi. alioqui.li.
6.in gl.2.& de renun.c.maius eſt dubium. videtur tamen,ꝙ
dicta exceptio non obeſſet alteri,cui eſt ius quęſitum per ap
pellationem alterius.c. ſi ab eo.de elec.li.6.faciẽt ad hæc no.
de tertio veniente pro ſuo intereſſe: de quo in c. cum ſuper.
de re iudic.per Inno.& hoc tenet Spe.in tit.de app. §.1.ver.
ſed nunquid.optimè facit l.ſi poſt mortẽ,§.fi.ff.de contrata-
bu.vbi beneficio mihi acquiſito ex perſona tua, nõ potes re
nuntiare in mei præiudiciũ,ſicut nec reus põt renuntiare ter
tię dilationi petitæ in pręiudicium actoris,qui põt ex perſo-
na rei eius cõmodo vti, vt no.in l.petendæ.C.de tẽpo.in inte.
3 reſti.¶ Quæritur et circa prædicta † ſi inqritur contra homi
cidã,& mãdatorẽ,& homicida cõdẽnatus appellat, & ꝓbat
ꝑ teſtes ſup homicidio deponẽtes, & abſoluitur.an ꝓſit man
datori,qui non appellauit. dic vt in c. grandi.de reg.iuris.li.
6. in Mercuri.& per Dy.& per Bar.in l.adulter.ff. de adulte
rijs.& loquitur iſtud c.in cauſa appellationis.an vnius appel

latio prosit alteri. In causa autem principali, an sententia lata pro vno, vel contra vnum, prosit, vel noceat alteri. dic vt in c. quanuis. s. de re iudi. facit quod no. Spec. in secunda parte. de in inte. rest. in fi.

SVMMAE.

1 *Iustus metus excusat, vt reputetur appellasse, qui metu territus non appellat.*

2 *Qui tenetur ad aliquid & non potest, ita demum excusatur, si protestatur infra debitum tempus.*

3 *Copiam iudicis qui non potest habere, debet protestari coram honestis personis.*

4 *Iustum metum quòd quis habuerit non appellandi coram iudice, quomodo probetur.*

1 a SI iustus. Primò no. † q iustus metus a excusat, vt reputet appellasse, q metu territus nõ appellat. ¶ Et aduerte, qa tex. dicit iustus, nec dicit textus contigit culpa sua, vel nõ. Et p h. d. Ho. q et si aliquid commisit contra iudicem, propter qđ eum timere oportet, habeat locum hoc remedium, vt non consideretur qualitas grauati, sed æqnitas iudicantis, vt s. de excep. c. cum inter priorem. nam & idẽ debet subuenire, licet sit odiosus. vt ff. quod me. causa l. isti quidem. 1. responso. ar. contra ff. so. ma. l. in his. in prin. & l. si mulier. 1. responso ff. quod metus cã. & l. exceptione ff. de fideiuſ. & istæ sunt bonæ leges ad hunc passum.
2 ¶ Secundò no. † q ille, qui tenetur ad aliquid, & nõ põt, ita demum excusatur, si protestatur infra debitum tempus. Ratio põt esse, quia si non protestaretur, apparet de negligentia, & desidia quæ excludit eum post. 10. dies à beneficio appellandi, vt in Auth. hodie. C. de appella. Rursus pro eo facit iustus timor: non potest ergo, si non protestatur liquere iudici, an negligẽtia, an timore omisit appellare. Ideò inspicitur, quod sibi nocet. ar. l. si quis in graui. §. fi. & l. se. ff. ad Sillei. & pro donato. si vir vxori. per Bar. Et intellige, quod hic dicitur de protestatione vbicunq; impedito curreret tempus, tenetur enim semper protestari. vt no. hic, & s. de rescrip. c. plerunq; & c. pastoralis. in fin. de offi. or. & l. vt perfectius. C. de
3 an. excep. ¶ Tertiò no. † q ille, qui non potest habere copiam iudicis, debet protestari coram honestis personis. de quo in l. 1. C. de his, qui per me. iudi. vbi autem sufficit requirere iudicem sedentem pro tribunali, scilicet & in loco publico. vt est casus notabilis in l. 1. §. dies. ff. quando appel. sit. collige ergo, quòd quandoq; copia iudicis haberi non potest, quandoq; põt haberi. Sed grauatus non audet appellare corã eo: & tunc põt dicere, domine vos grauatis me in hoc, & in hoc: & quãuis non dicat appello, quia non audet: tamẽ sola expressio causarum habetur pro appellatione, vt C. de his, qui per me. iudi. l. 2. quod est verum, nisi etiam hoc audeat corã eo dicere: tunc enim sufficit protestari coram honestis personis, sicut quando iudex non facit præsentiam sui. ¶ Quæro
4 quomodo probabitur, quòd quis habuerit † iustum metũ nõ appellandi coram iudice. dicit Io. An. q probabitur eo ipso, q consueuerit carcerare appellantes, & malè tractare. Et idẽ tenet Barto. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de no. op. nun. & fortè sufficeret sola fama, scilicet quòd consueuerit has molestias appellantibus, & reclamantibus inferre. ar. ff. de quæstio. l. de minori. §. tormenta. & quod not. Cy. de seruis fugitiuis. l. 4. vbi dicitur, quòd illud, quod dicitur à fide dignis personis, est iusta causa credulitatis: & intellige iustum metum, non solùm si timeat de persona sua, sed etiã si timeat de consanguineis, & laboratoribus suis: vt eis violentia, vel atrocitas inferatur, si appellauerit. ff. de condi. & demon. l. heres meus. §. fi. & l. isti quidẽ §. vlti. ff. quod me. cau. & est text. no. in Cle. 1. de exce. prælato. ¶ Quid si non probatur quod ipse fecerit, sed eius familia fecit. Sẽtit Io. An. quòd sit iustus metus, quia non est verosimile, quòd talia facerent sine conscientia domini, vt in cap. constitutus, de testi. Et idem si quis non audet appellare propter iniquam l. municipalem. de sen. ex grauamẽ. & de innu. ecc. quoniam li. 6. & de ꝓtestatione, de qua tex. loquitur no. hic Io. An. & Bar. in d. §. si quis episcopi prætori. vbi autem iustus metus non adsit semper est appellatio interponenda coram iudice à quo aliàs sibi imputatur. 2. q. 6. c. biduum.

ADDITIO.

a ¶ Iustus metus. Quid debeat facere qui iusto metu non audet appellare. vide in Spe. de app. §. 1. ver. porrò. & an ei credatur ibidem. & in §. sequitur. ver. hoc etiam.

De Clericis peregrinantib.

QVIA Iura tuentur peregrinantes, sicut appellantes. Ideò &c. secundum Goff. ad materiam facit. 24. q. 3. c. si quis romipotas. & c. paternarum. de pœni. di. 6. c. sacerdos. de cõse. di. 5. c. non oportet. facit supra de treuga, & pace. c. 2. & de voto. c. 1. & c. ex multa. & de sen. ex c. inter alia. ad fi. Item propter longam peregrinationem reuocatur procurator, qui est contestatus litem. de procura. c. 2. li. 6.

SVMMAE.

1 *Peregrinantes ad Papam cum rebus suis sub eius protectione consistunt.*

2 *Decretalis ista an debeat intelligi de omnibus peregrinantibus.*

1 COnquerente. † Peregrinantes ad Papam cum rebus suis sub Apostolica protectione constituit, Et ponit dec. ista formam literarum, quas communiter dat curia itinerãtibus ad eã, per quam vacat qcqd post iter arreptũ. ¶ Primò no. q dec. ista dat priuilegia itinerantibus ad curiã. Sed intellige, q idem habeat priuilegium in reditu vt l. vtimur. ff. de sepul. vio. & l. 1. ff. ad l. Iul. ma. per Bart. facit l. si cui in pro. §. tamdiu. ff. ex qui. cau. ma. & dixi in c. ego enim s. de iureiuran. ¶ Opp. & videtur, q ista dec. non inducat aliquod priuilegium de nouo. certum est enim, q quicquid turbatur, vel subripitur de rebus absentis, põt repeti p l. 1. C. si p vim, vel alio mõ, cum aliis similibus allegatis in gl. quæ iura prouident contra violentiam inferentem, & possessionem turbãtem. Itẽ & si iusto, i. iuris ordine seruato talis aduocetur peregrinanti non subuenitur. s. de resti. spo. & c. audita. & c. conquerente. Ex quibus videtur, q ista prouisio in fauorem peregrinorum inducta nihil operatur vltra iura antiqua. So. dicit. Ho. q hæc forma nil tamẽ valet, vbi iudex est pars: & tũc verba, & mens huius formæ locum habent, vt no. s. ti. 1. c. dilecti. & posset dici, q cum talis peregrinatio habeat vim appellationis, nec ordinarius, nec delegatus procedit cõtra talem, etiam iustè, vt dicto c. dilecti. & c. vt debitus. quod est verum nisi ante iter arreptum præuentus fuisset per ordinarium, vel
2 delegatum. de fo. compe. c. proposuisti. ¶ Quæro † an ista dec. debeat intelligi indistinctè de oĩbus peregrinantibus. gl. intelligit de his, qui vadunt cã peregrinationis, & de his qui visitant limina Apostolorũ. & sm Ab. tunc peregrinatio tuebitur illum qñ accepit publicè in ecclesia baculũ, & perã, & stetit p tps peregrinantibus deputatũ. Sed Inn. intelligit aliquãtulũ plus largè, hoc est de quolibet, q accedit ex cã necessaria, vt ꝓ appellatione ꝓsequenda, vel oppositione vitanda. 2. q. 2. c. oĩs oppressus. & tribus. c. se. quo casu hẽt locũ et ius reuocandi domũ. vt s. de fo. compe. c. fi. tñ hoc casu de honestate petenda est licentia plati, sine qua clerico peregrinare non licet, et si hoc exigat vtilitas accedentis. j. de voto c. magnæ. Ho. latissimè intelligit hoc verbum peregrinantibus, vt sonat, & qualitercunq; accedac, vt post iter arreptum fiat re

stitutio:

ſtitutio:de qua in text. & de iſta forma poſt iter arreptũ &c. dic vt ĩ.de rebus ec.non aliæ.c.epi.in glo.ſumitur hic.ad fi.

De confirmatione vtili, vel inutili.

VIso de his, quæ ſuſpenduntur app. remedio, ſubmittit de his, quę minuuntur appellationis præſidio. conuenit Rubricæ de conſti.cum acceſsiſſent.& c.ex parte.& de conceſ. præben. c. quia diuerſitatis, & de forma confirmationis, & caſus quibus ſecundùm ſtylum Curię non dantur. vide in Spec. de reſcrip. præſenta.§.ratione formæ.§.ſequitur videre.

S V M M AE.

1 *Iudex inferior non cognoſcit de re ſcienter confirmata per Papam, niſi tempore confirmationis res eßet litigioſa, vel aliàs confirmatio ſubreptitia.*

2 *Confirmatio quotuplex ſit. Et quis ſit eius effectus nu. 5.*

3 *Confirmatio ſententiæ, quæ tranſiuit in rem iudicatam, an poſsit peti.*

4 *Confirmatio ſententiæ, quæ eſt nulla, peti poteſt.*

1 SI quis. † De re ſcienter confirmata per Papã
iudex inferior non cognoſcit, niſi tẽpore confirmationis res eſſet litigioſa, vel cõfirmatio
aliàs ſubreptitia.h.d.cum c.ſeq. Super quibus ſcribit in eandem materiam, quam hoc ordine proſequere. ¶ Primò quæ
2 ro † quotuplex eſt confirmatio. dic quòd confirmationum aliqua tribuit multum iuris, vt in electione, per quam quis conſequitur adminiſtrandi facultatem. vt de elec. c. tranſmiſſam.& c.qualiter. aliqua parum, vt illa, quæ fit in forma communi. vt infra ne ſe.va.c. illa & infra c. examinata. aliqua ius vetus tantùm declarat, & illud conſolidat, vt eſt confirmatio ſententiæ, & proceſſuum in iudicio habitorum: cõtra quos non opponitur, poſtquàm in iudicio fuerunt confirmati. vt ſupra de tranſac.cap.1.Et idem de actibus legiti-
2 mis, vt eſt adoptio: & canonicis, vt eſt electio, [a] & inſtitutio. ſ̃. de procurat.c.ex inſinuatione.Quidam ſunt actus, qui dependent à partium voluntate, vt contractus: & an in iſtis iudicis confirmatio aliquid operetur, & peti poſsit.tenet Inn. quòd non.Hoſti.contra etiam parte inuita, vt infra dicam.

3 ¶ Secundò quæro, † an poſsit peti cõfirmatio ſententiæ, quæ tranſiuit in rem iudicatam, videtur ꝙ non, quia ſuperuacuo, & ſuperuacuis actibus non eſt vtendum.vt l.ſtipu.§.diuus.vt leg.no.ca.Item cum habeat ſententiam pro ſe, non videtur ſibi prodita actio: ſicut nec poſſeſſori ſi non inquietetur, vel infamatur.vt ſ̃.de iudi.c.examinata. Si enim dicta ſententia eſt de ſe valida, non videtur, ꝙ poſsit amplius validari, ſicut quòd ruptum non poteſt amplius rumpi, & quod ſemel meũ eſt, amplius fieri meum non poteſt, nec debitum plus promitti.vt l.nam & ſi ſub cõditione.§. poſt defectum.ff. de iniuſto teſt.& l.qui bis.ff.de verbo. oblig.& l.ſi creditori.ff.de leg.1.& ſupra de fide inſtrum.c.inter dilectos.ad fi.& hæc iura concludunt, vbi prima ſententia fuit valida. Si autem fuit nulla, tunc non videtur, quòd cõfirmatio quidquam addat, ſiue det ſibi maiorem vigorem. vt ĩ.c. examinata. Nam id, quod nihil eſt, confirmari non poteſt. vt ſ̃.de elec.c. auditis.
4 Contrarium tenet hic Inno. † videlicet, quòd poteſt peti cõ
firmatio ſententiæ, quæ eſt nulla. hoc idem tenet Bar.in l.ſi
5 expreſſum. in fi.ff. de appella. ¶ † Sed tunc quæritur, quis
erit effectus.dic ꝙ ſi ſententia erat nulla, quia lata à non ſuo iudice, & ille qui confirmat ex certa ſcientia iudex erat: prima ſententia roboratur.ſ̃.de tranſac.c.1. nec de cætero poteſt inferior de ipſa cognoſcere.ſ̃.de re iudi.c. de cætero. & hic.vnde ſi archiepiſcopus cognoſcens de appellatione confirmauit ſententiam, ſi coram epiſcopo petatur executio, nõ poterit coram eo obijci, quòd ſententia fuerit nulla, quòd ipſe de hoc cognoſcat, ſed ad ipſum archiepiſcopũ remittat. Ex iſta ergo confirmatione facta cum cauſæ cognitione dicta ſentẽtia vires ſumit: ſecus ſi ſine cauſæ cognitione, & nõ ex certa ſcientia facta eſſet. & ita loquitur c. examinata. ĩ. eo. Ad prædicta facit l.adoptio non iure facta.ff. de adop.& l.legitima.ff.de pac.vbi de materia confirmationis.Si autem prima ſententia erat aliqua, tunc etiam confirmatio operatur effectum, vt inferior de ipſius iuribus non cognoſcat, vt hic. & reſponde ad contraria, vt hic no.Inno.

ADDITIO.

a ¶ Electio. Confirmatio electi fit iudicis officio doct.& Io.An.in c.1.vt lite penden lib.6 in nouella.Baldus in l.qui ſepulchrum.de re lega.Spec. de offi.omnium iudi.§.1.verſi.item quando petitur.

¶ Explicit lectura ſingularis, & aurea domini Petri de Ancharano Bononienſis, Iuris Pontificij, ac Cæſarei interpretis acutiſsimi, ſuper ſecundo Decretalium, cum additionibus, ſummarijs, ac numeris.

Series Chartarum.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO
PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ.

Aa BBb CCc DDd EEe FFf GGg HHh IIi KKk.

Omnes ſunt Terniones, præter †† qui eſt Vnio,
& KKk Duerniones.

ANCHARAN
Commen
Sup. II. Decr
talium.


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm